EUSEBII CAESARIENSIS ET SAMUELIS ANIENSIS CHRONICA

Eusebius : Caesariensis, Angelo Mai, Samuel : Aniensis, ...

EVSEBII CAESARIENSIS

ET

SAMVELIS ANIENSIS

CHRONICA.

EVSEBII PAMPHILI
CHRONICORVM CANONVM
LIBRI DVO.

OPVS EX HAICANO CODICE
A DOCTORE IOHANNE ZOHRABO
COLLEGII ARMENIACI VENETIARVM ALVMNO
DILIGENTER EXPRESSVM ET CASTIGATVM

ANGELVS MAIVS ET IOHANNES ZOHRABVS

NVNC PRIMVM CONIVNCTIS CVRIS LATINITATE DONATVM
NOTISQVE ILLVSTRATVM
ADDITIS GRAECIS RELIQVIIS EDIDERVNT.



MEDIOLANI
REGIIS TYPIS
MDCCCXVIII.

CELSISSIMO ET SERENISSIMO

CAROLO ALBERTO

PRINCIPI SABAVDIAE ET CARINIANI

EDITORES

Praeclaro Eusebii fato contingit, ut qui olim vivens summa gratia et honore apud maximum Principem Constantinum illuxit, idem nunc ab interitu redux in benevolentiam statim tuam, SERENISSIME PRINCEPS, et clientelam incurrat. Est item studiis tuis amorique erga litteras consentaneum, quod eximio ingenio exquisitaque doctrina Chronographus ad te primum cum suis omnibus antiquitatis historiaeque divitiis accedit. Equidem, ut probe nosti,

plenum olim laudis consilium, plenum utilitatis cepit Eusebius, quum ingenti ausu aggressus est veterum temporum exponere universam rationem. In quo difficili opere, quod ex innumera auctorum et rerum varietate constabat, tam bene et tempora constituit et pleraque ad veritatem direxit, ut quasi specula chronologiae ac propugnaculum diu habitus sit. Reapse autem numquam eusebiani canones tanta in gloria fuissent, nisi prisca aetas eorumdem firmitatem esset experta. Iamvero Eusebius tam operosam mentis suae lucubrationem in duos libros tribuerat, quorum priore, veluti quodam acervo et thesauro, populorum origines, regum successiones, rerumque vices affluenter congesserat, totamque chronologiam gravissimis testimoniis communiverat; posteriore autem eorumdem regnorum aetates resque hominum gestas perbrevi quadam et minuta ac lineari ratione inter se comparatas digesserat. Porro nos minore hac parte, hieronymianis curis servata, sic eramus contenti hactenus, tamquam si offusa maiori sempiterna nox esset. Sed enim Chronicon universum numquam fama deseruit, etsi potiorem eius fructum vetustas temporis atque hominum incuria corruperat. Ipse vero poscebat Eusebius, ut a qua integritate depulsus fuerat, in eam se fortuna reponeret. Nunc ecce in urbe Mediolano, quae posteriorem eusebianorum canonum librum circa annum MCCCCLXXV principibus typis mandavit, prior quoque operis liber tanto temporis intervallo praeclusus emergit. Quid quod is ex antiquissima et potentissimis olim regibus praedita Armeniorum gente se prodit, cuius nomen propter singularis facti memoriam tibi, INCLYTE PRINCEPS, debet esse percarum? Namque exploratum est, Maiores tuos cum supremis

Armeniae regibus consanguinitate fuisse permixtos, qua ex re ius quoddam et titulum armeniaci etiam imperii contraxisse videntur *. Verum his omissis, en age Auctorem habes, cuius ope fortuna misera chronologiae, sin minus portum, certe perfugium aliquod nanciscetur. Iam etsi nemo, qui infinita adfirmet, semper conlineat; etsi stirpes omnes falsitatis numquam eiici possunt; nihilominus fore speramus, ut multis incommodis veritas debilitata, nunc doctrinis tanti hominis recreetur. Praesertim quum ad Eusebii chronicos canones summarium etiam et complementa Samuelis Aniensis accedant, cuius hominis de asiaticis deque armeniacis potissimum rebus utilissima doctrina est.

Porro autem, CELSISSIME PRINCEPS, merito hunc librum tuo praesidio complecteris: quippe dum hominum genus erit, necesse est ut legatur Eusebius; ea vero lectio semper erit cum tui commemoratione atque honore coniuncta. Rursus merito historiam praecipuo studio curaque peculiari prosequeris: namque in primis res vestrae, o Principes, sermone hominum inveterascunt, memoriae annalium mandantur, posteritati propagantur; nomenque adeo tuum aliquando in monumentis rerum gestarum incisum cum laude ac notatum videbimus. Quid enim tam gloriosum quam doctrina quam vigiliae quam labor, praesertim in principali fastigio ac dignitate? Atqui omnes sciunt quantam operam bonis litteris tribuas, quantam philosophiae, quantam studiis civilibus ac militaribus: praeter quam quod perpetua meditatione consideras regendarum gentium quam sit difficilis permagnaque ratio. Itaque et

* Rei documenta ad Samuelis Aniensis paginam 73 exhibebimus.

amore populari publicisque plausibus flores, et Regi tuo gloriosissimo, cuius sapientia ac consilio tam bene istic res publica constituta est, mirabiliter et paene unice places: quo quidem testimonio nihil tibi optatius nihil honorificentius accidere potest. Sed enim nos interim pudor a prolixiore viventis praeconio retardat: gloriae potius tuae velificabitur historia, quae est ex hominum vita fluens veritas immortalis. Nunc Eusebium, SERENISSIME PRINCEPS, in tua tutela confisum sic oramus excipias, ut qui modus erit in legendo utilitatis, idem sit aestimationis atque iudicii.

EDITORVM PRAEFATIO.

Quidnam novi habeat haec eusebiani Chronici editio.

I. Etsi chronicis Eusebii libris haud prolixe praefandum censemus, propterea quod et ante biennium satis ubere dissertatione de his egimus [1], et ipsa res nedum obscura est, sed omnium hominum per Europam sermonibus pervulgata; fieri tamen nequit, quin aliqua necessaria dicamus, primum de operis quod nunc prodit non inutili novitate, tum de origine armeniaca ex qua illud deducitur, exin de genere interpretationis nostrae atque editionis, denique de paucis aliis quae instituti ratio postulare videtur. Atque illud in primis docendum est, nunc priorem Eusebii librum a longissimo exilio ad communem eruditorum consuetudinem lucemque revocari. Quippe is a graecae natalis linguae ditionibus adeo procul recesserat, ut in extremam usque Armeniam semet iamdiu condiderit; latinae vero linguae fines vel numquam attigerat, vel certe Romanos tanta eiusdem oblivio coeperat, ut eum nonnulli iam Critici nusquam gentium extitisse putarent [2]. Chronographus equidem praecipuus sequioris aetatis Syncellus plurimas Eusebii partes in sua temporum digestione servaverat; sed primum mutilas locoque commotas; deinde commentis saepe suis atque opinionibus interpolatas; denique omisso plerumque Eusebii nomine, ita ut molestissime ignoraremus, quonam eae fonte manarent. Sed praeter haec gravissima superstitum fragmentorum incommoda, pars operis non exigua prorsus ex Europae conspectu evanuerat. Namque et universum operis prooemium [3] et rerum chaldaicarum atque assyriarum, quas Berosus, Abydenus, Polyhistor et Castor conscripserant, partes aliquot desiderabamus [4]. Iam Hebraeorum historiam ab orbe condito ad Christi adventum nemo sapientius Eusebio scripsisse videtur: atqui demptis patriarcharum aetatibus et procreationibus, eaque de re voluminum graeci hebraici et samaritani inter se comparationibus, totam paene Eusebii lucubrationem copiosam atque praeclaram amiseramus, quae nunc demum ad religionis solatium et ad sacrae critices incrementum emergit [5]. Qui aegyptias in editione nostra res quaeret, is Eusebii sententiam de eius gentis antiquitatibus nondum

(1) *De Eusebii Pamphili Chronico inedito.* Mediolani MDCCCXVI.

(2) Legatur Pontacus *apparat ad Euseb. p.* 15. Goarus *praefat ad Sync. ed. paris. p.* 11. praesertim vero Vallarsius *praefat. et not. ad Hieron. chron.*

(3) Pag. 1-4.

(4) Pag. 5. 7. 12. 13. 18. 19. 20. 21. 24. 25. 28. 36. 44. 45. 46. 47. 48.

(5) Pag. 49-78. 84-88. 90-91.

fortasse satis cognitam leget (1). Olympiadum liber a Scaligero olim editus suspicionem aliquam fictionis contraxerat (2); nunc vero et vetus esse confirmatur, et codicum mendis lacunisque spoliatur (3). Lacedaemonum ante olympiades fasti; tum gentium, quae maris imperium tenuerunt, percensio; denique regum latinorum ad Romulum usque descriptio e profligatis Diodori siculi libris ab Eusebio excitantur (4). Castoris capita quaedam ab aliis chronographis praetermissa liber noster suppeditabit (5). Macedonum ante magnum Alexandrum reges quamquam alii historici enumerant, nunc tamen novo scripto Eusebius illustrat (6). Quid autem regnum thessalicum? Nonne eius fastos in graeca historia satis famigeratos Scaliger in deperditis iampridem deflevit (7)? Nunc ecce tibi caput id eusebianum (quantivis pretii est) tantopere exoptatum se sistit (8). Quid syriatica dominatio? Quamquam idem praestantissimus Scaliger graecas Porphyrii reliquias ea de re conquisiverat (Eusebius enim Porphyrii historias hac in parte usurpavit) mediocris adhuc defectus erat, quem ante editionem nostram (9) nemini explere datum fuit. Iam et in regum laterculis nova est narratio quam quisque Caesar vel ubi mortem obierit (10): tum et reges Babyloniorum (11); aliaeque passim non spernendae particulae nunc primum suis quaeque locis scribuntur. Quid nostra tot partium ingentium interpretatio, quae etsi graece extabant, nondum tamen ad vulgi captum accommodatae videbantur? Mittimus innumeras varietates in regum praesertim nominibus, aetatibus ac rebus gestis. Mittimus locos plurimos, quos iniuria temporum atque hominum incuria corruperat, noster autem liber restituit. Mittimus denique lucidum rerum ordinem, quem a Syncello in primis pessumdatum atque obscuratum (12), nisi Eusebius reviviisceret, revocare quis poterat?

Eusebianum Chronicon Armeniis numquam ignotum.

II. Age vero tam eximium Auctorem haud nunc suppeditant abundantissimae librorum gentes graeca scilicet vel romana (13), sed, ut diximus, natio Armeniorum, quae etsi studia non despexit, numquam primas sibi partes in liberalium artium curriculo depoposcit. Quamquam et huic genti graecus auctor Syncellus perhonorificum dat testimonium, cum in veterum populorum, qui litteras excoluerunt, satis modico numero Armenios quoque recenset (14). Iam quonam tempore

(1) Pag. 91. 93. 94.

(2) Lege Vallarsium ceteris apertius huic suspicioni, immo sententiae, indulgentem *praef. ad Euseb.* p. 17.

(3) Pag. 142-163.

(4) Pag. 166-169. 211-214.

(5) Pag. 125-126. 217.

(6) Pag. 169-171.

(7) *Animadv. ad Euseb. chron.* edit. amstelod. p. 12.

(8) Pag. 180-182.

(9) Pag. 183-189.

(10) Pag. 261-262, qui locus abest a prioribus Eusebii editionibus.

(11) Pag. 245.

(12) Syncellus duos Eusebii libros in unum confudit, sus deque vertit, mutilavit saepissime atque interpolavit. Profecto Syncelli labor, etsi historiae praeclaram operam navat, nobis tamen videtur rudis indigestaque moles.

(13) Utriusque eusebiani libri graecum exemplar saltem usque ad Syncellum nempe ad saeculum VIII, incolume fuit. Mirari autem licet nullam huius operis in Photii bibliotheca fieri commemorationem. Iam Latini nonnisi posteriorem librum a ·D· Hieronymo accepisse videntur.

(14) *Chronograph.* edit. paris. p. 50. A. Εἰδόντες γράμματα εἰσὶν οὗτοι· Ἴβηρες, Λατῖνοι, οἱ καὶ Ῥωμαῖοι, Ἕλληνες, Μῆδοι, Ἀρμένιοι: *litteris vacant hi populi, Iberes, Latini qui et Romani, Hispani, Graeci, Medi, Armenii.*

Eusebii Chronicon in armeniacam linguam conversum fuerit, quantae divinationis est scire? Nobis quidem id diserte definire non licet. Illud tamen exploratum est, saeculo christianae aerae quinto initium litteraturae in Armenia fuisse (1); ac tum primum graecos scriptores, praesertim qui ad rem sacram atque ad historicam pertinerent, haicana lingua uti coepisse. Chorenensem Mosem eius aetatis historicum ac rhetorem qui leget, is haicani idiotismi locutiones complures animadvertet, locosque aliquot qui ab Eusebiani Chronici interpretatione derivati videntur (2). Sane ecclesiasticam Eusebii historiam haicano nuper sermone a Mastosio donatam terebat manibus Moses (3). Suspicari igitur licet, Chronicon quoque eiusdem Eusebii iam tum Armeniis haud ignotum fuisse. Neque illud tamen reticendum est, a Mose Chronicon Africani semel appellari (4), Eusebii simile opus non item. Iam et Elisaeus Mosi suppar et paene condiscipulus, qui Vardanorum res gestas scripsit; tum ille saeculo octavo clarus Iohannes Ozniensis, undecimoque saeculo Gregorius Magister princeps haicanam eusebiani chronici elocutionem imitati videntur (5). Atque hos locos Zohrabus notavisse se ait, dum ob novum linguae suae lexicon ingenti studio adornandum classicos Armeniorum scriptores attente perlegeret. Sed enim et historici Lazarus et Iohannes patriarcha hoc nomine sextus eusebiani prioris libri prooemium se legisse manifesto produnt. Tum denique Stephanus Asolnichius et Samuel Aniensis Chronica sua eusebiani libri fulcimine sustentare se aiunt (6). Atque haec armeniorum hominum testimonia de chronicis Eusebii canonibus percurrisse sufficiat: nam quominus plura dicamus, tum codicum armeniacorum desiderium tum etiam operis festinatio nos vetat.

Idem Chronicon aliique libri apud Armenios postremo latitabant.

III. Quamquam igitur complures armeniacae gentis sapientes eusebiani Chronici utroque libro diu usi videntur, nihilominus postremis hisce temporibus satis infrequens apud Armenios, immo et multo rarissimum, hoc volumen occurrebat. Neque id mirum: religiosi enim homines, in quibus fere innititur haicana litteratura, ceterarum disciplinarum propemodum negligentes, liturgicis codicibus et homiliis divinisque Bibliis describendis potiorem curam multis abhinc saeculis impendere consueverunt. Quippe haec est nobilissima laus Armeniorum, quod miro studio atque amore ad christianae religionis cultum rapiuntur. Nunc tamen exortum est venetum praedictae gentis collegium, a quo profanae etiam litteraturae fructus non immerito expectandi sunt. Interim non graecos solum auctores Eusebium atque Philonem (7) Armeniorum oblivio

---

(1) Legatur Samuel Aniensis ad annum Christi 421.

(2) Conferantur certe Abydeni loci in Eusebio lib. I. capp. VI. X. XII. cum Mose *Hist.* I. 3. 4. et II. 7. Item Porphyrii locus in Eusebio I. XL. 18. cum Mose II. 2. Verumtamen considerato Mosis alio loco, de quo nos in Eusebio p. 61. n. 1. loquimur, satis constare videtur, Eusebii Chronicon Mosi cognitum aut certe familiare non fuisse.

(3) *Hist.* II. 9.

(4) Loco nuper citato.

(5) Gregorii Magistri locum nos ipsi memoravimus in Eusebio ad Abrahami annum 2186.

(6) Samuelem habes in nostra editione. Asolnichium siquis cognoscere avet, is interim sciat, prooemium eius historiae, quod adtinet ad Eusebii commemorationem, a Samueliani prooemii ratione non abhorrere.

(7) De Philonis iudaei operibus ineditis apud Armenios latentibus locuti sumus in dissertatione edita Mediolani anno MDCCCXVI.

occuluerat, verum ipsa patriae historiae lumina Elisaeum, Lazarum, Thomam Arzeruniensem et Iohannem patriarcham sextum, olim satis illustria, mox temporis quasi flatus apud eorumdem gentiles extinxerat, quae nostra demum aetate vitam celebritatemque suam receperunt. Quod siquis eruditus ad orientales Armenios reconditasque illorum vel in monasteriis vel in ecclesiis cathedralibus vel in aedibus etiam privatorum bibliothecas accederet, idemque vernacula regionum lingua, provinciali vestitu, idoneaque dexteritate uteretur, nae is plures fortasse haud poenitendae frugis codices excitaret. Quod tamen privato cuique erudito perdifficile est, id gratia et munificentia Principum vel alicuius academiae legatio facilius consequeretur. Par autem esset, praecipuam quaesitorum sagacitatem ad indagandas orientalium populorum historias, graecorumque scriptorum interpretationes converti. Namque in his grave damnum passi sumus et vehemens et post litteras inclinatas gravissimum. Iam Armenii quum his maxime studiis delectati olim ferantur, sequitur ut indidem copiosiorem investigationis fructum relatum iri speremus. Sane hac animi curiositate Zohrabus in Poloniam olim profectus, ubi haud modicus numerus Armeniorum versatur, Philonem, cuius ante biennium specimina egregia exhibuimus, atque alia monumenta detexit, regum scilicet ac patriarcharum armeniorum diplomata, sigilla, patrii iuris reliquias, veterisque artificii complures libros: quae omnia ad sancti Lazari Venetiarum collegium transtulit, ibique aeternum industriae suae monumentum reposuit.

Chronici eusebiani exemplar byzantinum eiusque apographa duo.

IV. Sed ne ab Eusebio stilus noster aberret, quis notitiam primus eusebiani Chronici in haicana lingua plenioris vulgavit? Nobis quidem huius rei non obscuram significationem fecisse videtur homo linguae eius studiosissimus Villefroyus gallus, cum parisiacos armeniorum Scriptorum codices ante annos octoginta recensuit (1). Ipse vero Villefroyus vix dubitamus, quin id cognoverit e Samuelis, quod ei ad manus erat, Summario: cuius statim lectio docebat longe integriorem Eusebium apud Armenios latere. Revera autem quum huius Chronici uterque liber in pervetere membraneo codice Constantinopoli forte occurreret, coepit id opus ab armenio quodam Georgio Iohannis filio (2) anno MDCCLXXXXII

(1) *Leur* (des Armeniens) *Homere en vers hexametres*, LEUR EUSEBE PLUS ENTIER QUE LE NOTRE, *leur histoire des empereurs (livres precieux qu'on ne doit pas desesperer de recouvrer ancore) iustifieront l'estime de cette nation pour ses habiles interpretes, a qui souvent elle donnoit le nom de lumiere du monde.* Apud Montfauconium Biblioth. mss. p. 1016.

(2) De hoc Georgio Iohannis filio lubet paulo latius disserere, qui gente armenius fuit, patria cp̄olitanus, nullique umquam viliori opificio deditus, linguas turcicam persicam arabicam et graecam, praeter patriam armeniacam, impenso studio coluit, quarum etiam affinitates peracute notavit aliquot in libellis, quos de hoc argumento deque rebus saracenicis sermone patrio conscripsit. Is certe lexicon perso-armenum adornavit, et othomanicae historiae a Mahumeto usque ad sua tempora volumina duo confecit, usus saepe memoriis in Europa non cognitis. Rei praeterea antiquariae curiosus saepe homines qui Cp̄olim ex interiore Asia adventabant adire solebat, et numquid peregrinum adferrent rogare; atque ita aiebat deprehensum sibi Eusebii Chronicon apud armenium advenam sacerdotem. Quamquam et ipse Georgius in Armeniam iter suscepit, ex eaque plures codices nominatimque iam incognitam Lazari Pharpensis historiam reportavit, quam veneto Armeniorum collegio habendam transmisit. Atque hic benemerentissimus vir quum summa gratia

peculiari admiratione observari, atque apud suos in familiari sermone magnopere commendari. Ea in urbe patria per id tempus morabatur Zohrabus, isque praedictum Georgium vehementer rogavit, ut eius pretiosissimi codicis manu propria curaque diligenti exemplar conficeret: quod quum impetrasset Zohrabus, ac deinde iter post biennium Venetias dirigeret, apographum illud Georgii secum abstulit, atque in veneti collegii bibliothecam invexit. Porro id exemplar facti eius memoriam in calce exaratam exhibet, nempe quod hi chronici Eusebii canones a doctore Iohanne Zohrabo Constantinopoli Venetias octavo kal. ianuarias anno MDCCLXXXXIV delati sunt (1). Iam ut Eusebium peculiari quodam iure patrioque velut amore Zohrabus diligebat propter sua in illum merita et veterem sollicitudinem, ne unquam a se Eusebius abesset, novum sibi exemplar de veneto codice expressit, idque ad studia sua complures ante annos adhibere consuevit. Tres igitur canonum eusebianorum manu scripti codices esse coeperunt; primus *byzantinus* membraneus saeculo undecimo duodecimove conscriptus, sigilloque Gregorii patriarchae munitus (2), unius nimirum e tribus Gregoriis qui armeniacae ecclesiae primatum per ea tempora tenuerunt. Princeps autem hic codex videtur ex hominum conspectu abiisse: rursus enim quaesitus in regia Turcarum urbe nequicquam est. Secundus codex Constantinopoli quidem confectus, sed Venetiis postea collocatus, *venetus* a nobis appellatur. Tertius denique Venetiis a Zohrabo diligenter manu propria elaboratus, tum Mediolanum ab eodem translatus, dicatur *mediolanensis*: a quo videlicet princeps haec eusebiani chronici editio procedit.

---

optimaque fama apud armeniacam graecamque gentem C̄poli floreret, adeo ut certatim eum optimates ad liberorum suorum institutionem deposcerent, quod tamen adtinet ad veteris haicanismi eiusque artificialis constructionis peritiam, sponte aiebat se doctis collegii veneti viris fasces submittere: qua super re multis saepe sermonibus habitis et doceri se patiebatur, et ipse interdum nova quaedam adferebat e privato librorum penu: quin tamen auctorem aut codicem (quae sunt Eruditorum pervulgatissima arcana) apud se latentem nominatim appellaret. Huic homini Zohrabus C̄poli degens editionis eius apparatum, qua Mosis chorenensis progymnasmata vulgare moliebatur, ostendit, ab eoque plurimum collaudatus est, bonoque operis exemplari donatus, ut ex eo sibi lectionum varietates excerperet. Decimus fere iam exigitur annus, ex quo Georgius septuagenarius prope obiit: cuius scripta ad gentem inter Armenios satis nobilem Duiziam pervenisse constat. Utinam vero incolumia sint! Nos interim virtutis ergo atque immortalis in Eusebium meriti, hac Georgium memoria prosecutos esse iuvat.

(1) In codicis byzantini calce haec Georgius sua manu exaravit: *Exscriptus est pretiosus hic codex auctoris, cuius nomen Pius (ita enim sonat graecum nomen* Εὐσεβὴς Eusebius*) ex antiquo membraneo, rotundisque litterarum formis exarato authentico et eximio admodum exemplari. Ipsum autem autographum diligentissime expressum est usque ad iotas et obelos. Exaravi opus ego Georgius humilis scriba in c̄politana urbe anno aerae armeniacae MCCXLII, Domini MDCCLXXXXIII, septimo idus iunii, ut eo antiquitatis studiosi fruantur.*

Ad hanc Georgii epigraphen iunctim accessit altera in eodem codice manu hominis religiosi qui eo tempore veneti collegii bibliothecae praeerat: *Hoc est memorabile donum merentissimi domini Georgii, domini Iohannis filii, quod ad nos adtulit reverendissimus P. Iohannes Zohrabus, doctor noster, anno Domini MDCCLXXXXIV, aerae armeniacae MCCXLIII, octavo kal. ianuarias.*

(2) Huius sigilli imago in fronte voluminis nostri est, descriptio autem in Canone eusebiano p. 355. De Gregorio videsis coniecturas nostras in praefatione Samueli praeposita, praecipueque in postrema ad eumdem Samuelem nota p. 80.

Principis editionis mediolanensis occasio.

V. Nunc dabimus operam ut nostra editio quod initium quamque causam habuerit, lectores cognoscant. Anno abhinc tertio quum Angelus Maius fando audisset, Philonis iudaei codicem apud Armenios Venetiis ostendi, qui si typorum beneficio in vulgus daretur, superiores auctoris eius editiones compluribus operibus cumularet; protinus ea notitia commotus coepit per amicos Venetiis agere, ut sibi eius codicis paulo copiosior indiculus conficeretur. Mox ecce Iohannes Zohrabus studiorum suorum causa Mediolanum adveniens, non eum tantummodo indicem a se diligenter confectum communicavit, verum etiam, ut est rerum suarum valde indulgens et facilis, Eusebium ipsum, cuius exemplar apud se habebat, impertiri non dubitavit, passusque est ut Chronici amplissimum specimen, quamquam opere tumultuario, Mediolani publicis typis a Maio eius rei cupidissimo committeretur. Exin Venetias redux, quum nullum edendi Eusebii consilium a collegii alumnis agitari videret; immo socios multis et gravibus diuturnisque curis implicitos sciret (etsi enim viginti ante annos de Chronico evulgando cogitatum esse constabat, ipso identidem admonente Zohrabo qui aliis interim studiis distinebatur, negotium tamen tanta intercapedine profligatum omissumque iacebat;) visum est ei (hortantibus enixe amicis, tota Europa flagitante) non incommodum fore, si reservata armeniaci textus gentilibus suis quum commodum foret editione, interpretationem latinam elaborandam per Maium, se interprete, praemittendamque permitteret, quae et eruditos de operis sinceritate certiores faceret et eiusdem dignitatem ac commoda commendaret. Et sane haicani textus editio ut in primis laudanda est, ita paucos in Europa lectores habebit: quamobrem tempori et impendio parcere satius videbatur. His hominis armenii consiliis, et de gloria gentis suae propaganda sollicitudinibus, volenti animo parataque opera subveniebat italus Maius, cui diu multumque versabatur ante oculos indignitas calamitatis, eusebiani videlicet Chronici, quod in Italia cognitum, tamen adhuc, ceu Cronus (1) ille apud Ianum, ianuis ac seris conclusum latebat. Praesertim quum vulgatae Chronici notitiae promissaeque editionis mirificus successus meritoque etiam maior extitisset (2), ita ut tantae hominum voluntati deesse puderet. Certe post excitatum desiderium, omnes flagitationes querimoniaeque eruditorum ad morantium reprehensionem pertinuissent.

Operis interpretatio Mediolani curata.

VI. Quandoquidem igitur eusebianum thesaurum Zohrabus ita ex haicanis penetralibus depromere poterat, ut eum Maius in Latium devehere sine naufragii discrimine non desperaret; rem magni moliminis aggressi sumus hac animi comparatione, ut Eusebii causa nullius laboris severitas recusanda videretur. Et statim quidem in salebras difficultatum atque in multas molestias incurrimus. Primo enim textum armenium per tot saecula manusque deductum mendis saepe abundare cognovimus. Deinde quum alter interpretationem

(1) Dionys. Halic. *Antiq.* I. 38.

(2) Vide *Biblioteca italiana an.* 1817. *Febbraio p.* 246. *sqq. Giornale di Padova tomo* XII *serie* 2. *Bibliothèque universelle an.* 1817. *Septembre p.* 22. *sqq. Iournal des Savans Avril* 1817. *p.* 230 *sqq. Ienaische allgemeine litteratur-zeitung Februar* 1817. *num.* 25. Ut reliquas publicas privatasque epistolares adhortationes mittamus.

faceret, alter latine scriberet nec non cum graecis reliquiis et cum historiae veritate conferret, suis quisque doctrinis atque opinionibus persaepe distrahebatur. Itaque dum alternis inter nos docemus, dum mutuas cogitationes impertimus; multum sane temporis operaeque dilabitur, donec res firmâ demum concordique sententia concluditur. Ceterum haec laboris molestia et diuturna patientia et controversiis ventilata sedulitas merito fore speramus ut ab Eusebii lectoribus aequi bonique consulatur. Opus enim antiquae reconditaeque linguae commendatum, atque unius codicis (quod maximum est incommodum) auctoritate suffultum, scripturae etiam plurimis aberrationibus ac litterarum affinium numeraliumque notarum corruptionibus perturbatum, dubia particularum adverbiorumque vi perdifficile, vitiosa interpunctione inconcinnum, verborum interdum omissione hiulcum, insuetis denique vitiatisve vocabulis interspersum, nisi nos diligenti quaestione ac veluti iudicio explorassemus, quis eo tute et commode uti posset? Illud quoque pro viribus cavendum putavimus, ne nostram interpretationem ad graecas potius reliquias, quam ad textum armeniacum exigeremus : nam praeter quam quod id nostro instituto alienum erat, male profecto de Eusebio meriti essemus, si ex interpolatis magis et incertis Syncelli aliorumque chronographorum locis, quam ex illius fidelissimo haicano interprete hanc temporum doctrinam hauriendam curassemus. Interim neque ad lucem, quam graeca frusta emittebant connivendum erat, praesertim in armeniaci tramitis salebris et obscuritatibus. Saepe etiam perplexitatem quamdam sponte prae nobis tulimus: namque in re varia et difficili periculosum superbumque est dubitationes omnes aspernari. In summa sic rem moderati sumus, ut partim in ipso contextu, partim in nostris observationibus, atque in adiectis libro emendationibus veram Eusebii sententiam, quantum licuit, expresserimus. Porro interpreti tantum satagendum quantum satis est ad declarandum auctorem; lectores autem intellecta sententia, verba omnia non debent exquirere. Erit enim aliquando cum a verbo recedemus, a veritate fortasse ne tantulum quidem. Neque idcirco dubitamus quin in [illegible]usmodi labore veri etiam errores versentur. Atque in munere interpretum d[illegible]fungendo impensam adhibuimus diligentiam: in observationibus tamen scribendis, etsi aliqui genus nullum curiositatis praeterire solent, nos quidem temperantiae studere maluimus. Quamquam revera Eusebium multo pluribus gravioribusque, quam nostrae sunt, adnotationibus dignum esse fatemur; quin tamen in eorum haeresi simus qui perspicuis etiam perlucidisque auctorum veterum locis tam ponderosas notas attexunt tamque plenas opinionum suarum; quorum tomorum ambitiosae fucosaeque moles fructum saepe expectatum non habent. Illud perutile fuisset, si auctorum ab Eusebio laudatorum accuratam separatamque notitiam exhibuissemus; quam spartam a nobis festinantibus omissam alii utinam ornent! Interim cordi fuit, Philonis iudaei locis aliquot ineditis, Mosis etiam armenii rhetorici particulis nonnullis Europae incognitis notas nostras quasi gemmis collustrare. Sed enim lucubrationum vigiliarumque

nostrarum labor atque successus in eruditorum demum iudicio relinquendus est. Id unum monere liceat, nempe ut quisque gravissime pro communi utilitate periclitatur, ita eum diligentissime lectorum benevolentia esse sublevandum.

Graecarum reliquiarum collectio.

VII. Post operis interpretationem nihil antiquius fuit magisve necessarium, quam graecarum Eusebii reliquiarum, quae in alienis scriptis supersunt, studiosa collectio. Partem harum sine dubio maximam apud chronographum Syncellum reperimus, quae interdum etsi magis in promptu erant apud Scaligerum, tamen eas e fonte non e rivulo haurire voluimus. Deficiente tamen Syncello, ad Scaligerum quoque respeximus: sed quoniam hic excerptorum suorum vix umquam laudat auctores aut codices (1), caute eius locis utendum putavimus: scaligeriani enim laboris auctoritas suspicionibus obscuris laesa est, ita ut quidam Critici contumeliose prope dixerint, hunc hominem graecae linguae peritissimum graeca interdum e latinis fecisse. Nihilominus ubi graecorum Scaligeri excerptorum loci admodum spatiosi et insignes cum armenio interprete ad litteram congruebant (2), nulli plane dubitavimus, quin eos Gallus doctissimus ex antiquis codicibus sumpserit. Porro Iosephi, Diodori, Clementis Dionysiique locos partim e Syncello partim ex ipsis auctorum editionibus cepimus; ita tamen ut etiam cum editionibus utebamur, Syncellum perpetuo consuluerimus, qui rem propius ab Eusebio accersivit; teste codice armenio, cuius permultae lectiones ad Syncelli magis excerpta quam ad auctorum ipsas, ut nunc sunt, editiones accedunt. Iam hae graecae partes praeter quam quod Eusebium, qua fieri potest in pristinum revocant, nostramque editionem ab omni *νοθείας* suspicione liberant, docent etiam quanta fide ac sapientia armeniacus interpres in suo munere versatus sit: quin adeo armenii hominis labor multa graeci textus menda praesertim apud Syncellum coarguit, quae nunc bene nunc secus Goarus editor purgare tentaverat. Atque in graecis prioris libri partibus colligendis, nostra solorum industria versata est; alterius vero libri minutiora frusta quaerentibus dux erat praecipuus veronensis Vallarsius, cuius hac in re diligentia multos se ante annos exprompsit. Sed enim quum is venetas Syncelli, Cedreni, Chronicique paschalis editiones adhibuerit, nos vero parisiacas nobiliores in manibus haberemus, haec quoque alterius libri fragmenta marte nostro novoque studio congessimus: quae recens cura fructu non caruit, nam et puriora saepe dedimus (3), et interdum cumulatiora: tum et editionum earum testimonia laudavimus, quarum usus apud eruditos communior est et vulgo exoptatior. Quamquam, ut vere fateamur, etsi multa in editione nostra reformare vellemus, tamen nusquam minus quam in graecarum reliquiarum collectione nobismet placemus. Profecto in priore libro quaedam interdum e Syncello aliisque auctoribus ita interpolata ab iisdem atque

(1) Syncello tamen et Cedreno ac fastis siculis (nempe chronico paschali) codicibus que a Casaubono acceptis se usum docet Scaliger *in prolegomenis ad Eusebium* p. 24.

(2) In Eusebio nostro p. 114-124. 126-139. 171-179. 183-194.

(3) Vallarsius (ut unum documentum interpolationum notemus) regum annos plerumque in Syncello convellit atque ad latinum exemplar accommodat, quos sinceritati suae nos restituimus, licet hi a textu nostro persaepe dissideant.

immutata protulimus, ut ea nunc potius vel omittenda videantur vel in notas coniicienda. Interdum propter operae festinationem diuturnaeque vestigationis taedium pauca quaedam praetermisisse arbitramur (1): quaedam denique nondum satis perpensa exhibuimus. Iam ad posteriorem librum quod attinet, rursus saepe Syncello usi sumus, saepe etiam Chronico paschali: atqui identidem quae iam de Syncello capta erant, ea mox puriora in Chronico esse comperimus. Mirum enim est quantam Chronici huius auctor quamque puram materiam ab altero Eusebii libro mutuatus sit. Quare consules etiam romani qui a Bruto et deinceps in paschali Chronico perscribuntur (2), vix dubitamus quin ex eo laterculo sint, quod Eusebius in posteriore libro digessisse olim videtur, nunc autem et in latinis Eusebii exemplaribus, et in mutilo etiam armenio codice desideramus (3).

VIII. Postulat iam locus ut ad dicendum de posteriore Eusebii libro accedamus. Altera haec Eusebii perdiligens lucubratio, quum clarissimum olim interpretem nacta sit stridonensem Hieronymum, quumque omni aetate in Latinorum manibus fuerit; non modo persaepe edita typis est, verum etiam in cunctis codicum apothecis occurrit: et quidem nos in ambrosiana bibliotheca membraneos codices duos, praeter principem Mombritii mediolanensem editionem, non sine fructu, cum res poscebat, inspeximus. Quod ergo emolumentum quodve consilium est huius quoque libri ex armeniaco codice suscitandi? Prima est insignis utilitas quod Eusebium ab Hieronymi additamentis secernimus. Notissimum est, res plerasque romanas in eusebianum librum abs Hieronymo fuisse convectas (4). Quamquam anni urbis conditae apud Hieronymum praetermittuntur, in Eusebio autem usque ad Gallorum victoriam

De posteriore Chronici eusebiani libro.

(1) Sane et Scaliger olim quum plurima Eusebii fragmenta sedulo studio consarcinasset, tamen fore aiebat, ut qui mox paulo plura corraderet, is sibi dicam ob negligentiae crimen impingeret. Haec autem inter cetera scribit (*prolegom. ad Euseb.* p. 24.) vir vehemens, saepe in acie litteraria versatus, et Criticorum superbiae atque importunitati resistere solitus: *Quum desperandum non sit, posse adhuc aliquot minuta fragmenta eusebiana erui, qui unum aut alterum repererit, is non solum novae editionis, sed etiam calumniarum occasionem nactus fuerit . . . Non me fallit animus. Iam classicum cecinit sycophantia . . . De messe nostra ideo nihil percipiemus, quod post illam aliquod spicum famelicis reliquerimus. Non cogitabunt unius non esse omnia absolvere.* Ulterius referre piget ut in Chronici prolegomenis et in animadversionibus nec non in Canonum isagogicorum praefatione adversarios suos Scaliger horrendis prope verbis exsecretur. Quis enim tam inhumanam iram in humanis litteris probet?

Sed revera ipsam Eusebii interpretationem et notas et totum editionis genus, quis ubi mediolanensem librum inspexerit, non statim meliore successu curare possit? Haec est nimirum infelix eorum conditio qui primi libros edunt, ut postquam se vigiliis contuderint impensasque non modicas laceraverint, mox posteriorum editorum criminationibus pateant, qui aliena studia ad suum fructum convertunt. Haec ad deprecandam invidiam dicta sint.

(2) Consulum a Bruto et Collatino usque ad Lentulum et Cerealem, qui sub Antonino Severi filio consulatum adepti sunt, laterculum graecum extat in codice ambrosiano A. 175. part. inf. cuius ope multos siculorum fastorum locos sanare licet. Hanc autem rem, praesentibus nobis, animadvertit cl. Bartholomaeus Burghesius, vir doctissimus, qui fastorum consularium, vulgo capitolinorum, fragmenta nuper Romae eruta cum praeclaro commentario vulgavit, et novam mendisque innumeris expurgatam consularium omnium fastorum editionem deinceps curabit.

(3) De consularibus Eusebii fastis breviter inferius dicemus p. 216 n. 5. et p. 264 n. 1; de cod. armeniaci defectibus p. 218. 219. 307. 314. 394.

(4) Id affirmat ipse Hieronymus in sua Praefatione ad Eusebii Chronicon.

comparent. Ergo nunc primum indubitanter patet quid Hieronymus quidve Eusebius conscripserit. Rursus nunc primo constat, Hieronymum res quoque graecas et barbaras, quamquam raro, vel interpolavisse, vel paulo aliter et latius explicavisse, vel propter suas opiniones, doctas equidem et bonae frugis, aliô interdum torsisse. Quod factum cum armenius codex, tum ipse Hieronymus non obscure his verbis confirmat (1): *Semel enim et in temporum libro praefatus sum, me vel interpretem esse, vel novi operis conditorem.* Atqui ab hac suspicione plurimum absunt Armenii propter rerum profanarum praesertimque graecarum et occidentalium abstinentiam. Altera nec fere minor utilitas huius libri edendi est laterculorum atque historiarum totiusque eusebiani ordinis in pristinum restitutio. Iamdiu videlicet Scaliger conquestus fuerat (2) de perversa in editionibus (immo et in latinis codicibus) partis huius eusebianae linearumque dispositione; siquidem olim Auctor primos Hebraeos, mox Assyrios, deinde Sicyonios, denique Aegyptios sub canonis initio scripsisse videtur: nunc autem longe aliter res se habet. Quin adeo in consecutis quoque regnorum successionibus, tum in historiarum collocationibus, denique in ductibus linearum, quibus fere regitur canon, non mediocriter editiones perturbatae sunt (3). Quae omnia codex armeniacus firma, ut videtur, sed certe probabili ratione reparabit. Quam recte autem historiae suis quaeque locis apud armenium interpretem adscriptae sint, docet inter ceteros Samuel, qui sicubi ad Eusebium provocat, numquam fere a nostri codicis supputationibus aberrare comperitur.

Interpretis armeniaci virtutes et vitia.

IX. Age vero de interprete nostro siquis iudicium ferre avet, nae is in primis haicanismi peritia se imbuat: qua lingua simul atque uti coeperit, sine dubio hunc interpretem demirabitur propter incredibilem quamdam graeci exemplaris persecutionem, convertendique fidelitatem: nam et verbum pro verbo reddit, et genus omne figuratae quoque elocutionis vimque saepe conservat: quo fit etiam ut insolentior et hellenismis inquinatior evadat oratio: cuiusvis denique paraphraseos atque varietatis sibi omnino licentiam praecidit. Quamquam vero hic interpres scientia pollet haud mediocri graecitatis, idem tamen imprudens nonnumquam et paene dormitans se obstringit erroribus, quorum aliqui ita aperti ac manifesti sunt, ut medius fidius dissimulari non possint. Nos quidem his plerisque deprehensis, pro *dignor* (ἀξιόω) scripsimus *reposco* et *volo* p. 80. n. 2. p. 202. n. 4. Pro *priscorum oraculum* (ἀρχαιολογία) scripsimus *antiquitates* p. 83. n. 3. Pro *lex* (νόμος) scripsimus *nomus*, quae erat aegyptia praefectura, p. 94 n. 4. sqq. Pro *pretiosus* (τίμιος) scripsimus *Timaeus* (Τιμαῖος) p. 108. n. 3. Pro *Odius* (ὁ Διός) scripsimus *Iovis filius* p. 130. n. 3. Pro *occidentales* (δυσμικοί) scripsimus *Dymaei* (Δυμαῖοι)

(1) Praef. ad librum *de situ et nominibus locorum hebraicorum.*

(2) *Animad. ad Euseb.* p. 8 et 14.

(3) Calamitatem hanc ipse Eusebius timuisse olim se docet illa sollemni obtestatione quae eius Chronico praeponi solet: *Adiuro te quicumque hos descripseris libros per D. N. Iesum Christum et gloriosum eius adventum, in quo veniet iudicare vivos et mortuos, ut conferas quod scripseris, et emendes ad exemplaria ea, de quibus scripseris, diligenter: et hoc adiurationis genus transcribas, et transferas in eum codicem, quem descripseris.*

p. 145. n. 1. Pro *dominor* (ἄρχω) scripsimus *incipio* vel *propagor* p. 197. n. 1. Pro *Ilium* (υἱὸν) scripsimus *filium* p. 190 n. 1. Glossam item vocabuli ἀργοναύτης p. 135. n. 7; interpretationem vocabuli περιοδινίκης p. 152. n. 5. sqq.; itemque vocabuli φυγὴ p. 201 n. 1. atque alibi; denique lectionem ἑτέρας pro ἑταίρας p. 172. n. 1. et cetera eiusmodi paene inviti recepimus. Etsi enim noster interpres bonis saepe graeci codicis lectionibus usus est, interdum tamen plane deterrimis. Neque vero haec prioris libri peccata insignem aliquam ignominiam nostro interpreti imponunt. Nonne enim et summus Hieronymus ex παρὰ Διός (a Iove) fecit *Paradium* p. 294. n. 2? Nonne *nudipedalia* (γυμνόποδία) scripsit pro *lucta nudorum* (γυμνὴ παιδεία) p. 325. n. 2? Nonne in paucis aliis propter festinationem (quam ipse in Chronici praefatione fatetur) lapsus est, quae iampridem Critici castigaverunt? Quamquam armeniacus interpres nonnulla in Hieronymo a Criticis reprehensa, nunc demum auctoritate sua confirmare videtur. Scaliger ex. gr. (ut nos unum et alterum locum commemoremus, reliquos lectoribus cognoscendos permittamus) vituperat Hieronymum (1) quod dixerit *Heraclidarum descensum* (κάθοδον) pro *Heraclidarum reditum*; quod *domesticum testem* (ἐχέγγυον μάρτυρα) pro *locupletem auctorem*; quod *Diagorae familiares* (τοὺς περὶ Διαγόραν) pro *Diagora*; quod *Evagoras rex Cypri in furorem versus est* (ἐξέστη) pro *Evagoras e Cypro excessit*. Atqui noster interpres (in Abrahami annis 915 sqq. 1497, 1535, 1630) ad Hieronymi explicationes prorsus accedit. Porro armeniaca libri alterius interpretatio, quantum ea nobis quidem videtur, pluribus adhuc reprehensionibus obnoxia est, quam rem nostrae observationes docebunt (2). Quin nos mendorum hac copia permoti dubitavimus aliquando, num forte alterius libri explicatio parentem habuerit alium hominem qui vel graece paulo minus sciverit vel certe e deteriore exemplari interpretatus sit. Illud augebat dubitationem quod haicana ipsa constructio videbatur interdum a prioris libri praestantia quodammodo desciscere. Sed utcumque sunt ista antiquitus perpetrata, plane optandum est, ut quisque bonus ac prudens lector multa eiusmodi vitia (quantum veritas aequitasve patitur) in amanuensium potius incuriam, quam in inscitiam interpretis conferenda arbitretur.

Interpretationis armeniacae fons graecus fuit non syriacus.

X. Quum igitur armeniaci interpretis laudes itemque vitia e graeci praesertim exemplaris comparatione innotescant, quum haicana eius dictio hellenismis abundet, quum denique in hoc interprete nihil praeter graecae linguae vestigia et quasi reliquias ac formas reperias, sequitur ut Chronicon eusebianum haud aliunde quam e Graecia in Armeniam transierit. Iam hanc

(1) *Prolegom. ad Euseb.* p. 19-20.

(2) Pag. 279. n. 1. p. 285. n. 2. p. 295. n. 2. p. 297. n. 2. p. 299. n. 1. p. 300. n. 3. p. 302. n. 1. p. 305. n. 1. p. 318. n. 3. p. 330. n. 2. p. 334. n. 1. 4. p. 336. n. 4. p. 337. n. 1. 2. 3. p. 341. n. 1. p. 347. n. 5. p. 354. n. 2. 4. p. 357. n. 1. p. 359. n. 4. p. 360. 1. 2. p. 362. n. 2. p. 371. n. 2. 5. p. 375. n. 5. p. 376 n. 1. p. 377. n. 2. 3. 4. 5. p. 378. n. 1. 4. p. 380. n. 1. p. 383. n. 1. 6. p. 385. n. 3. 4. p. 386. n. 2. p. 387. n. 3. p. 390. n. 1. p. 391. n. 1. 2.

Atque haec menda, missis aliis minutioribus, intento digito demonstrare libuit, non ut interpretem tam bene de nobis et de historia meritum criminaremur, verum ut ex his locis plerisque innotesceret, armeniacam interpretationem (quod mox diserte docebimus) haud aliunde quam e graeco fonte fuisse depromptam.

opinionem haud immerito proferendam confirmandamque putamus, propterea quod Armenii in syriacis quoque libris interpretandis multum operae collocaverunt usque a magni Isaaci temporibus [1], nempe usque a gentilis eruditionis primordiis, quod et deinceps omni fere aetate factitatum ab eisdem novimus. Chronicon vero eusebianum in Syrorum linguam fuisse conversum satis exploratum est. Namque in primis Ebediesu Bar-Bricha Sobae (idest Nisibis) et Armeniae metropolita, in suo de syris scriptoribus carmine diserte canit [2], Simeonem Garmaeum (patria Mahuza Ariuni) Eusebii Chronicon fuisse interpretatum: quem quidem Simeonem in Garmaeorum regione circa annum Christi DC episcopatum tenuisse docet Iosephus Assemanus [3]. Rursum octavo saeculo Iacobitarum patriarcha Dionysius Tel-Maharensis quum ingens chronicon usque ad Christi annum circiter DCCLXXV instrueret, prima eiusdem parte, quae ab orbe condito ad Constantinum usque pertingit, Eusebii chronographiam conclusit [4]. Dionysiani chronici exemplar pervetustum in Scetensi Deiparae Syrorum monasterio nactus est Assemanus, in quo codice sic loquitur Dionysius auctor: *Incipit haec supputatio, seu chronicon, ab exordio mundi, et percurrit usque ad ortum Abrahae, regnumque Nini, qui Niniven condidit, regnavitque in ea annos duos supra quinquaginta: anno enim quadragesimo secundo Nini natus est Abraham patriarcha, teste Eusebio, ex quo isthaec omnia descripsimus, usque ad aetatem fidelis Constantini.* Quin huius chronici epochas, quas Assemanus excerpsit, operae pretium esset, cum eusebianis epochis quae nunc prodeunt, conferre. Denique Iacobitarum item patriarcha Michaël cognomento Magnus, qui, exeunte saeculo duodecimo cognoscebatur [5], in suam chronographiam Eusebium quoque inserendum curavit, teste rei Gregorio Bar-Hebraeo [6]: *A beati Mar-Michaëlis patriarchae τοῦ μακαρίτου aetate, qui chronographiam illam magnam in tres partes divisam compilavit, colligens chronica antiqua, quae peritura essent et oblivioni tradenda; Eusebii inquam caesariensis* etc. Nobis quidem averet hercle animus scire, quatenus isti Syri priore Eusebii libro usi sint, quatenus item posteriore: rursus, num pure apud eos Eusebius (quod vix credimus) extet, an eius operis saepius non tam verba posuerint, quam sententias decerpserint. Profecto si de syriaticis Eusebii interpretibus ex summario quodam eiusdem chronici indicandum est, quod in syro bodleiano codice saeculi XII inventum P. I. Brunsius germanicae linguae commendavit ac edidit [7], nae isti syri breviatores haud magnifaciendi sunt. Nam praeter patriarcharum procreationes, et nuda paene regum nomina, et flores historiae permultos e secundo libro delectos, in eo syro summario (ceteroqui perbrevi) nihil exhibetur.

---

(1) Legatur Moses chor. *Hist.* III. 54.

(2) Apud Assemanum *Biblioth. orient.* Tom. III. part. I. p. 168. Conferatur etiam p. 18.

(3) In eodem opere et tomo p. 633.

(4) *Biblioth. or.* Tom. II. p. 98-101.

(5) *Biblioth. or.* Tom. II. p. 154. Huius, ut putamus Michaelis excerpta historica, quae fabulis scatere novimus, ab Adamo ad Christum natum extant etiam in codice arm. XXII apud Montfauconium *Biblioth. mss.* p. 1018. Verum apud nuperum gallum scriptorem Sammartinium *Memoires sur l'Armenie* p. 13 not. 5 insunt in codice XC. Sed enim cl. Sammartinius negat id opus cognitum fuisse Assemano.

(6) In eodem tomo p. 313.

(7) *Repertor. fur biblische und morgenländische litteratur* Tom. XI p. 271. sqq.

De operis certitudine et titulo.

XI. Hactenus de codice Eusebii armeniaco, deque Chronici natura tractavimus; iam quod ad epigraphen eiusdem adtinet, lectores aperte monemus, Auctoris ipsius nomen, nedum operis titulum, in fronte codicis desiderari. Quamquam codicis inventor Georgius Eusebii nomen in calce operis verissime scripsit, ut superius docuimus (1). Et quidem vetus illud byzantinum exemplar sic prorsus erat *ἀδέσποτον* et *ἀνεπίγραφον*, spatio in membranis ad ornatius exarandam, quum commodum foret, inscriptionem relicto: quem defectum codicum satis pervulgatum, nisi qui plane in palaeographia hospes est, nemo demirabitur. Sed quominus Eusebium in manibus habeamus, quis ita sit morosus, ut dubitationi apud se locum esse patiatur? Id amplissima Syncelli excerpta, id Scaligeri collectanea, id Asolnichius, id Samuel, id aliorum Armeniorum Graecorumque testimonia confirmant. (Sane et de priore libro tantummodo loquimur; alter enim vel unius auctoritate Hieronymi contentus est.) Sed nemo locupletior testis Eusebio ipso est, qui dum in libri posterioris prooemio singillatim capita superioris tractatus memorat, ne latum quidem unguem ab editione nostra discedit. Profecto et res thessalicae (quas ibi Eusebius se scripsisse confirmat, nunc autem primo in editione nostra exhibemus) magnum veritati cumulum adiiciunt (2). Illud potius in discrimen versabatur, quonam titulo haec editio insignienda videretur, quandoquidem is varius admodum in veterum scriptis occurrit. Rei tamen momentis perpensis editionem nostram inscribendam putavimus CHRONICORVM CANONVM LIBRI DVO. Namque et prioris libri (in secundo enim controversiae non est locus) singula fere capita totidem sunt *chronici canones*, quibus tempora cuiusque gentis explicantur et constituuntur (3). Profecto Scaliger, quo nemo diutius de Eusebio meditatus est nemoque doctius scripsit, generalem titulum posuit *chronicorum canonum libri duo*. Quod vero idem universo operi addidit definitionem *omnimodae historiae*, priori autem libro *chronographiae*, alteri denique *chronici canonis*, merito id quidem fecit; attamen nos simpliciore brevioreque titulo contenti fuimus. Iam a divo Hieronymo (4) opus hoc Eusebii nuncupatur *chronicorum canonum omnimoda historia et eorum ἐπιτομή*: ergo ne τὸ *chronici canones* universalis videtur definitio operis, *omnimoda* autem *historia* et *epitome* proprii sunt tituli cuiusque libri? Id scilicet eruditi discernant, dum nos interim in tutiore definitione acquiescimus. Sed dicet aliquis, cur ergo Eusebius in prioris libri prooemio ff. 5. posteriorem librum peculiariter appellat *chronicos canones*, itemque in Historia ecclesiastica I. 1, et in evangelica Praeparatione x. 9? Atqui, inquimus, idem Eusebius in editione nostra p. 216 posteriorem librum dicit *chronologiam*, tum p. 222 *χρονικοῦ κανόνος σύνταξιν*, denique p. 319

(1) Pag. 13 n. 1.

(2) Falsum aliquod Eusebii chronicon a Graecis mediae et infimae aetatis scriptoribus interdum laudari, docuerunt Critici duo praestantissimi Hodius et De-Prato (confer inferius in Euseb p. 170, n. 3). Recte id quidem fortasse animadversum; sed tamen ea controversia nostri nihil interest, qui in vero Eusebio tam perspicue tamque tute versamur.

(3) Id ante nos recte observavit veronensis De-Prato *dissert. de Euseb.* part. III. ff. 2. p. 289.

(4) *De Viris illustr.* cap. LXXXI. Capite vero postremo opus eusebianum a se conversum dicit *chronicon omnimodae historiae*; quibus verbis consentit cum Sophronio, qui superiorem Hieronymi locum convertit *χρονικῶν κανόνων παντοδαπῆς ἱστορίας, καὶ τούτων ἐπιτομή*.

κανόνα; totum vero opus Eusebius alibi (1) *χρονικὰ συγγράμματα* vel *χρονογραφίαν* (2) rursus dictitavit. Neque idcirco inficias imus, posteriorem librum potiore fortasse iure dici *canonem*, sicut et nos suo loco titulandum curavimus (3). Reliqui tituli, quibus opus eusebianum a graecis et latinis auctoribus vocitatur, plures admodum ac diversi feruntur; graeci quidem, *χρόνων ἀναγραφή*, *χρονικὴ συγγραφή*, *χρονογράφιον*, *χρονικά*, *χρονικόν*; latini autem *chronica historia*, *temporum canones*, *chronicorum canonum multiplex historia*, *temporum digestio*, *temporum liber*, *chronicon*, *chronographiae historia*. Prior nominatim liber a Syncello *πρῶτος λόγος*, alter ab eodem *κατὰ πλάτος* et *κανόνιον* vocitatur. In hac denique editione nostra licet titulos etiam notare quibus a Samuele armenio eusebianum opus commemoratur: modo enim ab eo dicitur *chronographia* (4), modo *chronici canones* (5), modo denique *chronici libri* (6). De his hactenus, ut molestissimum locum quam fieri potest citissime praetervehamur.

De Chronico eusebiano breve iudicium.

XII. Immo ut finem aliquando faciamus, quid est quod ipso tandem de Eusebio, deque hac Chronici editione nobis possit videri? Nos quidem haud Eusebii commendandi ita sumus cupidi, ut vel eiusdem naevos dissimulatos velimus, vel operis novitatem utilitatemque plus aequo praedicandam sumamus. Chronicum aliquem Eusebii errorem a Diodoro tarsensi episcopo, Valentis Iulianique aetate, refutatum fuisse docet apud Suidam (7) Theodorus historicus. Aegyptii praeterea monachi Anianus et Panodorus, in aliquot Eusebii opiniones invecti feruntur (8). Atque hi tamen reprehensores longe fortasse erant ab Eusebii doctrina et gravitate disiuncti (9). Certe horum scripta multo minore, quam Eusebii, gloria fuerunt. Tum Georgius Syncellus, etsi laudibus Eusebium quandoque maximis extulit, etsi pleraque ex huius libris in suam chronographiam sevocavit, nihilominus ut acri acerbaque natura praeditus, saepe hominem exagitavit, interdum etiam cum immani atque intolerando convicio verborum. Interim ipse Syncellus in gravissimorum errorum fraudem haud raro incurrit, et quidem ibi saepe, ubi cacoëthes castigandi studiosius prae se tulit. Iam Criticus in emendandis alienis scriptis peccans, hoc turpior est, quod in officio, cuius magister esse vult, labitur, artemque criticae professus, delinquit in critica. Secutae sunt post renatas litteras multorum Chronici Editorum atque Criticorum curae, qui partim codicum menda partim ipsius Eusebii nimio prope studio emaculaverunt. In his ordinem ducunt Pontacus, Vallarsius atque de-Prato, princeps autem Scaliger est, cuius prolegomena et animadversiones mirabili atque innumera doctrina refertae, in eruditorum amore ac deliciis numquam non erunt (10). Sed praeter quam quod nonnulla audacter intemperanterque scripsit

(1) *Comment. ad Isaiam* cap. XIII. 17.
(2) In editione nostra p. 67.
(3) Pag. 265.
(4) Pag. 30.
(5) Pag. 9. 15.
(6) Ad an. Ch. 329.
(7) Voc. *Διόδωρος μονάζων*.
(8) Apud Syncellum p. 17. B. et 35. C.
(9) Lege Syncellum ibidem.
(10) Inter eos qui de Chronico Eusebii scripserunt honoris causa commemorentur etiam Schurzfleischius (de cuius in Eusebium meritis legendus Vallarsius *praef. ad Euseb.* p. 2 et 19.) nec non Spittlerus in *comment. societ. reg. doctrinar. Gotting. vol. VIII. Gottingae MDCCLXXXVII. nr. 3. class. hist.*

Scaliger adversus Eusebium, tum certe calumniatus est, cum ab Africani chronicis cuncta eum sumpsisse affirmavit (1). Nunc enim Eusebius complures ac varios auctores se expilasse et in prooemio monet et in opere ipso demonstrat, ab Africano autem vix aliquantam hebraicarum rerum partem hausisse (2). Sed ecce tibi aliqui ex eorum fastidiosissimo mortalium numero qui nullum veterem auctorem venerari solent, immo qui hominem prae se neminem putant, qui denique cunctis litem publice intendunt, atque ad dicendam apud se causam diem constituunt; hi certe, quos diximus, Critici putabunt non plus existimationis Eusebio concedi oportere, quam quantum defensor diluendis obiectionibus consequi poterit. Quasi vero Eusebius loquatur in lumine nostrae litteraturae, non tamquam in suae aetatis restrictiore doctrinae curriculo; quasi ad commendandum Eusebium non sit satis, quod iis temporibus quae scientia historiae fuerit, ex his canonibus cognoscere licet; quasi denique quia nunc videmur absolutissimis studiis et summis artibus praediti, idcirco deceat rudimenta omnia sapientiae priscae contemnere. Iam haec a nobis catenus concessa sunt, quatenus Eusebii aetate neque orbis descriptio tam late patebat, neque erat satis circumnavigatus oceanus, ideoque nec omnes populi in publicam lucem emerserant, nec absolutam universalis historiae formam conflare licebat. Nihilominus in hac ingeniorum studiorumque nostrorum copia, paucos iam fore homines existimamus, qui incredibilibus et a Cicerone iampridem improbatis (3) orientalium populorum fabulis ducatur, sibique prodigiosas illas antiquitates persuaderi patiatur, neque in isto genere ad Eusebii potius auctoritatem et exemplum accedat, qui chaldaica et aegyptiaca commenta, quae refert, longe abest ut credat (4). Eusebium igitur merito revereamur, hominem procul dubio doctissimum et ingeniosissimum, qui non in angulo aliquo aut barbara plaga scripsit, verum in copiosissima Pamphili bibliotheca, in qua triginta voluminum millia collocata fuisse exploratum est. Is videlicet ex isto opportunissimo eruditionis veteris penu et hanc temporum doctrinam edidit, et alia demonstrativa (5) atque hermeneutica opera, mirandumque illud

(1) *Prolegom.* p. 5.

(2) Videsis lib. I. XVI. 1 et 22.

(3) Vide inferius p. 3. n. 3.

(4) Pag. 7. 12. 13. 93. 94.

(5) Demonstrationis evangelicae ab Eusebio adornatae rari codices occurrunt. Unus est graecus in bibliotheca ambrosiana L. 109. part. sup. chartaceus fol.° saeculi XV. Insunt operis libri decem, sed, ut in editionibus, primus acephalus, postremus autem mutilus. Libri etiam quinti caput alterum imperfectum est in codice non secus atque in editionibus videre est; scribitur autem in margine λείπει.

Heic reliquorum etiam Eusebii codicum ambrosianorum non incommodam notitiam perscribemus.

Codex A. 115. p. sup. graecus chartaceus 4.° saeculi XV continet excerpta illa e Plutarcho quae ab Eusebio in Praep. ev. XV. 32. sqq. exhibentur.

Codices C. 290 et 291. p. inf. latini membranei fol.° saec. XV, quos iam p. XVII memoravimus, continent duplex Chronici eusebiani exemplar, interprete ·D· Hieronymo.

Codex D. 88. p. sup. latinus membraneus fol.° saeculi XV continet Eusebii tractatum *de situ et nominibus locorum hebraicorum*, quem ·D· Hieronymus e graeco interpretatus est.

Codex D. 95. p. sup. lat. membraneus fol.° saeculi XV continet Eusebii historiam ecclesiasticam, interpretante et augente Ruffino.

evangelicae Praeparationis volumen: quo divino christianae religionis armamentario ad chronicam historiam adiuncto, cum Eusebius, quod episcopi munus est, doctorem gentium se praebuit; tum id testimonium vel ab invitis expressit ut illa aurea, qua is vixit, Scriptorum ecclesiasticorum aetate, qui parem ab eruditis Christianis gratiam inierint, pauci oppido existimentur.

Codex F. 36. p. sup. chartaceus 8.° saeculi XV continet locum Iosephi Flavii de Christo, exscriptum latine ex ecclesiastica Eusebii historia lib. I. 11.

Codex G. 21. p. inf. lat. chart. 8.° continet indicem luculentum rerum omnium quae e libris Eusebii depromi possunt, confectum manu Federici Card. Borromaei bibliothecae ambrosianae fundatoris. Videtur ergo magnus Federicus Eusebii lectioni peculiariter fuisse deditus.

Codex extra ordinem chart. 4.° autographus continet de Eusebii orthodoxia libros tres, auctore Francisco Stavolo mediolanensi Societatis Iesu praesbytero. Opus procul dubio eruditum et utile, sed adhuc ineditum, vulgare decreverat Franciscus Antonius Zacharias (*Excurs. litter. per Ital.* T. I. p. 123-124) ideoque praefatiunculam et emendationes et percommodas notas manu propria hoc ipso in codice addiderat; sed editionis postea consilium Zacharias abiecit. Profecto Stavolus tanto doctrinae apparatu Eusebium ab arianismi criminatione tuetur (cuius arianismi in nova, quae nunc prodit, Chronici parte vestigium nullum apparet) ut iudice in praefatione Zacharia, *ubi is causam non evicerit, de hac plane actum sit conclamatumque.* Idem Zacharias merito dolet, Stavolum in Societatis bibliothecam ab Alegambo illatum non fuisse, praesertim quum apud Puricellum (*ambros. basilic. monument.* p. 155–159) scriptum aliud extet eiusdem Stavoli Federico Cardinali oblatum, qua ex re Stavolum sub initiis saeculi XVII vixisse cognoscimus. In thesauro quoque theologico T. II. p. 437 in notis ad petavianum opus, in quo agitur etiam de Eusebii dogmatibus, rursus hic Stavoli codex commemoratur: quem quidem bibliotheca ambrosiana numeratâ pecuniâ acquisivit a canonico mediolanensi Castilionaeo; hic autem e vili officina redemerat, in quam calamitoso casu fuerat contrusus. Lege *Continuazione delle novelle letterarie di Firenze num. 36. Giorno 3 settembre* 1790 *p.* 575.

Denique editiones Eusebii in bibliotheca ambrosiana antiquissimae sunt, Chronici quidem princeps mediolanensis, curante Mombritio typis Lavaniae, tum veneta anni MCCCCLXXXIII; quas nos interdum contulimus: historiae vero ecclesiasticae, Ruffino interprete, editio mantuana anni MCCCCLXXIX.

INDEX CAPITVM
PRIORIS LIBRI
CHRONICORVM EVSEBII CANONVM.

Prooemium

EVSEBII PAMPHILI
CHRONICORVM CANONVM
LIBER PRIOR (1).

PROOEMIVM

1. COMPLVRA volumina veterum historiarum perlegi, sive quae apud Chaldaeos Assyriosque narrantur, sive quas accurate Aegyptii perscribunt, sive denique quas Graeci referunt, nulla (siquidem fieri posset) interposita dubitatione: quibus in scriptis tempora regum et olympiadum, qui sunt athletici ludi, continentur: nec non siqua praeclara facinora a Barbaris et a Graecis, tamque a fortibus (2) quam ab imbecillibus *hominibus* gesta sunt: tum et horum cuiusque mirandi exercitus, duces, sapientes, viri strenui, poëtae, historiographi et philosophi *recensentur*. Porro (*) opportunum duxi, immo perutile et necessarium, breviter his omnibus uti: praetereaque Hebraeorum sanctis litteris contentas hebraicas antiquitates atque chronologiam sermoni meo

ΧΡΟΝΙΚΩΝ ΚΑΝΟΝΩΝ ΠΡΩΤΟΣ ΛΟΓΟΣ.

(*) *Σύνοψιν σπουδάσω ποιῆσαι, συναφείας ἅμα καὶ ἀληθείας ἐν πᾶσι φροντίζων, καὶ τῆς κατ᾽ ἀλλήλου τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας· διαφορὰς φημὶ βασιλέων,*

(1) Ab armeniaco codice abest operis titulus, idemque mira varietate a graecis et latinis auctoribus recitatur. Hac super re satis nos disputavimus in praevia dissertatione. Qui a nobis ponitur titulus, is evidentibus firmisque testimoniis innititur. Vocabulum item *prooemium* in codice armeniaco desideratur. Denique libri capita in eodem codice re quidem vera distinguuntur, non tamen diserte appellantur.

(2) Vocabulum armeniacum ARIK valet *fortes*, derivaturque ab AIR *vir*, opponiturque τῷ EK. *femina*. Hinc ANARIK *imbecilles*. Haec duo vocabula poterant etiam converti (quod in specimine olim fecimus) *Persae* et *non Persae* (nempe *aliae gentes*). Certe antiquitus *Persae* dicebantur ab Armeniis ARIK ex provincia maxima *Aria*, de qua vide Mosis Chorenensis *Geographiam* cap. 91. Ita eos appellat idem Chorenensis *Hist.* II. 40. 71. 81. nec non Eliseus aliique historici; *non Persas* autem ANARIK.

adiungere. Scilicet ut possimus apprime intelligere, quanto tempore ante vivificam Dei manifestationem Moses extiterit (1) nec non qui post eum Hebraeorum prophetae fuerunt, quidve divino spiritu afflati antea loquuti sint. Sic et facile licebit cognoscere, Graecorum vel Barbarorum insignes homines, qui in singulis gentibus florere visi sunt, quo tempore occurrerint celebribus illis veteribus apud Hebraeos, prophetis videlicet, iisque singulis qui eidem genti cum imperio praefuerunt.

2. Sed enim iam inde ab exordio palam cunctis edico, nequis mihi se adroganter opponat dicens, fieri posse ut temporum certissima cognitio acquiratur. Quippe primum vel eo verbo monemur, ut opinari licet, quod verus Praeceptor familiaribus suis effatus est: *Non* (*) *est vestrum nosse horas et tempora, quae Pater posuit in sua potestate.* Sane is Dei dominique more non de ultima tantum consumptione, sed de cunctis temporibus eam praecisam sententiam protulisse mihi videtur; videlicet ut eos compesceret, qui nimis audacter inanibus eiusmodi scrutationibus mentem attendunt. Revera et noster hic sermo vehementi testimonio eandem Magistri sententiam probabilem faciet: videlicet neque Graecorum neque Barbarorum neque aliarum quarumvis gentium neque ipsorum Hebraeorum (2) universalem chronologiam nos posse evidenter addiscere. Porro autem contenti erimus, si praesens noster tractatus ad duo statuenda nos adiuvet; nempe primo, ut nemo sibi persuadeat (quod hactenus a quibusdam actitatum est) fieri posse ut accuratâ scientiâ ratio temporum comprehendatur, quae profecto alucinatio est; deinde ut quisque probe sciat, id tantummodo curatum a nobis, ut aliquo pacto quinam sit huius controversiae status percipiatur, ne prorsus in ambiguitate nutemus (3).

καὶ ἱερέων ἀριθμὸν, προφητῶν τε καὶ διδασκάλων, καὶ τῶν παρ' Ἕλλησιν ἢ ἄλλοις ἔθνεσιν ἐπὶ σοφίᾳ βεβοημένων, ἢ ἄλλῃ τινὶ τέχνῃ ἢ ἀριστείᾳ πολεμικῇ, καὶ ἐπὶ μοχθηρίᾳ προδήλῳ, πάντα, ὡς οἷός τε ὢν, ἀναλεξάμενος ἐκ τῶν προειρημένων ἱστορικῶν ἀνδρῶν. *Haec ex Syncello p. 6. B sed aliquantum interpolata.*

(*) Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ. *Ex Act. Apost. I. 7.*

(1) Nempe Eusebius vel maxime curat, ut vetustatem iudaicae gentis, veraeque adeo religionis, hoc opere ostendat: quod studium in prooemio quoque posterioris chronicorum canonum libri aperte prodit. Id autem diu ante Eusebium factitaverat Iosephus in Antiquitatibus iudaicis et in libris adversus Apionem.

(2) Hic locus in armeniaca interpretatione paulo obscurior, incertiorque est.

(3) Eandem fere modestiam prae se fert Eusebius etiam in ecclesiastica historia l. 1.

3. Et Graecos quidem non est mirum diu admodum omni memoria caruisse (1): quippe qui variis malisque exterminiis obnoxii fuerunt; diuque, nempe usque ad Cadmi aetatem, nullis prorsus litteris usi sunt: primus enim dicitur Cadmus litterarum elementa e Phoenicum regione eis attulisse. Sane et in Platonis libro contemnit Aegyptius ille Solonem: *O Solon* (*), inquit, *Graeci semper pueri estis, neque senex Graecus unquam invenitur: ideoque priscorum temporum doctrinam nemo a vobis discere queat'* (2). Porro et Aegyptiorum multae feruntur ipsanae historiae, itemque Chaldaeorum. Et quidem hi plus quam quadraginta annorum myriades temporibus suis continere se putant (3); Aegyptii (†) autem Deorum, Semideorum, praetereaque Manium (4) et mortalium aliorum regum multas delirantium more fabulas nectunt. Quid ergo mea interest, qui veritatem in primis colo, res eiusmodi minutius perscrutari? Quin adeo vel apud mihi dilectos Hebraeos dubia quaedam occurrunt, quae suo mox tempore proferam. Interim haec ad increpandam vanorum chronographorum iactantiam dixerim.

4. Ego igitur eius negotii causa, quod prae manibus habeo, antiquorum libros pervolutans, primum Chaldaeorum chronographiam ponam, tum Assyriorum: deinde reges Medorum, post Lydorum, iuxtaque Persarum. Hinc aliò me transferens universum Hebraeorum chronicon adscribam ex ordine. Rursus tertio loco aegyptiacarum opum (5)

(*) Ὦ Σόλων, φησὶ, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἑλλήνων οὐδεὶς, οὐδέ ἐστι παρ' ὑμῖν χρόνῳ πολιὸν μάθημα. *Ex Platonis Timaeo non procul ab initio.*

(†) Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου μνησθεὶς ἐν τοῖς χρονικοῖς αὐτου φησὶν οὕτω. Αἰγύπτιοι δὲ Θεῶν καὶ ἡμιθέων, καὶ παρὰ τούτοις νεκύων καὶ θνητῶν ἑτέρων βασιλέων πολλὴν καὶ φλύαρον συνείρουσι μυθολογίαν. *Ex Syncello p. 40. D.*

(1) Eadem sententia est Iosephi *contra Ap.* I. 2-4. quo Iosephi loco utitur Eusebius *Praep. ev.* x. 7.

(2) Paulo aliter se habet graeci textus sententia, quod et de aliis aliquot locis dictum esto.

(3) Haec Babyloniorum commenta diserte condemnat aut stultitiae aut vanitatis aut impudentiae Cicero *de Divin.* I. 19. cuius auctoritas minime praeiudicata instar omnium sit.

(4) Vox armeniaca VRVAGAR proprie significat *externam speciem* oppositam ipsius rei veritati: inde *figuram* et *imaginem Deorum.* Eznichius armenius Colbensis quinti saeculi scriptor (de quo vide Chorenensem *Hist.* III. 60.) in egregio opere adversus veteres sectas cap. XXV. de idololatris ait: *Hominum figuras* (VRVAGAR) *ad cultum recipientes, Deos appellaverunt.* Nos in Eusebio interpretamur eam vocem *manes* ex graeca νέκυες.

(5) Quoties in hoc Eusebii opere graecus textus habet δυναστεία toties in armeniaco legitur HARSDVTIVRK *divitiae* sive *opes* (uti est etiam in Chorenensis historia.) Sane et Syncellus p. 205. D. utitur voce πλοῦτος pro δυναστεία Tum et ipsi Latini sic interdum locuti sunt. Cicero *de Offic.* I. 24. *Cum Cleombrotus, invidiam timens, temere cum Epaminonda conflixisset, Lacedaemoniorum opes corruerunt.* Fronto *ad Verum imperatorem* I. 4. *Cum tu tuusque frater in tantis opibus locati.* Nos tamen deinceps usitatioribus vocibus utemur *dynastia* vel *dominatio.*

tempora, additis etiam Ptolomaeis (1), qui post Alexandrum macedonem Aegypti regnum Alexandriaeque tenuerunt. Rursus ex alio capite exordiens, qua ratione Graeci suas historias digerant, diligenter exponam: primoque *dicam* eos qui Sicyone regnarunt, tum qui in Argivorum regione, et qui in ipsa urbe Athenarum, a primo recensens usque ad ultimum *praesidem*: itemque eos qui Lacedaemone, et qui Corinthi *dominati sunt*: tum et eos qui quavis in plaga imperium maris tenuerunt: addam his denique et olympiadum librum qui a Graecis confectus est. Postquam haec singula in seriem coëgero, tum et primos Macedonum reges ac Thessalorum (2), deinde Syrorum (3) atque Asianorum, qui post Alexandrum rerum gubernacula tenuerunt, singillatim scribam. Ubi de hisce omnibus dixero, separatim distincteque explicabo eos, qui ducto initio ab Aenea, post captum Ilium, Latinis imperitaverunt, qui et Romani deinceps appellati sunt: hinc ex ordine eos qui Romulum (4) et *Remum* romanae urbis conditores consecuti sunt: tum et eos qui post Iulium Caesarem atque Augustum recta serie fuerunt imperatores: denique et annuos consules qui his impliciti sunt.

5. Mox mihi materiâ ex hisce omnibus comparatâ, ad chronicos canones (5) pergam: incipiensque ab iis *hominibus* qui iam inde a primordiis in unaquaque gente regnarunt, tempora singulis distincteque pro rata portione tribuam, atque annos cuiusque e regione alterutrorum exponam, ut facile et ilico cognoscamus quinam quo tempore fuerint. Porro et cuiusque regni praeclara facinora, cuiusmodi a cunctis gentibus passim narrantur, breviter in ipsum regnum inseram. Sed enim huius partis alterius lucubratio posterior erit. Interim proximo libro age iam ad chronologiam Chaldaeorum videndam veniamus, quae videlicet de eorum maioribus traditur.

---

(1) Codex arm. Eusebii aliique libri arm. passim habent *Ptlomaeus*, interdum *Ptolomaeus*, nunquam *Ptolemaeus*. Nobis scribitur *Ptolomaeus*, quae scriptura, etsi vix probabilis (vide Ptolemaeorum numismata et Cellar. *orthograph.*) apud Latinos etiam interdum legitur. Certe Charisius in Putschio p. 111. habet *Ptolomaeensibus*. Ab Anastasio item bibliothecario scribitur *Ptolomaeus*. Tum graece apud Iosephum *Antiq.* XIV. 8. XX. 1. occurrit Θολομαῖος.

(2) Codex arm. Eusebii, tum alii passim scriptores armenii pro *Thessali* habent *Thettali*, quod vulgo et Graeci.

(3) Codex arm. *Assyriorum*, quae confusio in aliis quoque eiusdem codicis locis occurrit.

(4) In codice arm. constanter legitur *Romylus*, uti apud Graecos Ῥώμυλος.

(5) Codex arm. *chronicos temporales canones*. Sed vox *temporales*, ceu glossa armeniaci scribae vel interpretis, omittenda fuit.

CAPVT I.

Qua ratione Chaldaei chronographiam conficiant; ex Alexandro polyhistore. Et de Chaldaeorum libris, deque primo eorum regno.

1. HAEC quidem Berosus in primo libro narravit; secundo autem reges singillatim recensuit. Ut ipse inquit, Nabonassarus erat eo tempore rex. Et regum quidem nomina diligenter acervat; nullum tamen eorum opus peculiariter recitat, fortasse quia nihil memorandum esse arbitratur. Ex eo igitur regum tantummodo seriem depromere licet. Hac (*) vero ratione narrationem exorditur, *ut* Apollodorus (1) ait: *nempe* primum extitisse regem Alorum (2), ex urbe Babylone chaldaeum: hunc saris decem regno potitum. Porro is (†) sarum ex annis ter mille ac sexcentis conflat. Addit etiam nescio quem nerum et sosum: nerum ait sexcentis annis constare, sosum annis sexaginta. Sic ille de veterum more annos supputat.

2. His dictis, pergit porro; regesque Assyriorum singillatim atque ex ordine enumerat; decem videlicet ab Aloro primo rege usque ad Xisuthrum, sub quo magnum illud primumque diluvium contigisse ait, quod Moses quoque commemorat. Iam summam temporum, quibus hi reges imperitaverunt (✠), ait esse saros centum viginti, nempe quadraginta tres annorum myriades annosque bis mille. Tum et disertis verbis ita scribit:

(*) *Ἀπολλόδωρος οὕτω λέγει. Ταῦτα μὲν ὁ Βηρωσσὸς ἱστόρησε πρῶτον γενέσθαι βασιλέων Ἄλωρον ἐκ Βαβυλῶνος χαλδαῖον βασιλεῦσαι δὲ σάρους δέκα.* Ex Syncello p. 39. B.

(†) *Βηρωσσὸς διὰ σάρων καὶ νήρων καὶ σώσσων ἀνεγράψατο. ὧν ὁ μὲν σάρος τρισχιλίων καὶ ἑξακοσίων ἐτῶν χρόνον σημαίνει, νῆρος ἐτῶν ἑξακοσίων, ὁ δὲ σώσσος ἑξήκοντα.* Ex Syncello p. 17. A.

(✠) *Καὶ συνῆξε (Βηρωσσὸς) σάρους ἑκατὸν εἴκοσι διὰ βασιλέων δέκα, ἤτοι χρόνον ἐτῶν μυριάδων τεσσαράκοντα τριῶν καὶ δύο χιλιάδων.* Ex Syncello p. 17. B.

---

(1) Num Apollodorus Berosum, Apollodorum Polyhistor, ideoque ipsum Berosum, inducit loquentem? Sane locus in codice arm. ambiguitate laborare videtur.

(2) Non est heic praetermittendum praeclarum Chorenensis *Hist.* I. 5. testimonium et iudicium de Aloro: *Scriptores veteres seu voluntatis arbitrio seu quovis alia de causa narrationes, nomina ac tempora immutaverunt, deque rerum origine partim vere partim falso locuti sunt; veluti et de prima re creata, quam non hominem sed regem vocitant, eique barbarum nomen faciunt ac significatús expertem, atque annos vitae triginta sex mille adscribunt.*

Defuncto, inquit, Aloro, regnavit eius filius Alaparus (*) saris tribus. Post Alaparum Almelon (1) ex urbe Pantibiblis (2) chaldaeus saris tredecim. Almeloni successit Ammenon item ex Pantibiblis chaldaeus saris duodecim. Huius aetate belua quaedam, cui nomen Idotioni, e rubro mari emersit, forma ex homine et pisce mixta. Hinc Amegalarus (3) pantibiblicus octodecim saris regnavit. Deinde pastor Davonus pantibiblicus, qui et ipse saris decem regno potitus est. Hoc imperante, rursus e rubro mari emerserunt, eadem hominis itemque piscis figura, monstra (4) quatuor. Postea regnavit Edoranchus pantibiblicus saris octodecim. Eo tempore item apparuit e rubro mari aliud quiddam simile piscis et hominis, cui nomen Odaconi. Hos, inquit, omnes ea, quae ab Oanne summatim dicta erant, accurate exposuisse. Exin imperavisse Amemphsinum (5) e Lancharis chaldaeum (6) saris decem. Tum regnum tenuisse Otiartem e Lancharis chaldaeum (7) saris octo. Defuncto denique Otiarte, filium

(*) Καὶ καθεξῆς Ἀλάπαρον καὶ Ἀμήλωνα τὸν ἐκ Παντιβίβλων. Εἶτα Ἀμμένωνα τὸν χαλδαῖον, ἐφ᾽ οὗ φησὶ φανῆναι τὸν μυσαρὸν Ὠάννην τὸν Ἀννήδοτον ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς. Εἶτα Μεγάλαρον ἐκ Παντιβίβλων πόλεως· βασιλεῦσαι δ᾽ αὐτὸν σάρους ὀκτωκαίδεκα. Καὶ μετὰ τοῦτον Δάωνον ποιμένα ἐκ Παντιβίβλων βασιλεῦσαι σάρους δέκα. Κατὰ τοῦτον πάλιν φησὶ φανῆναι ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς Ἀννήδοτον τέταρτον τὴν αὐτὴν τοῖς ἄνω ἔχοντα διάθεσιν, καὶ τὴν ἰχθύος πρὸς ἀνθρώπους μίξιν. Εἶτα ἆρξαι Εὐεδώρεσχον ἐκ Παντιβίβλων, καὶ βασιλεῦσαι σάρους ὀκτωκαίδεκα. Ἐπὶ τούτου φησὶν ἄλλον φανῆναι ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς ὅμοιον κατὰ τὴν ἰχθύος πρὸς ἄνθρωπον μίξιν, ᾧ ὄνομα Ὀδάκων. Τούτους δὲ, φησὶν, πάντας τὰ ὑπὸ Ὠάννου κεφαλαιωδῶς ῥηθέντα κατὰ μέρος ἐξηγήσασθαι. Εἶτα ἆρξαι Ἀμεμψινὸν χαλδαῖον ἐκ Λαράγχων· βασιλεῦσαι δὲ αὐτὸν ὄγδοον σάρους δέκα. Εἶτα ἆρξαι Ὠτιάρτην χαλδαῖον ἐκ Λαράγχων, βασιλεῦσαι δὲ σάρους ή. Ὀτιάρτου δὲ τελευτήσαντος τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ξίσουθρον βασιλεῦσαι σάρους ὀκτωκαίδεκα.

---

(1) Graece Ἄμηλων. Huiusmodi varietates deinceps lector per se ipse notabit.

(2) Codex arm. modo *Pautibiblis* ut hic; modo *Pantibiblis*: quae varietas in graeco quoque textu visitur.

(3) Cod. heic *Amelagarus*, sed mox *Amegalarus*, quod cum graeco textu magis congruit.

(4) Vox armeniaca (quam interpretamur *monstra*) est IVSGHABARIGH, eaque derivatur ex IVSIGH *lenis*, et BARIGH quod est a verbo BAREM *choreas agitare*: quasi igitur dicas *lenem saltatorem*. Tamen Armeniorum antiqua glossaria hanc vocem explicant *formam partim muliebrem partim volatilem*. Sed enim in divinis Bibliis *Isaie* XIII. 22. XXXIV. 14. quo loco Graeci habent ὀνοκένταυροι, interpretes Armenii scribunt IVSGHABARIGH. Denique Eznichius cap. XXIV. ait: IVSGHABARIGH *in maceriis habitare feruntur; hi graece hippotauri appellantur*. Idcirco et Chorenensem Wistoni interpretantur *Hist*. II. 60. *Aut Lapitharum et Centaurorum de Pirithoi nuptiis certamine*; quo loco est IVSGHABARGHAZ.

(5) Codex arm. tum heic tum inferius habet in textu *Amenphsinum*, sed in margine *Amemphsinum*.

(6) In margine arm. *chaldaeum*, in textu *chaldaeis*.

(7) Ut supra.

eius Xisuthrum rexisse imperium saris octodecim: sub eoque evenisse magnum diluvium. Conflatur igitur summa decem regum et sarorum centum viginti. Haec est porro *regum* series.

I.	Alorus saris X.	VI.	Davonus saris X.
II.	Alaparus saris. III.	VII.	Edoranchus saris XVIII.
III.	Almelon saris XIII.	VIII.	Amemphsinus saris X.
IV.	Ammenon saris XII.	IX.	Otiartes saris VIII.
V.	Amegalarus saris XVIII.	X.	Xisuthrus saris XVIII.

3. Summa, reges decem, sari centum viginti (1). Iam ab his centum viginti saris confici aiunt quadraginta tres annorum myriades, et bis mille insuper annos; siquidem sarus annis ter mille et sexcentis constat. Haec in polyhistoris Alexandri libris narrantur. Iam siquis fidem adhibeat his libris tot myriades annorum iactantibus, eundem necesse est et plura alia plane incredibilia rata habere, quae ibidem continentur (2).

Sed iam illud quoque narrabo, quod in eodem historiae primo libro praedictus Berosus scribit, idque hactenus dictis accensebo, nempe quod ipse Polyhistor eodem libro suo refert diligenter admodum hoc tenore sermonis.

Ἐπὶ τούτου τὸν μέγαν κατακλυσμὸν φησὶ γεγενῆσθαι· ὡς γίνεσθαι ὁμοῦ πάντας βασιλεῖς δέκα, σάρους δὲ ἑκατὸν εἴκοσι. *Ex Syncello p. 39. B. sqq.*

Χαλδαίων ἐβασίλευσαν

α΄	Ἄλωρος σάρους δέκα.	ϛ΄	Δάωνος ἔτη εννενήκοντα ἐννέα.
β΄	Ἀλάσπαρος σάρους τρεῖς.	ζ΄	Εὐεδώραχος σάρους ὀκτωκαίδεκα.
γ΄	Ἄμηλων σάρους δεκατρεῖς.	η΄	Ἀμφὶς σάρους δέκα.
δ΄	Ἄμμενων σάρους δώδεκα.	θ΄	Ὀτιάρτης σάρους ὀκτώ.
ε΄	Μεγάλαρος σάρους ὀκτωκαίδεκα.	ι΄	Ξίσουθρος σάρους ὀκτωκαίδεκα. *Ex Syncello p. 18. A. sqq.*

(1) Repetitio haec plane extat in codice armeniaco.

(2) Sapienter hoc ponit Eusebius adversus eos, qui quum barbaricarum historiarum fabulas uti par est irrideant, earundem tamen absurdas neque chronologias haud aspernari videntur.

CAPVT II.

De chaldaica improbabili historia. Ex eodem polyhistore Alexandro, de praedicto Chaldaeorum libro.

1. ENIMVERO Berosus(*) narrat in primo babylonicarum rerum libro, se coaetaneum fuisse Alexandro Philippi, compluriumque *auctorum* codices exscripsisse (1) qui magna cura Babylone adservabantur iam inde ab annorum myriadibus ducentis(2) et quindecim: quibus *codicibus* continebantur rationes temporum, itidemque scriptae erant historiae caeli terraeque et maris, primaeque rerum originis, nec non regum facinorumque ab his patratorum.

2. Et primum quidem dicit regionem Babyloniorum sitam esse ad amnem Deglathium: Arazanem (3) autem eandem interfluere (4). Ibidem silvestre triticum nasci et hordeum et lentem et ervum et sesamum: tum in ripis paludibusque eius fluminis radices quasdam occurrere esui aptas, quibus nomen est gongis, easque panis hordeacei vim habere: denique

(*) 1. *Βηρωσσὸς δὲ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βαβυλωνιακῶν φησι γενέσθαι μὲν αὐτὸν κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου τὴν ἡλικίαν· ἀναγραφὰς δὲ πολλῶν ἐν Βαβυλῶνι φυλάσσεσθαι μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας ἀπὸ ἐτῶν που ὑπὲρ μυριάδων δεκαπέντε περιεχούσας χρόνον· περιέχειν δὲ τὰς ἀναγραφὰς ἱστορίας περὶ τοῦ οὐρανοῦ καὶ θαλάσσης καὶ πρωτογονίας καὶ βασιλέων καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς πράξεων.*

2. *Καὶ πρῶτον μὲν τὴν βαβυλονίαν γῆν φησὶ κεῖσθαι ἐπὶ τοῦ Τίγριδος καὶ Εὐφράτου ποταμοῦ μέσην· φύειν δὲ αὐτὴν πυροὺς ἀγρίους καὶ κριθὰς καὶ ὄχρον καὶ σήσαμον καὶ τὰς ἐν ἕλεσι φυομένας ῥίζας ἐσθίεσθαι· ὀνομάζεσθαι αὐτὰς γόγγας· ἰσοδυναμεῖν δὲ τὰς ῥίζας ταύτας κριθαῖς· γίνεσθαι δὲ φοίνικας*

(1) Codex arm. recedit aliquantum a graeco, uti nunc se habet, exemplari: nec raro et alibi.

(2) Ita codex arm. At graecus textus tantummodo *quindecim*.

(3) Ad nomina horum fluviorum quod attinet (qui procul dubio sunt Tigris et Euphrates) *Deglathius* quidem ter saltem occurrit in armeniaca Bibliorum interpretatione, nempe *Tobiae* VI. 1. *Iudith*. I. 6. *Danielis* X. 4. *Arazanes* vero nusquam fere apparet nisi in hac Eusebii, et saepe in Philonis Iudaei interpretatione. Ita ex. gr. legitur in Philonis opere inedito *quaestionum in Genesim* lib. I. 12. *Quodnam erat flumen ab Eden exiens, quod et paradisum rigabat, et in capita quatuor dividebatur, videlicet Phisonem, Gehonem, Tigrim, Euphratem? Deglathii Arazanisque scatebrae ex Armeniorum montibus feruntur oriri* etc.

(4) Discrepat aliquantulum graecus textus.

ibi esse palmas et mala aliaque multi generis poma, piscesque et volatilia silvestria atque palustria. Porro regionis eius partem, quae arabica est, aridam esse fructibusque carentem; quae vero contra Arabiam sita est, eam montibus et fructibus abundare. Iam in ipsa urbe Babylone ingentem alienigenarum hominum, qui videlicet Chaldaeam incolunt, colluviem versari, eosdemque luxuriosam et beluini prorsus ritus vitam agitare.

3. Atque primo anno e rubro mari emersisse *ait* intra eosdem terminos Babyloniorum immanem quandam beluam, cui nomen Oanni, quod et Apollodorus in historia narrat: eamque toto quidem corpore piscem fuisse, verum sub capite piscis aliud caput appositum, et in cauda pedes adinstar hominis, et loquelam humanae similem: eiusque imaginem ad hunc usque diem delineatam superesse. Hanc beluam, inquit, interdiu cum hominibus versari solitam, nullumque cibum capere: docuisse homines litteras et varia genera artium, descriptiones urbium, templorum structuras, legum lationem, finium regundorum doctrinam: semina praeterea et fructuum collectionem demonstravisse, atque omnia prorsus quae mundanae societati conducunt hominibus tradidisse: ita ut ex eo tempore nemo praeterea aliquid invenerit. Tum

καὶ μῆλα καὶ τὰ λοιπὰ ἀκρόδρυα καὶ ἰχθύας καὶ ὄρνεα χερσαῖα τε καὶ λιμναῖα. Εἶναι δὲ αὐτῆς τὰ μὲν κατὰ Ἀραβίαν μέρη ἄνυδρά τε καὶ ἄκαρπα, τὰ δὲ ἀντικείμενα τῇ Ἀραβίᾳ, ὀρεινά τε καὶ εὔφορα. Ἐν δὲ τῇ Βαβυλῶνι πολὺ πλῆθος ἀνθρώπων γενέσθαι ἀλλοεθνῶν κατοικησάντων τὴν Χαλδαῖαν· ζῆν δὲ αὐτοὺς ἀτάκτως, ὥσπερ τὰ θηρία.

3. *Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ φανῆναι ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης κατὰ τὸν ὁμαῤῥοῦντα τόπον τῇ Βαβυλωνίᾳ ζῶον ἄφρενον ὀνόματι Ὠάννην, καθῶς καὶ Ἀπολλόδωρος ἱστόρησε, τὸ μὲν ὅλον σῶμα ἔχον ἰχθύος, ὑπὸ δὲ τὴν κεφαλὴν παραπεφυκυῖαν ἄλλην κεφαλὴν ὑποκάτω τῆς τοῦ ἰχθύος κεφαλῆς, καὶ πόδας ὁμοίως ἀνθρώπου, παραπεφυκότας δὲ ἐκ τῆς οὐρᾶς τοῦ ἰχθύος, εἶναι δὲ αὐτῷ φωνὴν ἀνθρώπου· τὴν δὲ εἰκόνα αὐτοῦ ἔτι καὶ νῦν διαφυλάσσεσθαι. Τοῦτο δὲ, φησὶν, τὸ ζῶον τὴν μὲν ἡμέραν διατρίβειν μετὰ τῶν ἀνθρώπων, μηδεμίαν τροφὴν προσφερόμενον· παραδιδόναι τε τοῖς ἀνθρώποις γραμμάτων καὶ μαθημάτων καὶ τεχνῶν παντοδαπῶν ἐμπειρίαν καὶ πόλεων συνοικισμοὺς καὶ ἱερῶν ἱδρύσεις καὶ νόμων εἰσηγήσεις καὶ γεωμετρίαν διδάσκειν καὶ σπέρματα καὶ καρπῶν συναγωγὰς ὑποδεικνύειν, καὶ συνόλως πάντα τὰ πρὸς ἡμέρωσιν ἀνήκοντα τοῦ βίου παραδιδόναι τοῖς ἀνθρώποις· ἀπὸ δὲ τοῦ χρόνου ἐκείνου οὐδὲν ἄλλο*

sub solis occasum eam beluam Oannem denuo mergi solitam mari, noctuque in immenso pelago collocari, atque ita ancipitem quamdam vitam degere. Deinceps et alias superiori similes beluas semet prodidisse, de quibus in regum historia dicturum se pollicetur. Rursusque ab Oanne ait scriptum de rerum origine et de publico regimine, impertitamque ab eadem *belua* hominibus loquelam et industriam.

4. Tempus, inquit, aliquando fuit cum universus orbis tenebris et aquis occupabatur: erantque ibi et aliae beluae, quarum quaedam ex se ipsis ortae erant, figuris tamen utebantur nascentium ex ante viventibus. Erant et homines, partim quidem duabus partim quaternis alis instructi duabusque faciebus; et corpore in uno geminum caput habentes muliebre videlicet et virile, cum duobus item genitalibus femineo et masculino (1). Erant et alii homines caprinis femoribus, capite cornigero: alii rursus equinis pedibus: alii denique posteriore parte equina, anteriore autem humana, cuiusmodi hippocentauris (2) figura est. Tauros quoque humanis cum capitibus procreatos esse *ait*: et canes cum quadruplici corpore, quibus caudae adinstar piscium e clunibus prominerent: equos praeterea cynocephalos, et homines: aliasque beluas

περισσὸν εὑρεθῆναι. Τοῦ δὲ ἡλίου δύναντος τὸ ζῶον τουτονὶ δῦναι πάλιν εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ τὰς νύκτας ἐκεῖ διαιτᾶσθαι· εἶναι γὰρ αὐτὸν ἀμφίβιον. Ὕστερον δὲ φανῆναι καὶ ἕτερα ζῶα ὅμοια τούτων, περὶ ὧν ἐν τῇ τῶν βασιλέων ἀναγραφῇ φησὶν δηλώσειν. Τὸν δὲ Ὠάννην περὶ γενεᾶς καὶ πολιτείας γράψαι, καὶ παραδοῦναι τόνδε τὸν λόγον τοῖς ἀνθρώποις.

4. *Γενέσθαι φησὶ χρόνον ἐν ᾧ τὸ πᾶν σκότος καὶ ὕδωρ εἶναι, καὶ ἐν τούτοις ζῶα τερατώδη, καὶ εἰδιφυεῖς* (3) *τὰς ἰδέας ἔχοντα ζωογονεῖσθαι· ἀνθρώπους γὰρ διπτέρους γεννηθῆναι, ἐνίους δὲ καὶ τετραπτέρους καὶ διπροσώπους· καὶ σῶμα μὲν ἔχοντας ἓν, κεφαλὰς δὲ δύο, ἀνδρείαν τὲ καὶ γυναικείαν, καὶ αἰδοῖα τε διττὰ, ἄῤῥεν καὶ θῆλυ· καὶ ἑτέρους ἀνθρώπους τοὺς μὲν αἰγῶν σκέλη καὶ κέρατα ἔχοντας, τοὺς δὲ ἱππόποδας, τοὺς δὲ τὰ ὀπίσω μὲν μέρη ἵππων, τὰ δὲ ἔμπροσθεν ἀνθρώπων, οὓς ἱπποκενταύρους τὴν ἰδέαν εἶναι. Ζωογονηθῆναι δὲ καὶ ταύρους ἀνθρώπων κεφαλὰς ἔχοντας· καὶ κύνας τετρασωμάτους, οὐρὰς ἰχθύος ἐκ τῶν ὄπισθεν μερῶν ἔχοντας, καὶ ἵππους κυνοκεφάλους, καὶ ἀνθρώπους, καὶ ἕτερα ζῶα κεφαλὰς μὲν καὶ σώματα ἵππων ἔχοντα, οὐρὰς δὲ ἰχθύων· καὶ ἄλλα δὲ ζῶα παντοδαπῶν θηρίων μορφὰς ἔχοντα. Πρὸς δὲ*

(1) De antiquissimis androgynis lege etiam Platonem apud Eusebium *Praep. ev.* XII. 12.

(2) Codex arm. IVSCHABAriGH, de quo vocabulo vide dicta superius p. 6. n. 4.

(3) Videtur dicendum αὐτοφυεῖς: praeterea aliquid deesse graeco textui.

hippocephalas et humana forma cum piscium caudis: alia insuper multiplicia animalia draconum formam referentia: denique pisces sirenum similes, et reptilia et serpentes aliasque feras mira varietate inter se differentes, quarum imagines accurate depictae in Beli fano adservabantur (1). Porro iis omnibus dominatam esse mulierem quandam, cui nomen Marghaiae: eamque Chaldaeorum lingua dici thagattham, graece vero converti *θάλατταν* (nempe mare (2).)

5. Quumque ea omnia *ante* mixta fuissent, supervenientem *ait* Belum mediam scidisse mulierem, ex eiusque dimidio altero terram, ex altero caelum fecisse, universis, quae in ipsa erant, beluis internecione deletis. Ait autem, de harum rerum naturis allegorice solere disseri. Nimirum quo tempore humidum et aqua omnia tenebant, nihilque ibi praeter beluas erat; idolum illud caput suum praecidisse, sanguinemque inde manantem humo ab aliis idolis esse commixtum, et *sic* homines procreatos: qui idcirco et intelligentia praediti sunt et divinae mentis participes.

τούτοις ἰχθύας καὶ ἑρπετὰ καὶ ὄφεις καὶ ἄλλα ζῶα πλείονα θαυμαστὰ καὶ παρηλλαγμένα τὰς ὄψεις ἀλλήλων ἔχοντα· ὧν καὶ τὰς εἰκόνας ἐν τῷ τοῦ Βήλου ναῷ ἀνάκειται. Ἄρχειν δὲ τούτων πάντων γυναῖκα ᾗ ὄνομα Ὁμορῶκα· εἶναι δὲ τοῦτο χαλδαϊστὶ μὲν Θαλὰτθ, ἑλληνιστὶ δὲ μεθερμηνεύεσθαι θάλασσα, κατὰ δὲ ἰσόψηφον σελήνη.

5. Οὕτως δὲ τῶν ὅλων συνεστηκότων, ἐπανελθόντα Βῆλον σχίσαι τὴν γυναῖκα μέσην, καὶ τὸ μὲν ἥμισυ αὐτῆς ποιῆσαι γῆν, τὸ δὲ ἄλλο ἥμισυ οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ζῶα ἀφανίσαι. Ἀλληγορικῶς δὲ φησὶν τοῦτο μὲν φυσιολογεῖσθαι· ὑγροῦ γὰρ ὄντος τοῦ παντὸς καὶ ζώων ἐν αὐτῷ γεγεννημένων, τοῦτον τὸν Θεὸν ἀφελεῖν τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν, καὶ τὸ ῥυὲν σῶμα τοὺς ἄλλους Θεοὺς φυρᾶσαι τῇ γῇ, καὶ διαπλάσαι τοὺς ἀνθρώπους· διὸ νοερούς τε εἶναι καὶ φρονήσεως θείας μετέχειν.

(1) Nequis horum prodigiorum absurditatem exosus, Eusebio qui haec retulerit subirascatur, is meminerit vetustissimos plerosque historicos in eiusmodi vanitate fuisse versatos, teste Dionysio Halicarnasseo (*de Thucydide iudicium* cap. VI) qui primum Thucydidem ait nugari desivisse: Ἔπειτα κατὰ τὸ μηδὲν αὐτῇ μυθῶδες προσάψαι, μηδ᾽ εἰς ἀπάτην καὶ γοητείαν τῶν πολλῶν ἐπιτρέψαι τὴν γραφὴν, ὡς οἱ πρὸ αὐτοῦ πάντες ἐποίησαν, Λαμίας τινὰς ἱστοροῦντες ἐν ὕλαις καὶ νάπαις ἐκ γῆς ἀνιεμένας, καὶ Ναΐδας ἀμφιβίους ἐκ ταρτάρων ἐξιούσας, καὶ διὰ πελάγους νηχομένας καὶ μιξόθηρας κ. τ. λ. καὶ ἄλλας τινὰς ἀπίστους τῷ καθ᾽ ἡμᾶς βίῳ καὶ πολὺ τὸ ἀνόητον ἔχειν δοκούσας ἱστορίας. *Deinde, quod fabulosum in suos libros nihil intulit, neque vulgo fraudem et tamquam imposturam fecit, quo in genere superiores omnes peccaverant: qui Lamias commemorarunt nescio quas in silvis et saltibus e terra prodeuntes et Naidas in terra atque aqua pariter degentes, ab inferis profectas, pelago innatantes, semiferas etc. et alia quaedam quae nostra aetas ut incredibilia planeque delira contemnit.*

(2) Haec est glossa armeniaci interpretis.

6. Age vero Belum aiunt, quem Graeci interpretantur *Δία* (Armenii vero Aramazdem (1)) scissis tenebris terram a caelo separavisse, pulchreque mundum disposuisse: beluas autem non sustinentes lucis vim exanimatas esse. Tunc Belum, qui regionem desertam, attamen feracem, cerneret, cuidam e Diis imperavisse ut cum sanguine, qui e suo capite abscisso deflueret, terram subigeret atque homines fingeret, cum ceteris brutis et beluis quae hunc aërem pati possent. Deinde Belum stellas et solem et lunam et quinque sidera errantia condidisse. Haec, Polyhistore teste, Berosus (2) primo libro narrat.

7. Secundo autem (*) idem reges singillatim perscribit: tempora quoque regum decem, quae ante diximus ad annorum myriades plus quadraginta protendi. Verumtamen siquis sibi persuadeat tantum annorum numerum, quantum Chaldaei iactitant, eum iure oportebit et aliis fallacibus narratiunculis fidem adhibere. Si ergo hic numerus naturam rerum excedit, et omnino absurdus est, etiamsi forte aliter intelligatur (3), siquis *inquam* hoc sibi persuadeat, sequitur ut quae traditur doctrina temporum, ea non sine inquisitione recipienda esse videatur. Iam si cum tot annorum millibus, quot secundum illorum chronologiam conficiuntur, successiones quoque gentium pro rata portione eius longaevitatis proferrent, resque item aliquas et opera, quae eo intervallo pro temporum spatiositate acta essent; merito quis suspicaretur,

6. Τὸν δὲ Βῆλον, ὃν Δία μεθερμηνεύουσι, μέσον τεμόντα τὸ σκότος χωρίσαι γῆν καὶ οὐρανὸν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ διατάξαι τὸν κόσμον. Τὰ δὲ ζῶα οὐκ ἐνεγκόντα τὴν τοῦ φωτὸς δύναμιν φθαρῆναι. Ἰδόντα δὲ τὸν Βῆλον χώραν ἔρημον καὶ καρποφόρον, κελεῦσαι ἑνὶ τῶν Θεῶν τὴν κεφαλὴν ἀφελόντι ἑαυτοῦ τῷ ἀποῤῥυέντι αἵματι φυρᾶσαι τὴν γῆν, καὶ διαπλάσαι ἀνθρώπους, καὶ θηρία τὰ δυνάμενα τὸν ἀέρα φέρειν. Ἀποτελέσαι δὲ τὸν Βῆλον καὶ ἄστρα καὶ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τοὺς πέντε πλανήτας. Ταῦτα ὁ πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος, (κατὰ) τὸν Βηρωσσὸν ἐν τῇ πρώτῃ, φάσκει. *Ex Syncello p. 28. B. sqq.*

(*) Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τοὺς δέκα βασιλεῖς τῶν Χαλδαίων, καὶ τὸν χρόνον τῆς βασιλείας αὐτῶν, σάρους ἑκατὸν εἴκοσι, ἤτοι ἐτῶν μυριάδας τεσσαράκοντα τρεῖς καὶ δύο χιλιάδας. *Ex Syncello p. 30. A.*

---

(1) De Aramazde vide Chorenensem *Hist.* I. 30. II. 74. III. 36. 55. Et quidem reges in epistolis semet Aramazde satos dictitabant, quos inter et Iulianus imperator. Videsis eundem Chorenensem *Hist.* III. 15. 17. 51. Id nomen veteribus Persis significabat *bonum genium.*

(2) Codex arm. *secundum Polyhistorem Berosum primo libro narrat.* Patet autem scriptum fuisse mendose *Berosum* pro *Berosus.* E graeco item textu excidit particula κατὰ.

(3) Nempe, *etiamsi anni breviores existimentur,* uti explicatur inferius.

aliquid fortasse veritatis apud eos delitescere. Verum enim vero quod a decem tantum hominibus tot annorum myriades comprehensas existimaverint, quis demum eiusmodi fabulationes non insaniam esse putet? Fortasse etiam qui dicuntur sari, ii non eum annorum numerum quem nos existimamus, sed aliud quid brevis temporis intervallum significant (1). Namque etiam apud priscos Aegyptios (*) lunares dicebantur *anni*: nempe summa triginta dierum, qui singulis mensibus continentur, annus vocitabatur. Alii *ὥρας* nuncupabant trimestre spatium: ita ut conversiones trimestres temporum, quotannis contingentes, pro anno haberent. Iam fieri potest ut Chaldaeorum etiam qui dicuntur sari, eiusmodi aliquid demonstrent.

8. Decem ergo tantummodo aetates ab Aloro, qui primus fertur rex eorum, usque ad Xisuthrum supputantur, sub quo aiunt magnum illud accidisse diluvium. In hebraicis pariter libris aetates decem a Mose recitantur ante diluvium: scilicet et ab Hebraeis totidem successiones hominum singillatim scribuntur, a primo, qui apud eos fertur, homine usque ad diluvium (2). Sed enim Hebraeorum historia decem aetatum annos intra numerum duorum fere millium cogit; Assyrii vero dum minutatim consequenterque aetates perscribunt, harum quidem numerum similem eius, qui apud Mosem est, habent; sed tempora non item: nam decem aetates centum viginti saros complecti aiunt; tum ab his quadraginta tres myriades et duo millia annorum conflari dictitant.

9. Tandem ex praedictis, plane tibi exploratum fiet, Xisuthrum eundem esse *hominem* qui ab Hebraeis Noachus vocatur (3), in cuius aetatem incidit magnum illud diluvium: cuius sane *diluvii* Polyhistoris quoque historia notionem praebet. Is enim hoc pacto de illo scribit.

(*) Οἱ γὰρ παρ' αὐτοῖς παλαιότατοι σεληναίους ἔφασκον εἶναι, ἤγουν μηνιαίους τοὺς ἐνιαυτοὺς ἐξ ἡμερῶν τριάκοντα συνεστῶτας· οἱ δὲ μετὰ τούτους ἡμίθεοι ὥρας ἐκάλουν τοὺς ἐνιαυτοὺς τοὺς τριμηναίους. Καὶ ταῦτα μὲν Εὐσέβιος. *Ex Syncello p. 40. D.*

(1) Iuvat heic audire Syncellum p. 17. B. Ταῦτα δὲ ἔτη τινὲς τῶν καθ' ἡμᾶς ἱστορικῶν ἡμέρας ἐλογίσαντο στοχαστικῶς μεμψάμενοι τὸν Παμφίλου Εὐσέβιον, ὡς μὴ νοήσαντα τὰ ἔτη τῶν σάρων, ἡμέρας· μάτην δὲ αὐτὸν ἐν τούτῳ μέμφονται· πῶς γὰρ τὸ μὴ ὂν εἶχε νοῆσαι πολυμαθὴς ὤν; κ. τ. λ. *Hosce autem annos historici aliquot recentiores opinantur esse dies, ideoque Eusebium Pamphili reprehendunt, qui sarorum annos haud senserit esse dies. Sed stulte hominem in hoc accusant. Qui enim fieri potest ut rei veritatem is, qui tanta doctrina abundavit, non noverit?* etc.

(2) Vide inferius cap. XVI. 8.

(3) Id confirmat etiam Chorenensis *Hist.* I. 3.

CAPVT III.

Alexandri polyhistoris de diluvio. Ex eodem, de quo dictum est, libro.

1. Defuncto, inquit, Otiarte, filium huius Xisuthrum tenuisse regnum saris octodecim, sub eoque magnum diluvium esse conflatum. Sic autem accuratius narrationem scripto persequitur. Saturnum, ait, illi in somnio praedixisse (qui *Saturnus* pater Aramazdis fertur, et ab aliis dicitur tempus (1)) *die* quintadecima mensis daesii (qui est marerì (2)) fore ut homines a diluvio perirent. Mandavisse *itaque* ut libros omnes, primos nimirum medios et ultimos, terrae infossos in solis urbe Siparis poneret: tum navim strueret, eamque cum consanguineis et familiaribus conscenderet: congestisque illuc esculentis atque poculentis, inductis etiam beluis et volatilibus ac quadrupedibus cunctaque supellectile, paratus esset ad navigandum. Quaerenti autem quônam cursus dirigendus esset? respondisse, ad Deos: et orandum quo hominibus bene esset. Eum vero haud recusasse quominus navigium compingeret,

Λέγει ὁ αὐτὸς Ἀλέξανδρος, ὡς ἀπὸ τῆς γραφῆς τῶν Χαλδαίων, οὕτως.

1. *Ἀρδάτου τελευτήσαντος, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ξίσουθρον βασιλεῦσαι σάρους ὀκτωκαίδεκα, (καὶ) ἐπὶ τούτου μέγαν κατακλυσμὸν γενέσθαι· ἀναγράφεσθαι δὲ τὸν λόγον οὕτως. Τὸν Κρόνον αὐτῷ κατὰ τὸν ὕπνον ἐπιστάντα φάναι, μηνὸς δαισίου πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ φθαρήσεσθαι. Κελεῦσαι οὖν διὰ γραμμάτων πάντων ἀρχὰς καὶ μέσα καὶ τελετὰς ὀρύξαντα θεῖναι ἐν πόλει ἡλίου Σιπάροις, καὶ ναυπηγησάμενον σκάφος ἐμβῆναι μετὰ τῶν συγγενῶν καὶ ἀναγκαίων φίλων· ἐνθέσθαι δὲ βρώματα καὶ πόματα, ἐμβαλεῖν δὲ καὶ ζῶα πτηνὰ καὶ τετράποδα, καὶ πάντα εὐτρεπισάμενον πλεῖν. Ερωτώμενον δὲ ποῦ πλεῖ; φάναι πρὸς τοὺς Θεοὺς, εὐξάμενον ἀνθρώποις ἀγαθὰ γενέσθαι. Τὸν δὲ οὐ παρακούσαντα, να··πήγσαντα σκάφος, τὸ*

(1) Haec sine dubio glossa est armenii interpretis.

(2) Glossa haec est armeniaci interpretis. Suidas ait iunium apud Macedones fuisse *δαίσιον*. Hoc pacto marerì, qui est Armeniorum mensis decimus, iunio responderet. Quum tamen armeniaci menses in germano et vetere calendario constent triginta omnino diebus, ideoque quotannis quinque aut sex supersint dies; rationes mensium armeniacorum et romanorum processu temporis immutari necesse est.

longum stadia quinque, latum duo: cuncta, quae mandata sibi fuerant, efficienda curasse: uxorem, filios et familiares eôdem introduxisse.

2. Ingruente demum diluvio et mox decrescente, misisse Xisuthrum quaedam volatilia, quae quum neque escam neque locum, in quo considerent, invenissent, reversa in navim recepta sunt. Rursus diebus aliquot post, emisisse aves alias, quae item ad navim regressae sunt pedibus luto infectis. Tertio denique dimissae *aves* quum ad navim non reverterentur, cognovisse Xisuthrum terram prorsus esse patefactam. Tunc navis tecto partim effracto, navim ipsam monti cuidam innitentem vidisse: moxque ipsum cum uxore filiaque una et navis architecto exscendisse, ac pronum terram esse veneratum, structaque ara Diis sacrum obtulisse: quo facto, cum iis qui secum navi exierant nusquam comparuisse. Reliquos autem qui in navi substiterant, neque cum Xisuthri comitatu egressi erant (1), facta mox exscensione eum quaeritasse, eundemque oberrantes nomine inclamasse. At vero Xisuthrum haud ultra se conspiciendum dedisse; voce tantum ex aëre missa, Deos ut colerent mandavisse: nam et se religiosae pietatis ergo ad Deorum venisse habitacula, eodemque honore uxorem quoque suam et filiam et navis architectum

μὲν μῆκος σταδίων πέντε, τὸ δὲ πλάτος σταδίων δυο· τὰ δὲ συνταχθέντα πάντα συνθέσθαι, καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα, καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους ἐμβιβάσαι.

2. *Γενομένου δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ εὐθέως λήξαντος, τῶν ὀρνέων τινὰ τὸν Ξίσουθρον ἀφιέναι· τὰ δὲ οὐ τροφὴν εὑρόντα οὔτε τόπον ὅπου καθίσαι, πάλιν ἐλθεῖν εἰς τὸ πλοῖον· Τὸν δὲ Ξίσουθρον πάλιν μετὰ τινὰς ἡμέρας ἀφιέναι τὰ ὄρνεα· ταῦτα δὲ πάλιν εἰς τὴν ναῦν ἐλθεῖν τοὺς πόδας πεπηλωμένους ἔχοντα· Τὸ δὲ τρίτον ἀφεθέντα οὐκ ἔτι ἐλθεῖν εἰς τὸ πλοῖον. Τὸν δὲ Ξίσουθρον ἐννοηθῆναι γῆν ἀναπεφηνέναι· διελόντα τε τῶν τοῦ πλοίου ῥαφῶν μέρος τι, καὶ ἰδόντα προσωκεῖλαν τὸ πλοῖον ὄρει τινὶ, ἐκβῆναι μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῆς θυγατρὸς καὶ τοῦ κυβερνήτου προσκυνήσαντα τὴν γῆν, καὶ βωμὸν ἱδρυσάμενον, καὶ θυσιάσαντα τοῖς Θεοῖς, γενέσθαι μετὰ τῶν ἐκβάντων τοῦ πλοίου ἀφανῆ· Τοὺς δὲ ὑπομείναντας ἐν τῷ πλοίῳ, μὴ εἰσπορευομένων τῶν περὶ τὸν Ξίσουθρον, ἐκβάντας ζητεῖν αὐτὸν ἐπὶ ὀνόματος βοῶντας· τὸν δὲ Ξίσουθρον αὐτὸν μὲν αὐτοῖς οὐκ ἔτι ὀφθῆναι, φωνὴν δὲ ἐκ τοῦ ἀέρος γενέσθαι, κελεύουσαν, ὡς δέον αὐτοὺς εἶναι θεοσεβεῖς· καὶ γὰρ αὐτὸν διὰ τὴν εὐσέβειαν πορεύεσθαι μετὰ τῶν Θεῶν οἰκήσοντα· τῆς δὲ αὐτῆς τιμῆς καὶ τὴν*

(1) Melius habet graecus textus: *haud redeuntibus Xisuthri comitibus.*

frui. Tum se magnopere auctorem iis esse, ut Babylonem redirent, et ex Deorum mandato, qui in Siparis urbe conditi fuerant, libros effoderent atque hominibus traderent. Locum autem, in quo nave egressi tunc insisterent, Armeniorum esse regionem. Haec omnia edoctos, celebrato Diis sacrificio, Babylonem pedestri itinere contendisse.

3. Eius navigii, quod demum substitit in Armenia, fragmentum aliquod in Cordiaeorum (1) armeniaco monte nostra adhuc aetate reliquum esse aiunt. Quin et erasum bitumen quidam inde referunt remedii amuletique causa ad infausta quaeque averruncanda. Illi autem Babylonem profecti, libros ex urbe Siparis effodisse, oppida multa condidisse, fana Deorum struxisse, Babylonemque restituisse feruntur. Quae hactenus dicta sunt; praetereaque turris aedificium, memorat Polyhistor paene ad litteram cum libris Mosis hoc pacto consentiens.

γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τὴν θυγατέρα καὶ τὸν κυβερνήτην μετεσχηκέναι. Εἶπεν *τε αὐτοῖς ὅτι ἐλεύσονται πάλιν εἰς* Βαβυλῶνα· *καὶ ὡς εἵμαρται αὐτοῖς, ἐκ* Σισπάρων *ἀνελομένοις τὰ γράμματα διαδοῦναι τοῖς ἀνθρώποις καὶ ὅτι ὅπου εἰσὶν, ἡ χώρα* Ἀρμενίας *ἐστίν.* Τοὺς *δὲ ἀκούσαντας αὐτὰ θῦσαί τε τοῖς* Θεοῖς, *καὶ περιξὶ πορευθῆναι εἰς* Βαβυλῶνα.

3. Τοῦ *δὲ πλοίου τούτου κατακλιθέντος ἐν τῇ* Ἀρμενίᾳ *ἔτι μέρος τι αὐτοῦ ἐν τοῖς* Κορδυαίων *ὄρεσι τῆς* Ἀρμενίας *διαμένειν, καί τινας ἀπὸ τοῦ πλοίου ἀποξύοντας ἄσφαλτον, χρᾶσθαι δὲ αὐτὴν πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς.* Ἐλθόντας *οὖν τούτους εἰς* Βαβυλῶνα, *τά τε ἐκ* Σισπάρων *γράμματα ἀνορύξαι, καὶ πόλεις πολλὰς κτίζοντας, καὶ ἱερὰ ἀνιδρυσαμένους πάλιν ἐπικτίσαι τὴν* Βαβυλῶνα. *Ex Syncello p.* 30. *A sqq.*

(1) De *Cordiaeis* sive *Gordyaeis* sive *Cordyenis*, sive *Corduenis* passim loquuntur antiqui Geographi, quibus addendi Sallustius *Fragm. incert.* cap. XVIII. et Chorenensis *Hist.* I. 13. II. 33. 71. et *Geogr.* 71. Porro vocabula armeniaca GORTVAZIK vel GORTIK significant *locorum arduorum incolas*: est enim GORT *arduus*, *incultus*. Hinc fortasse nomen hodiernae gentis *Curdorum*, quorum praecipua sedes in provincia armeniaca *Cordiaeorum* est. Hinc etiam, ut videtur, appellatio regionis *Curdistan*. Iam et de arca, quae in *Cordiaeorum* monte substitit, Iosephus *Antiq.* I. 3. cum pluribus barbaricarum rerum scriptoribus; tum et Epiphanius *Haeres.* XVIII, aliique loquuntur.

CAPVT IV.

Alexandri polyhistoris de turris aedificio.

1. Sibylla ait, omnes homines una *lingua* utentes (1) turrim illam celsissimam exstruisse, ut in caelum conscenderent: Deum vero fortissimum vento afflato eandem turrim deiecisse, peculiaremque singulis sermonem tribuisse, ideoque et urbem Babylonem esse appellatam. Mox post diluvium Titanum atque Prometheum extitisse: tum etiam a Titano bello Saturnum esse appetitum (2). De turris aedificio hactenus.

2. Praedictis autem haec addit idem Polyhistor: post diluvium imperitasse regioni Chaldaeorum Evexium (3) neris quatuor: inde imperium exceptum a filio eius Chomasbelo (4) neris quatuor cum sosis quinque.

Ἀλεξάνδρου τοῦ πολυΐστορος περὶ τῆς πυργοποιΐας.

1. Σίβυλλα δὲ φησί· ὁμοφώνων ὄντων πάντων ἀνθρώπων τινὰς τούτων πύργον ὑψηλότατον οἰκοδομῆσαι, ὅπως εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῶσιν· τοὺς δὲ Θεοὺς ἀνέμους ἐμφυσήσαντας ἀνατρέψαι τὸν πύργον, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν δοῦναι· διὸ δὴ Βαβυλῶνα τὴν πόλιν κληθῆναι· Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν Τιτᾶνα καὶ Προμηθέα γενέσθαι. *Ex Syncello pag. 44. C. et Eusebio Praep. ev. IX. 15.*

2. Ἀλέξανδρος πολυΐστωρ βούλεται πάλιν τὴν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τῶν Χαλδαίων βασιλείαν κατάρξασθαι, μυθολογῶν διὰ σάρων καὶ νήρων καὶ σώσσων

(1) Interpres arm. utitur heic et cap. VIII. voce composita et satis vulgata MIAPANKAL, cuius significatus ad etymologiam exactus est ὁμολόγος *consentiens, conspirans*, nec fere usurpatur de consensu in eundem sermonem, uti sonat graeca vox ὁμόφωνος.

(2) Consonant huic loco Iosephus *Antiq.* I. 4. Eusebius *Praep. ev.* IX. 14. Epiphanius *Haeres.* I. Cyrillus I. in *Iulian.* ed. lips. p. 9. Cedrenus ed. paris. an. MDCXLVII. p. 11. aliique scriptores, quos inter Chorenensis *Hist.* I. 8. Iam et in sibyllino libro tertio v. 35. sqq. haec habentur:

Ἀλλ' ὁπόταν μεγάλοιο Θεοῦ τελέωνται ἀπειλαί,
Ἅς ποτ' ἐπηπείλησε βροτοῖς οἱ πύργον ἐτεύξαν
Χώρῃ ἐν ἀσσυρίῃ, ὁμόφωνοι δ' ἦσαν ἅπαντες,
Καὶ βούλοντ' ἀναβῆν' εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
Αὐτίκα ἀθάνατος . . . . .
Πνεύμασιν· αὐτὰρ ἔπειτ' ἄνεμοι μέγαν ὑψόθι πύργον
Ῥίψαν, καὶ θνητοῖσι ἐπ' ἀλλήλοις ἔριν ὦρσαν,
Τοὔνεκά τοι Βαβυλῶνα βροτοὶ πόλει οὔνομ' ἔθεντο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πύργος τ' ἔπεσε, γλῶσσαί τ' ἀνθρώπων
Παντοδαπαῖς φωναῖσι διέστρεψον . . . . .
Καὶ βασίλευσε Κρόνος καὶ Τιτὰν Ἰαπετός τε.

Quae carmina sic interpretamur:

Cumque supervenient praedictae Numinis irae
Terrigenis olim, nisis educere turrim
Assyrio in campo, nondum diversa locutis,
Qua caelum adpeterent stellis ardentibus aptum;
Protinus aeternus . . . .
Spiritibus. Sed cum ventorum turbine turris
Corruit, et iunctas fregerunt iurgia mentes;
Tunc tibi de celebri Babylon re nomen adhaesit.
Iam postquam varias tenuit discordia linguas;
Tunc Saturnus erat, tunc Titan Iapetusque.

(3) Hic est Nembrotus, teste Cedreno p. 11. ἐκαλεῖτο δὲ ὁ Νεβρὼδ καὶ Εὐήχιος. Idem fere ait Syncellus, cui p. 79. B. est Εὐτύχιος, at p. 90. C. est Εὐήχοος manifestis codicum mendis.

(4) Syncellus p. 90. C. scribit Χοσμάσβολον, eumque ait regnavisse annis non plus septem cum dimidio.

A Xisuthro et a diluviō, donec Medi Babylonem occuparunt, summam regum sex supra octoginta supputat Polyhistor, singulosque nominatim e Berosi libro recenset. Ex horum autem omnium aetatibus tres myriades annorum conficit, praetereaque annos ter mille et unum supra nonaginta (1). Post hos qui successione inconcussa regnum obtinuerant, Jerepente Medos collectis copiis Babylonem cepisse *ait*, ibique de suis tyrannos constituisse. Hinc nomina quoque tyrannorum medorum edisserit octo, annosque eorum viginti quatuor supra ducentos (2): ac rursus undecim reges, et annos octo supra quadraginta (3): tum et chaldaeos reges quadraginta novem, annosque quadringentos et octo supra quinquaginta: postea et arabes (*) novem reges, annosque ducentos quadraginta quinque. Horum annorum recensione perscripta, de Samiramide quoque narrat quae imperavit Assyriis. Rursumque distincte admodum nomina regum quadraginta quinque enumerat, iisque annos tribuit viginti sex supra quingentos. Post hos ait extitisse Chaldaeorum regem, cui nomen Phulus erat: quem Hebraeorum quoque historia memorat, quemque item Phulum appellat (4). Hic Iudaeam invasisse dicitur. Deinde Polyhistor Senecheribum regno potitum esse ait: quem quidem Hebraeorum libri regnantem referunt imperante Ezechia et prophetante Isaia (5). Ait autem diserte divinus liber (6): « Anno quartodecimo Ezechiae regis ascendisse Senecheribum ad » urbes Iudaeae munitas, easque cepisse ». Cuius rei peractâ historiâ, subdit: « Et regnavit Asordanes filius eius pro eo (7) ».

βεβασιλευκέναι Χαλδαίων καὶ Μήδων βασιλεῖς πϛ´ ἐν τρισμυρίοις ἔτεσιν καὶ ϡπ´ τοῦτ᾽ ἔστιν ἐν σάροις Θ´ καὶ νήροις β´; καὶ σώσσοις η´. Ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ χρόνου τῶν πϛ´ δεύτερον μὲν Χαλδαίων βασιλέων Χωμάσβηλον· πδ´ δὲ Μήδων Ζωρόαστριν καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτὸν ζ´ Χαλδαίων βασιλεῖς εἰσάγει ἔτη κρατήσαντας ἡλιακὰ ρϚ´· ὁ αὐτὸς Πολυΐστωρ, οὐκ ἔτι διὰ σάρων καὶ νήρων καὶ σώσσων καὶ τῆς λοιπῆς ἀλόγου μυθικῆς ἱστορίας, ἀλλὰ διὰ ἡλιακῶν ἐτῶν. *Haec ex Syncello p. 78. B, sed valde interpolata.*

(*) Διεδέξαντο τὴν Χαλδαίων βασιλείαν Ἄραβες ἐπὶ ἔτη σιέ. *Ex eodem pag. 90. D.* Ἡ τῶν Ἀράβων βασιλεία διαδεξαμένη τὴν τῶν Χαλδαίων διήρκεσεν ἔτη σιέ. Ταύτην Ἀσσυρίων μά διεδέξαντο βασιλεῖς. *Ex eodem p. 92. B.*

(1) Graecus textus 34080.

(2) In margine CCXXXIV.

(3) Sic in margine se habet numerus XLVIII, at in textu vacuum relinquitur spatium.

(4) IV. *Reg.* XV. 19. quo loco vaticanum exemplar graecum Bibliorum nec non eorundem interpretatio armeniaca habent *Phua*.

(5) IV. *Reg.* XVIII. et XIX.

(6) IV. *Reg.* XVIII. 13.

(7) Cap. XIX. 37.

Rursusque pergens, ea tempestate ait aegrotasse Ezechiam (1). Tum etiam ordinatim, eodem tempore Marudachum Baldanem Babyloniorum regem misisse oratores cum litteris et muneribus ad Ezechiam (2). Haec *tradunt* Hebraeorum scripturae. Et quidem Senecheribum, cum eius filio Asordane nec non Marudacho Baldane, Chaldaeorum quoque historiographus memorat: cum quibus etiam Nabuchodonosorum, uti mox dicetur. Hac autem ratione de iis scribit.

CAPVT V.

Eiusdem Alexandri de Senecheribo deque Nabuchodonosoro eorumque rebus gestis et strenuis facinoribus.

1. Postqvam regno defunctus est Senecheribi frater, et post Hagisae in Babylonios dominationem, qui quidem nondum expleto trigesimo imperii die a Marudacho Baldane interemptus est; Marudachus ipse Baldanes tyrannidem invasit mensibus sex; donec eum sustulit vir quidam nomine Elibus, qui et in regnum successit. Hoc postremo tertium iam annum regnante, Senecheribus rex Assyriorum copias adversum Babylonios contrahebat, proelioque cum iis conserto, superior evadebat: captumque Elibum cum familiaribus eius in Assyriam transferri iubebat. Is *igitur* Babyloniorum potitus, filium suum Asordanem eis regem imponebat, ipse autem in Assyriam reditum maturabat. Mox quum ad eius aures rumor esset perlatus, Graecos in Ciliciam coactis copiis bellum transtulisse, eos protinus aggressus est, proelioque inito, multis suorum amissis, hostes nihilominus profligavit: suamque imaginem, ut esset victoriae monumentum, eo loco erectam reliquit: cui chaldaicis litteris res a se gestas insculpi mandavit ad memoriam temporum sempiternam. Tarsum quoque urbem ab eo structam ait ad Babylonis exemplar, eidemque nomen inditum Tharsin. Iam et reliquis Senecherimi (3) gestis perscriptis, subdit eum annis vixisse *regnantem* octodecim, donec eidem structis a filio Ardumuzane (4) insidiis extinctus est. Haec Polyhistor.

---

(1) IV. *Reg.* XX. 1.

(2) Cap. XX. 12.

(3) Ita cum *m*, alibi tamen saepius cum *b* *Senecheribus.*

(4) In margine *Ardamuzane*; et quidem apud IV. *Reg.* XIX. 37. et *Iosephum Antiq.* X. 1. Senecheribus interficitur a filiis *Adremelecho* et *Sarasaro*, qui a Chorenensi *Hist.* I. 22. dicuntur *Adramelus* et *Sanasarus*.

2. Sane etiam tempora cum narratione divinorum librorum congruunt. Sub Ezechia enim Senecherimus regnavit, uti Polyhistor innuit, annis octodecim: post quem eiusdem filius annis octo: tum annis viginti et uno Sammughes: itemque huius frater viginti et uno: deinde Nabupalasarus annis viginti: denique Nabucodrossorus (1) tribus annis supra quadraginta: ita ut a Senecherimo ad Nabucodrossorum octoginta et octo anni excurrant. Iam siquis Hebraeorum libros scrutetur, paria dictis inveniet. Namque post Ezechiam residuis Iudaeis Manasses imperat Ezechiae filius quinque annis et quinquaginta (2): deinde Amosus (3) annis duodecim (4): tum Iosias triginta annis et uno (5): postea Ioachimus (6), sub cuius regni primordiis occupaturus Hierosolyma Nabuchodonosorus supervenit, captivosque Iudaeos Babylonem transtulit (7). Atqui ab Ezechia ad Nabuchodonosorum anni octo excurrunt et octoginta, quot nimirum Polyhistor ex historia chaldaica supputavit.

3. His omnibus absolutis, pergit denuo Polyhistor res aliquot etiam a Senecheribo gestas exponere: deque huius filio eâdem plane ratione scribit qua libri Hebraeorum (8); accurateque admodum cuncta edisserit. Pythagoras sapiens fertur ea tempestate sub his *regibus* extitisse (9). Iam post Sammughem imperavit Chaldaeis Sardanapallus (10) viginti annis et uno. Is ad Asdahagem (11), qui erat medicae gentis praeses

(1) Ita saepe *Nabucodrossorus*, aliâs tamen *Nabuchodonosorus*.

(2) IV. *Reg.* XXI. 1.

(3) Armeniaca Biblia mss. omnia pro *Ammone* habent *Amosum*, quae lectio graece etiam occurrit in codicibus apud Biblia Breitungeri IV. *Reg.* XXI. 18. 19.

(4) Sic codex armeniacus, non ut vulgo *duobus*. Reapse ita sensisse Eusebium testis est luculentus Syncellus p. 214. C. his verbis: *ιβ ἔτη Εὐσέβιος λέγει βασιλεῦσαι* (τὸν Ἀμώς) *κατὰ τοὺς ό. ψεύδεται δέ. Duodecim annis, inquit Eusebius, dominatum esse* (Amosum) *ex* LXX *virorum sententia; quod est mendacium.* Iam in ipso LXX. virorum (IV. *Reg.* XXI. 19.) textu alexandrino legitur *δύο*; sed in vaticano *δώδεκα*, quam sententiam armeniacus quoque Bibliorum interpres secutus est: at contra Clemens alexandrinus *Strom.* I. 21. ed. oxon. p. 390. (quem super horum regum temporibus conferre iuvabit) lectionem codicis alexandrini retinet. Ipse tamen se mox emendat Eusebius cum annos LXXXVIII supputat. Quare veteris scribae mendum id dicerem nisi in tabulis quoque regum Iudae deinceps addendis legeretur *duodecim*.

(5) Cap. XXII. 1.

(6) Cap. XXIII. 34.

(7) Cap. XXIV. 1.

(8) Confer de Asordane IV. *Reg.* XIX. 37. *Tob.* I. 21. Tum I. *Ezdr.* IV. 2. 10. Syncellum p. 205. A. Quamquam nomen hoc saepe corruptum est.

(9) De Pythagora rursum dicet Eusebius cap. IX.

(10) Ita constanter cum duabus *ll Sardanapallus*, quam scripturam perpetuam in Eusebio iampridem notavit Scaliger (*Animad. ad Euseb.* ed. amstelod. p. 63-64.) et ex nominis etymologia sapienter adseruit. Porro Chorenensis *Hist.* I. 21. ait, quosdam existimasse Nabuchodonosorum vixisse imperante Armeniis Rhacia successore Paraeri aequalis Varbacis medi. Igitur pater Nabuchodonosori Nabopalassarus, qui a Polyhistore dicitur Sardanapallus, incidisset in Varbacis aetatem. Sed enim hanc temporum rationem quis probet?

(11) Nempe *Astyagem*. Iam de Astyage aequale Nabuchodonosori loquitur Eusebius apud Syncellum p. 226. D. Interim iuvat heic errorem Wistonorum Chorenensis interpretum obiter coarguere. Ait Chorenensis (*Hist.* I. 29.) a Golthaniensibus (quae

et satrapa, copias auxiliares misit, videlicet (*) ut filio suo Nabucodrossoro desponderet Amuhiam (1) e filiabus Asdahagis unam. Deinde Nabucodrossorus dominatus est tribus annis supra quadraginta, qui et collecto exercitu impressionem faciens Iudaeos, Phoenices et Syros in servitutem redegit. Neque sane opus est me pluribus confirmare, Polyhistorem item in his cum hebraica historia congruere. Post Nabucodrossorum regnat eius filius Amilmarudochus annis duodecim, quem Hebraeorum litterae Ilmarudochum (2) appellant. Mox Polyhistor ait imperavisse Chaldaeis Neglisarum annis quatuor: deinde Nabonedum (3) annis septemdecim. Eo regnante Cyrus Cambysis babylonicam regionem copiis invasit, quicum Nabonedus certamine inito, victus se fuga proripuit. Regnavit autem Babylone Cyrus annis novem, donec in planitie Daharum (4) alio proelio conserto periit. Tum imperium tenuit Cambyses annis octo: deinde Darius annis sex et triginta: deinde Xerxes ceterique Persarum reges.

4. Iamvero de Chaldaeorum regno uti breviter distincteque tractat Berosus, ita prorsus loquitur et Polyhistor: ex quibus manifestum est, Nabuchodonosorum armata manu cepisse Iudaeos. Ab hoc autem ad Cyrum Persarum regem anni septuaginta conflantur (5): quare

(*) Χαλδαίων ιϛ´ ἐβασίλευσεν Ναβοπολάσαρος ἔτη κά, ὁ πατὴρ τοῦ Ναβουχοδονόσορ. Τοῦτον ὁ πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος Σαρδανάπαλον καλεῖ πέμψαντα πρὸς Ἀστυάγην σατράπην Μηδίας, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Ἀρμοΐτην λαβόντα νύμφην εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ναβουχοδονόσορ. *Ex Syncello p.* 210. *A*.

est armeniaca provincia cantilenis dedita) in carmine Artaxerxis filiorumque eius figurata dictione memorari etiam stirpem Astyagis, quam VISABAZVKOS (nempe *draconum genus*) appellant: quia nimirum ASDAHAGH (in Persarum lingua) significat idem quod apud Armenios VISAB nempe *draconem*. Ea re non bene intellecta Wistoni aiunt in notis, nusquam sibi occurrisse in armeniaca lingua vocem ASDAHAGH quae vim notionemque *draconis* subiectam haberet.

(1) Ita etiam inferius cap. IX: quamquam heic textus graecus habet Ἀρμοΐτην.

(2) IV. *Reg.* XXV. 27. *Hierem.* LII. 31. sed paulo aliter.

(3) Codex arm. modo habet *Nabodenum* ut heic, modo *Nabonedum*. Sequimur autem posteriorem lectionem, quae cum graeca scriptura consentit.

(4) Cod. *in campo Daas.* Iam Daharum seu Massagetarum planitiem Cyrique ibidem interitum describit Herodotus I. 204. seqq.

(5) Consonat apprime Clemens alex. *Strom. I.* 21. p. 391. Ναβουχοδονόσορ πρὸ τῶν Περσῶν ἡγεμονίας ἔτεσιν ἑβδομήκοντα ἐπὶ Φοίνικας καὶ Ἰουδαίους ἐστράτευσεν, ὥς φησι Βηρωσσὸς ἐν ταῖς χαλδαϊκαῖς ἱστορίαις. *Nabuchodonosorus* LXX. *annis ante principatum Persarum adversus Phoenices et Iudaeos expeditionem suscepit, ut Berosus tradit in chaldaicis historiis.* Item Tatianus *Orat.* cap. XXXVI. Βηρωσσὸς τὴν Χαλδαίων ἱστορίαν ἐν τρισὶ βιβλίοις κατατάξας καὶ τὰ περὶ τῶν βασιλέων ἐκθέμενος, ἀφηγεῖται τινὸς αὐτῶν ὄνομα Ναβουχοδονόσορ τοῦ στρατεύσαντος ἐπὶ Φοίνικας καὶ Ἰουδαίους, ἅτινα ἴσμεν γεγονότα πρὸ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας ἔτεσιν ἑβδομήκοντα. *Berosus qui Chaldaeorum historiam tribus libris complexus est, ac res gestas regum exposuit, quemdam ex iis commemorat nomine Nabuchodonosorum, a quo Phoenicibus et Iudaeis bellum illatum est. Id autem contigisse ante Persarum imperium annis* LXX. *nobis exploratum est.*

et Hebraeorum historia consonat, nempe quod hi septuaginta annis in captivitate versati sint, siquidem iudaicae captivitatis tempus a primo Nabuchodonosori anno ad Cyrum Persarum regem putemus.

Quae *hactenus dicta sunt*, Abydenus etiam satis consentaneus in Chaldaeorum historia recitat: namque et ipse non absimilem Polyhistori narrationem ingreditur.

CAPVT VI.

Abydeni de primo Chaldaeorum regno.

De Chaldaeorum (*) sapientia hactenus. Iam ad eiusdem regionis dominium quod adtinet, primum quidem Alorum *regnavisse* aiunt; de quo homine nihil referunt, praeter quam quod eum providentissimus Deus populorum pastorem creavit. Is saris decem dominatum tenuit. Constat autem sarus annis ter mille sexcentis, nerus sexcentis, sosus sexaginta. Deinde Alaparus dominatus est: tum Almelon ex urbe Pantibiblis, sub quo secundus Anidostus mari emersit Oanni similis (1), cuius figura erat semidei (*nempe* progeniti ex Deo (2)). Tum Ammenon, tum Amegalarus, tum Davonus pastor, quo regnante quatuor biformes e mari in siccum semet eiecerunt, Iotagus, Eneugamus, Enebulus et Anementus (3): et sub Edorescho (4), qui postea regnavit, Anodaphus (5):

(*) Χαλδαίων μὲν τῆς σοφίης περὶ τοσαῦτα· Βασιλεῦσαι δὲ τῆς χώρας πρῶτον λέγει Ἄλωρον· τὸν δὲ ὑπὲρ ἑωῦτου λόγον διαδοῦναι, ὅτι μὶν τοῦ λεῶ ποιμένα ὁ Θεὸς ἀποδεῖξαι· βασιλεῦσαι δὲ σάρους δέκα· Σάρος δέ ἐστι ἑξακόσια καὶ τρισχίλια ἔτεα, νῆρος δὲ ἑξακόσια, σῶσσος δὲ ἑξήκοντα· Μετα δὲ τοῦτον Ἀλάπαρον ἆρξαι σάρους τρεῖς· μεθ' ὃν Ἀμίλλαρος ἐκ πόλεως Παντιβίβλων ἐβασίλευσε σάρους ιγ'· ἐφ' οὗ δεύτερον Ἀννήδοτον τὴν θάλατσαν ἀναδῦναι παραπλήσιον Ὠάννῃ τὴν ἰδέαν ἡμιδαίμονα· μεθ' ὃν Ἄμμενων ἐκ Παντιβίβλων ἦρξε σάρους ιβ'· μεθ' ὃν Μεγάλαρος ἐκ Παντιβίβλων ἦρξε σάρους ὀκτωκαίδεκα· εἶτα Δαὼς ποιμὴν ἐκ Παντιβίβλων ἐβασίλευσεν σάρους δέκα, ἐφ' οὗ δ' διφυεῖς εἰς γῆν ἐκ θαλάσσης ἀνέδυσαν, ὧν τὰ ὀνόματα ταῦτα, Εὐέδωκος, Ἐνεύγαμος, Ἐνεύβουλος, Ἀνήμεντος· ἐπὶ δὲ τοῦ μετὰ ταῦτα

(1) In textu *simul*, at in margine *similis*.

(2) Haec est glossa armenii interpretis.

(3) Ita in margine codicis, quae nomina in textu paulo corruptiora exhibentur, *Iodocus et Damosnes et Eolus et Anementus*.

(4) Post *Edorescho* lacuna est in codice unius vocabuli.

(5) *Anodaphus* belua est; Goarus autem Syncelli interpres regem existimavit Edoreschi seu Evedoreschi successorem.

deinde et alii dominati sunt demumque Xisuthrus. Qua narratione historicus hic Polyhistori consonat. Tum etiam de diluvio hac ratione scribit.

CAPVT VII.

Abydeni de diluvio (*).

1. DEINDE alii quidam dominati sunt, tandemque Xisuthrus; cui praedixit Saturnus futuram esse imbrium copiam die quinta (1) mensis daesii (qui est mareri (2)): mandavitque ut libros omnes in solis urbe Siparis conderet. Id ubi Sisithrus (3) praestitit, pansisque velis in Armeniam cursum direxit, statim Deo favente navim *illuc* appulit. Mox tertio die quum imbrium vis quiesceret, misit aves aliquot explorandi causa num tellus undis emergeret. Illae immensum tranantes continuumque et fluctuans pelagus, nulla inventa sede qua pes substiteret, ad Sisithrum flexo cursu reversae sunt. Tres deinde dies moratus, denuo *easdem* mittebat (4): quae pedes (5) limo oblitos reversae retulerunt. Continuoque illum Dii ex hominum conspectu eripiebant: navis autem in Armenia sistebat, lignoque suo salutarem medelam regionis eius incolis exhibebat.

Εὐεδωρέσχου Ἀνώδαφος· μεθ' ὃν ἄλλοι τε ἦρξαν καὶ Σίσουθρος ἐπὶ τούτοις. *Ex Syncello p. 38. C.*

(*) Λεγει ὁ Ἀβυδηνὸς συνᾴδων τῷ Ἀλεξάνδρῳ.

Μετὰ Εὐεδώρεσχον ἄλλοι τινὲς ἦρξαν καὶ Σείσιθρος· τῷ δὲ Κρόνος προσημαίνει μὲν ἔσεσθαι πλῆθος ὄμβρων δεσίου πέμπτη ἐπὶ δέκα. κελεύει δὲ πᾶν ὅ τι γραμμάτων ἦν ἐχόμενον ἐν ἡλίου πόλει τῇ ἐν Σισπάροισιν ἀποκρύψαι. Σείσιθρος δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ποιήσας, εὐθέως ἐπ' Ἀρμενίης ἀνέπλωε, καὶ παραυτίκα μὲν κατελάμβανε τὰ ἐκ τοῦ Θεοῦ· Τρίτῃ δὲ ἡμερέῃ, ἔπειτα ὗων ἐκόπασε, μετίει τῶν ὀρνίθων, πείρην ποιεύμενος εἴ που γῆν ἴδοιεν τοῦ ὕδατος ἐκδῦσαν· αἱ δὲ ἐκδεχομένου σφέας πελάγεος ἀμφιχάνεος, ἀπορεύουσαι ὄκη καθορμίσονται παρὰ τὸν Σείσιθρον, ὀπίσω κομίζονται, καὶ ἐπ' αὐτῇσιν ἕτεραι· Ὡς δὲ τῇσι τριτῇσιν ἐτύχεεν (απίκατο γὰρ δὲ πηλοῦ κατάπλεοι τοὺς ταρσοὺς) Θεοὶ μὶν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζουσι· τὸ δὲ πλοῖον ἐν Ἀρμενίῃ περίαπτα ξύλων ἀλεξιφάρμακα τοῖσιν ἐπιχωρίοις παρείχετο. *Ex Syncello p. 38. D. et Eusebio Praep. ev. IX. 12.*

---

(1) Ita codex arm. at graecus textus *quintadecima*, uti et Polyhistor superius cap. III.

(2) Recole cap. III. p. 14. n. 2.

(3) Ita cod. hoc capite *Sisithrus*, uti est in gr. exempl.

(4) Duo tantum memorantur heic in codice arm. avium missus, at in graeco exemplari tres.

(5) Vox ταρσοὶ male convertitur *alae* ab interprete Eusebii *de Praep. ev.* IX. 12. Sane et vox armeniaca MACHIL, quae heic usurpatur, significat volucrium pedes unguibus armatos, ut in armeniaca Bibliorum interpretatione *Sap.* V. II. Quin etiam ferarum immanium pedes *Dan.* VII. 19.

2. Atque his, quae dicta sunt, Abydenum, ad diluvium quod adtinet, cum historia Hebraeorum adamussim congruere, cunctis esse exploratum confido. Iam quod hi historici, gente graeci aut chaldaei, Noachum alio nomine, id est Xisuthrum appellaverint, id quidem ne quaeso miremur: itemque quod Deo more suo Deorum nomen appinxerint, et columbam silentio presserint, proque ea indefinite aves dixerint; haec, *inquam*, magnopere non sunt miranda (1). Sic de diluvio Abydenus (*) in Chaldaeorum historia. Idem *homo* et de turris aedificio congruentia cum Mosis narratione hoc pacto scribit.

CAPVT VIII.

(†) Abydeni de turris aedificio.

Ea tempestate prisci *homines* adeo viribus et proceritate sua tumuisse feruntur, ut etiam Deos aspernarentur floccique facerent, celsissimumque eum obeliscum niterentur extruere qui nunc Babylon appellatur. Quumque iam illum proxime ad Deos caelo aequassent, Dii ventorum adiutorio usi machinosum opus imbecillium impellebant, humique prosternebant: eaque rudera Babelis nomen contraxerunt. Quippe eatenus unius sermonis usura freti *homines* erant; tunc autem a Diis confusio varia et dissona linguarum in eos, qui una *lingua* utebantur (2), immissa est. Deinde et Saturnus cum Titano proelio certabat. Praeterea idem vir Senecheribi quoque mentionem facit his verbis.

(*) *Ταῦτα μὲν οὗτος.* *Ex Eusebio Praep. ev.* IX. 12.

(†) Ἀβυδηνοῦ *περὶ τῆς τοῦ πύργου κατασκευῆς.*

Ἐντὶ δ' οἵ λέγουσι τοὺς πρώτους ἀνασχόντας ῥώμῃ τε καὶ μεγέθει χαυνωθέντας, καὶ δὴ Θεῶν καταφρονήσαντας ἀμείμονας εἶναι, τύρσιν ἠλίβατον ἀείργειν, ἣ νῦν Βαβυλὼν ἐστιν, ἤδη τε ἄσσον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ τοὺς ἀνέμους Θεοῖσι βωθέοντας ἀνατρέψαι περὶ αὐτοῖσι τὸ μηχάνημα· τοῦ δὴ τὰ ἐρίπια λέγεσθαι Βαβυλῶνα· Τέως δὲ ὄντας ὁμογλώσσους ἐκ Θεῶν πολύθροον φωνὴν ἐνείκασθαι. Μετὰ δὲ Κρόνῳ τε καὶ Τιτᾶνι συστῆναι πόλεμον. *Ex Syncello p. 44. D. et Eusebio Praep. ev.* IX. 14.

---

(1) Eusebii verba *atque his* etc. *Abydenum* usque ad hunc locum tamquam parenthesi includenda sunt, propterea quod sequitur *sic Abydenus* etc.

(2) De voce armeniaca MIAPANKAL, quae hoc in loco rursus occurrit, recole dicta superius cap. IV. p. 17. n. 1.

CAPVT IX.

Abydeni de Senecherimo.

1. His temporibus quintus denique et vigesimus rex fuit Senecheribus, qui Babylonem sibi subdidit, et in cilicii maris litore classem Graecorum profligatam disiecit. Hic etiam templum Atheniensium (1) struxit: aerea quoque signa facienda curavit, in quibus sua facinora traditur inscripsisse. Tarsum denique ea forma, qua Babylon utitur, condidit, ita ut media Tarso Cydnus amnis transiret, prorsus uti Babylonem dividit Arazanes (2). Proximus huic regnavit Nergilus, quem Adrameles filius occidit. Rursus hunc frater suus Axerdis interfecit, patre eodem alia tamen matre genitus, atque Byzantium usque *eius* exercitum persecutus est, quem antea mercede conduxerat auxiliarem (3). In hoc *miles* (4) erat Pythagoras quidam chaldaeae sapientiae assecla. Ægyptum praeterea partesque interiores Syriae acquirebat Axerdis. Hinc Sardanapallus (5) exortus est.

2. Post quem (6) Saracus imperitaba Assyriis: qui quidem certior factus turmarum vulgi collecticiarum quae a mari adversus se adventarent, continuo Busalussorum (7) militiae ducem Babylonem mittebat. Sed enim hic (*) capto rebellandi consilio, Amuhiam Asdahagis Medorum principis filiam nato suo Nabucodrossoro despondebat; moxque raptim contra Ninum, seu Ninivem, urbem impetum faciebat. Re omni cognita, rex Saracus regiam Evoritam (8) inflammabat. Tum vero

(*) *Οὗτος στρατηγὸς ὑπὸ Σαράκου τοῦ χαλδαίου βασιλέως σταλεὶς, κατὰ τοῦ αὐτοῦ Σαράκου εἰς Νῖνον* (9) *ἐπιστρατεύει· οὗ τὴν ἔφοδον πτοηθεὶς ὁ Σάρακος, ἑαυτὸν σὺν τοῖς βασιλείοις ἐνέπρησεν· καὶ τὴν ἀρχὴν Χαλδαίων καὶ Βαβυλῶνος*

(1) Ita prorsus codex arm.

(2) De Arazane diximus superius cap. II. 2. p. 8. n. 3.

(3) Locus videbatur in codice arm. obscurus.

(4) Armeniaca locutio eiusmod. est ut plane videatur Pythagoras in eo exercitu militavisse.

(5) De hoc Sardanapallo diximus cap. V. p. 20. n. 10. Discrepat tamen hic locus a nuper laudato.

(6) In margine codicis arm. pro *post quem* scribitur *post quos*.

(7) Hic Syncello p. 210. A-B (seu potius Alexandro polyhistori) est *Nabopolasarus* pater Nabuchodonosori.

(8) In armeniaco textu est RHOK AIRER ZARCHVNIS EVORIDA. Iamvero RHOK vox est hactenus nobis inaudita, cuius etymologiam vestigantibus occurrebat HVR *ignis*. Dicendum est ergo *incendio tradebat regiam Evoritam* vel *Evoritae*. Tum de postremo hoc vocabulo *Evorita* dum cogitabamus, veniebat nobis in mentem *Aroitae* nominis pro *Amuhia*, quod vidimus in textu graeco cap. V. Graecus locus longe heic apertior: *inflammata regia se ipsum incendio absumebat*.

(9) *Ninus* profanis scriptoribus est ea quae sacris *Ninive*.

Nabucodrossorus summae rerum potitus firmis moenibus Babylonem cingebat. Hisce narratis, reliqua etiam Nabucodrossori gesta ita persequitur Abydenus ut a libris Hebraeorum prorsus non abhorreat.

CAPVT X.

Abydeni de Nabuchodonosoro.

(*) 1. NABVCODROSSORVS (1) suscepto imperio Babylonem intra quindecim ferme dies cingebat moenibus et triplici aggere: fluviumque Armacalem ab Arazane promebat: puteum item excelso loco apud Sipara urbem fodiebat, quadraginta parasangas (2) latum, et ulnas viginti profundum. Huic autem claustra apponenda curavit, quibus reclusis universa planities rigaretur. Claustrorum nomen *ἐχετογνόμονας* vocant, quasi ea voluntate quadam ingenitaque inclinatione sint praedita. Litus praeterea rubri maris adversus impetum fluctuum communivit: tum in limine arabicae regionis (3) Teredonem urbem fundavit: regia palatia recentibus arborum surculis exornavit, nomenque his fecit viridaria pensilia. Mox accurate etiam edisserit quaenam dicta sint viridaria pensilia, eademque ait a Graecis quoque in septem speciosissimis miraculis numerari.

παρέλαβεν ὁ αὐτὸς Ναβοπολάσαρος ὁ τοῦ Ναβουχοδονόρος πατὴρ. *Ex Syncello p. 210. B sed interpolata.*

(*) 1. Ναβουχοδονόσορος δὲ διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν, Βαβυλῶνα μὲν ἐτείχισε. τριπλῷ περιβόλῳ ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέρῃσι, τόν τε Ἀρμακάλην ποταμὸν ἐξήγαγεν, ἐόντα κέρας Εὐφρητέω· Ὑπὲρ δὲ τῆς Σιππαρηνῶν πόλιος λάκκον ὀρυξάμενος, περίμετρον μὲν τεσσαράκοντα παρασαγγέων, βάθος δ᾽ ὀργυιέων εἴκοσι, πύλας ἐπέστησεν, τὰς ἀνοίγοντες ἄρδεσκον τὸ πεδίον· καλέουσι δ᾽ αὐτὰς ἐχετογνώμονας· Ἐπετείχισε δὲ καὶ τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης τὴν ἐπίκλυσιν, καὶ Τερηδόνα πόλιν ἔκτισεν κατὰ τὰς Ἀράβων εἰσβολάς. τά τε βασιλήϊα δένδροις ἤσκησε, κρεμαστοὺς παραδείσους ὀνομάσας.

(1) Ita nomen legebat hoc loco, et alibi, armenius interpres.

(2) Parasanga a Chorenensi *Geograph.* cap. 6. dicitur ter mille passuum spatium.

(3) Ita prorsus codex arm. Graecus tamen locus ambigui sensus est; et quidem ab interprete Eusebii (*Praep. ev.* IX. 41.) explicatur: *adversus Arabum irruptiones.*

2. Rursus alio loco idem homo sic loquitur. Cuncta, inquit, olim aquis tenebantur; idque mare dicebatur: quod quidem Belus compescuit, et suum cuique *rei* locum tribuit. Idem Babylonem moenibus ambiens communivit, quae diuturnitate temporis diruta Nabucodrossorus demum restituit: eaque supererant usque ad imperium Macedonum non sine valvis aere conflatis. Omnia Abydenus Danieli consona narrat, apud quem Nabuchodonosorus superbia tumidus ita inducitur loquens (1): « Nonne haec est Babylon magna, quam ego aedificavi ut sit regni sedes, virtute fortitudinis meae, et in honorem » gloriae meae? »

3. Iam quod imperii eius felicitatem testetur Daniel his verbis, quibus de Nabuchodonosoro loquitur (2); audi et Abydenum. Hercule, inquit, fortior erat; idque exponit hac ratione sermonis. Potentissimus, ait, Nabucodrossorus (3), qui ipsi Herculi fortitudine praestitit, in Libyam atque Iberiam magnis copiis expeditionem suscepit: quibus *regionibus* debellatis, incolarum partem in Ponti dexteram (4) oram transtulit. Deinde Chaldaei tradunt, mentem eius ad regiam reducis Deorum quorundam afflatu fuisse occupatam, *ita ut* in haec

2. Ὁ αὐτὸς ταῦτα γράφει. Λέγεται δὲ πάντα μὲν ἐξ ἀρχῆς ὕδωρ εἶναι, θάλασσαν καλεομένην· Βῆλον δὲ σφέα παῦσαι, χώρην ἑκάστῳ ἀπονείμαντα, καὶ Βαβυλῶνα τείχει περιβαλεῖν· τὸ δὲ χρόνῳ τῷ ἱκνευμένῳ ἀφανισθῆναι· τειχίσαι δὲ αὖθις Ναβουχοδονόσορον τὸ μέχρι τὴν Μακεδονίων ἀρχῆς διαμεῖναν ἐὸν χαλκόπυλον. Καὶ ταῦτα δέ μοι ἀπὸ τῆς δηλωθείσης κείσθω γραφῆς, διὰ τὸ φέρεσθαι ἐν τῇ τοῦ Δανιὴλ προφητείᾳ, ὡς ἄρα Ναβουχοδονόσορ ἐν τῷ ναῷ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τῷ ἐν Βαβυλῶνι, περιπατῶν, μεγαφρονήσας, ἀπηυθαδίσατο εἰπών· Οὐχ αὕτη ἐστὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, ἣν ἐγὼ ᾠκοδόμησα εἰς οἶκον βασιλείας, ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος μου, εἰς τιμὴν τῆς δόξης μου;

3. Εὗρον δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀβυδηνοῦ περὶ Ἀσσυρίων γραφῇ, περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ταῦτα. Μεγασθένης δέ φησι, Ναβουκοδρόσορον Ἡρακλέως ἀλκιμώτερον γεγονότα, ἐπί τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίην στρατεῦσαι· ταύτας δὲ χειρωσάμενον, ἀποδασμὸν αὐτέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου κατοικίσαι. Μετὰ δὲ λέγεται πρὸς Χαλδαίων ὡς ἀναβὰς ἐπὶ τὰ βασιλήια κατασχεθείη Θεῷ, ὅτε ὡδὴ φθεγξάμενος δὲ

(1) Cap. IV. 27.

(2) Locus videbatur perplexus in codice arm.

(3) Locum ex Abydeno laudat etiam Chorenensis Hist. II. 7. his verbis: *Potentissimus ille Nabuchodonosorus Hercule libyco fortior erat. Exercitu coacto in Iberiam venit, quam profligatam afflictamque sibi subdidit, partemque populi ad oram pontici maris dexteram nempe occidentalem transtulit collocavitque.*

(4) In codice Eusebii arm. IARACIAGOGMEN *anteriorem*; sed mendum est pro IACIAGOGMEN *dexteram*.

verba erumperet: Ego Nabucodrossorus, o strenui Babylonii, superventuras vobis aerumnas praedicam. Tum alia id genus accurate narrat. Rursusque idem scriptor addit: eum, qui tanto elatus fastu imperabat, e conspectu repente ereptum evanuisse. Hinc filius eius Amilmarodachus regnavit, quem brevi Niglisares gener occidit. Successit autem, qui unus supererat Labossoracus filius: qui violento item fato quum ab eodem sublatus fuisset, Nabonedochus nullo iure fretus ad regni sedem accedere iussus est: is nempe cui Cyrus, capta dein Babylone, Carmaniae praefecturam concessit: a Dario autem rege eadem provincia pulsus est.

4. Atque haec omnia cum hebraicis litteris congruunt: namque in Danielis historia traditur quare quave ratione Nabuchodonosorus mente exciderit (1). Graeci autem chaldaeive scriptores vitium illud ad bonum sensum trahunt, illumque a Deo obsessum aiunt, Deumque appellant furorem quo correptus est: vel genium (2) quendam arbitrantur in eum irruisse. Neque id mirum: cuncta enim eiusmodi solent in Deum conferre, geniorumque nomine Deos designare. Haec omnia Abydenus. Sed et Flavius Iosephus Iudaeorum historicus priore Priscorum historia (3) congruentia his memorans ita scribit.

εἶπεν· Οὗτος ἐγὼ Ναβουκοδρόσορος, ὦ Βαβυλώνιοι, τὴν μέλλουσαν ὑμῖν προαγγέλλω συμφορὴν κ. τ. λ. Ὁ μὲν θεσπίσας, παραχρῆμα ἠφάνιστο. Ὁ δὲ οἱ παῖς Εὐιλμαλούρουχος ἐβασίλευσε· τὸν δὲ ὁ κηδεστὴς ἀποκτείνας Νηριγλισάρης, λεῖπε παῖδα Λαβασσοάρασκον· τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ, Ναβαννίδοχον ἀποδεικνῦσι βασιλέα, προσήκοντα οἱ οὐδέν· τῷ δὲ Κῦρος, ἑλὼν Βαβυλῶνα, Καρμανίης ἡγεμονίην δωρέεται. Ex Eusebio Praep. ev. IX. 41.

---

(1) *Dan.* IV. 28. sqq.

(2) Codex arm. ΤΕV *daemonem*; sed intellige *genium*.

(3) Nempe *libro I.* (*cap.* 19.) *contra Apionem*, quod opus appellatur ἀρχαιότης vel ἀρχαιολογία Ἰουδαίων, *de antiquitate Iudaeorum* apud eundem Eusebium *Praep. ev.* X. 13. nec non in Iosephi codicibus.

CAPVT XI.

Ex Iosephi priore Priscorum historia. De Nabuchodonosoro.

1. Age vero, inquit, nunc ea dicam quae de nobis in Chaldaeorum historiis perquam accurate feruntur, quarum cum nostris litteris in aliis quoque multa est conspiratio. Testis equidem huiusce rei Berosus est, vir gente chaldaeus, atque nobilis inter eos qui scientiarum disciplinas coluerunt. Quippe is et astronomiae libros, et quidquid Chaldaeorum ingenia philosophata sunt, ad graecam linguam transtulit. Hic ergo Berosus priscorum scripturas presse secutus, de diluvio et de hominum supremo exterminio, eadem ratione qua Moses, historiam contexuit: itemque de arca instar capsae adornata, in qua Noachus generis nostri auctor servatus est, quaeque ad cacumen armeniaci montis adhaesit. Deinde Noachi posteros singillatim enumerans, et sua cuique tempora tribuens, ad Nabupalassarum Babylonis et Chaldaeorum regem delabitur, resque ab eo fortiter gestas persequens, ait quo pacto quove consilio filium suum (1) Nabucodrossorum cum innumeris copiis ingentique apparatu in Aegyptum nostramque regionem miserit, postquam fama ad eius aures venit, provinciarum harum incolas

1. Λέξω δὲ νῦν ἤδη τὰ παρὰ Χαλδαίοις ἀναγεγραμμένα καὶ ἱστορούμενα περὶ ἡμῶν, ἅπερ ἔχει πολλὴν ὁμολογίαν καὶ περὶ τῶν ἄλλων τοῖς ἡμετέροις γράμμασι. Μάρτυς δὲ τούτων Βηρωσσὸς, ἀνὴρ χαλδαῖος μὲν τὸ γένος, γνώριμος δὲ τοῖς περὶ παιδείαν ἀναστρεφομένοις, ἐπειδὴ περί τε ἀστρονομίας, καὶ περὶ τῶν παρὰ Χαλδαίοις φιλοσοφουμένων αὐτὸς εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξήνεγκε τὰς συγγραφάς. Οὗτος τοίνυν ὁ Βηρωσσὸς ταῖς ἀρχαιοτάταις ἐπακολουθῶν ἀναγραφαῖς, περί τε τοῦ γενομένου κατακλυσμοῦ καὶ τῆς ἐν αὐτῷ φθορᾶς τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ Μωϋσῆς οὕτως ἱστόρηκε· καὶ περὶ τῆς λάρνακος, ἐν ᾗ Νῶχος ὁ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγὸς διεσώθη, προσενεχθείσης αὐτῆς ταῖς ἀκρωρείαις τῶν Ἀρμενίων ὀρῶν. Εἶτα τοὺς ἀπὸ Νώχου καταλέγων, καὶ τοὺς χρόνους αὐτοῖς προστιθεὶς, ἐπὶ Ναβολάσσαρον παραγίνεται, τὸν Βαβυλῶνος καὶ Χαλδαίων βασιλέα, καὶ τὰς τούτου πράξεις ἀφηγούμενος λέγει, τίνα τρόπον πέμψας ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ ἐπὶ τὴν ἡμετέραν γῆν τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ Ναβουχοδονόσορον μετὰ πολλῆς δυνάμεως, ἐπειδήπερ ἀφεστῶτας αὐτοὺς

(1) Codex arm. ZIVAVAVJN ORTIN, quod significat quodammodo *unicum suum filium*.

seditionem moliri. Iam hic eô profectus omnes ditione sua pressit, hierosolymitanum templum inflammavit, universumque gentis nostrae populum laribus eversum ad babylonicum agrum traduxit. Atque ita contigit urbi destrui temploque in ruinis considere septuaginta annis ad Cyrum usque Persarum regem primum. Ait autem, babylonium hunc *regem* dominatum esse Aegypto, Syriae, Phoeniciae et Arabiae, praecellentem omnibus vi et strenuitate qui ante eum Chaldaeis et Babyloniis imperaverant.

2. Ex Beroso attexam et alia, cuiuscemodi ea se mihi obtulerunt. Ut pater illius Nabupalassarus edoctus est, summum satrapam, quem procuratorem Aegypto, Syriae, Phoeniciaeque praefecerat, conversis armis fidem mutasse, quum ipse per se iam ad poenas expetendas (1) non valeret, partem copiarum contractam filio suo Nabucodrossoro, matura tunc aetate iuveni, tradidit, eumque *satrapam* bello persequi iussit. Nabucodrossorus (2) statim ac eô venit manusque conseruit, superior rebelli evasit, illasque denuo regiones imperio suo subiunxit. Accidit autem ut pater eius Nabupalassarus per id tempus in morbum implicitus mortem cum vita Babylone commutaret,

ἐπύθετο, πάντων ἐκράτησε, καὶ τὸν ναὸν ἐνέπρησε τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, ὅλως τε πάντα τὸν παρ' ἡμῶν λαὸν ἀναστήσας, εἰς Βαβυλῶνα μετῴκισεν· συνέβη δὲ καὶ τὴν πόλιν ἐρημωθῆναι χρόνον ἐτῶν ἑβδομήκοντα, μέχρι Κύρου τοῦ Περσῶν βασιλέως· κρατῆσαι δὲ φησὶ τὸν Βαβυλώνιον Αἰγύπτου, Συρίας, Φοινίκης, Ἀραβίας, πάντας δὲ ὑπερβαλλόμενον ταῖς πράξεσι τοὺς πρὸ αὐτοῦ Χαλδαίων καὶ Βαβυλωνίων βεβασιλευκότας.

2. *Εἶθ' ἑξῆς ὑποκαταβὰς ὀλίγον ὁ Βηρωσσὸς, πάλιν παρατίθεται ἐν τῇ τῆς ἀρχαιότητος ἱστοριογραφίᾳ· αὐτὰ δὲ παραθήσομαι τὰ τοῦ Βηρωσσοῦ τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον. Ἀκούσας δ' ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ναβολάσσαρος, ὅτι ὁ τεταγμένος σατράπης ἔν τε Αἰγύπτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν Συρίαν τὴν Κοίλην καὶ τὴν Φοινίκην τόποις ἀποστάτης γέγονεν, οὐ δυνάμενος αὐτὸς ἔτι κακοπαθεῖν, συστήσας τῷ υἱῷ Ναβουχοδονοσόρῳ ὄντι ἔτι ἐν ἡλικίᾳ μέρη τινὰ τῆς δυνάμεως, ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτόν. Συμμίξας δὲ Ναβουχοδονόσορος τῷ ἀποστάτῃ, καὶ παραταξάμενος, αὐτοῦ τε ἐκυρίευσεν, καὶ τὴν χώραν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐποίησεν. Τῷ δὲ πατρὶ αὐτοῦ συνέβη Ναβολασσάρῳ, κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀῤῥωστήσαντι, ἐν τῇ Βαβυλωνίων πόλει μεταλλάξαι τὸν βίον, ἔτη βεβασιλευκότι*

(1) Patet armenium interpretem legisse κακοποιεῖν pro κακοπαθεῖν.

(2) His, quae sequuntur, utitur Eusebius etiam in *Praep. ev.* IX. 40.

postquam anno uno supra viginti regnasset. At Nabucodrossorus, cognito diu post (1) parentis obitu, res Aegypti ceterarumque regionum rite composuit: tum captivos iudaeos, phoenices, syros, et aegyptios iussit cum validissimo exercitu ab aliquot amicis suis, itemque reliquas manubias et supellectilem, Babylonem deferri.

3. Porro et ipse illuc reversus rem publicam in Chaldaeorum potestate esse offendit, sibique regnum ab optimate quodam adservari. Universae igitur ditionis patriae potitus, captivos in babylonici agri parte optima collocari iussit; tum belli manubiis Beli templum et reliqua affluenter exornavit, atque in ipsam urbem novas adduxit aquas (2), munivitque locos, ne in posterum obsessores amnem in urbem immittere (3) possent. Excitavit et triplicem murorum ambitum internae urbi, triplicem item externae: et partim quidem cocto latere ac bitumine, partim latere solo conficiebat. Iam egregie vallata urbe portisque divinitus exornatis, paternae regiae aliam proxime addidit, cuius rationem, pulchritudinem, variumque apparatum

εἰκοσιὲν (4). Αἰσθόμενος δὲ μετ' οὐ πολὺ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Ναβουχοδονόσορος, καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον πράγματα καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Ἰουδαίων τε καὶ Φοινίκων καὶ Σύρων καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐθνῶν συντάξας τισὶ τῶν φίλων μετὰ βαρυτάτης δυνάμεως καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας ἀνακομίζειν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν·

3. *Αὐτὸς ὁρμήσας ὀλιγοστὸς παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα· καταλαβὼν δὲ τὰ πράγματα διοικούμενα ὑπὸ Χαλδαίων, καὶ διατηρουμένην τὴν βασιλείαν ὑπὸ τοῦ βελτίστου αὐτῶν· κυριεύσας ἐξ ὁλοκλήρου τῆς πατρικῆς ἀρχῆς, τοῖς μὲν αἰχμαλώτοις παραγενόμενος συνέταξεν αὐτοῖς ἀποικίας ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις τῆς Βαβυλωνίας τόποις ἀποδεῖξαι· αὐτὸς δὲ ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου λαφύρων τό τε Βήλου ἱερὸν καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήσας φιλοτίμως, τήν τε ὑπάρχουσαν ἐξ ἀρχῆς πόλιν, καὶ ἑτέραν ἔξωθεν προσχαρισάμενος καὶ ἀνακαινίσας, πρὸς τὸ μηκέτι δύνασθαι τοὺς πολιορκοῦντας τὸν ποταμὸν ἀναστρέφοντας ἐπὶ τὴν πόλιν κατασκευάζειν, ὑπερεβάλετο τρεῖς μὲν τῆς ἔνδον πόλεως περιβόλους, τρεῖς δὲ τῆς ἔξω τούτων, τοὺς μὲν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου, τοὺς δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς πλίνθου. Καὶ τειχίσας ἀξιολόγως τὴν πόλιν, καὶ τοὺς πυλῶνας κοσμήσας ἱεροπρεπῶς, προσκατεσκεύακεν τοῖς πατρικοῖς βασιλείοις ἕτερα βασίλεια ἐχόμενα ἐκείνων, ὑπεραίροντα ἀνάστημα*

(1) Graecus textus *non diu post.*

(2) Nihil de aquis textus graecus Iosephi.

(3) Textus graecus *ab urbe avertere.*

(4) Hoc loco Iosephus habet *εἴκοσι ἐννέα*, sed in *Antiq.* x. 11. *εἰκοσιὲν*, cui lectioni suffragatur Syncellus p. 210. A.

vix narrare quis possit. Tantummodo dixerim, valde insolitum et a vulgari alienum et splendidissimum et modum excedens fuisse opus; idque intra quindecim dies absolutum. Praeterea in palatio lapideos obeliscos altissimos statuisque decoros eduxit, speciemque montium simillimam exhibuit. Consevit et varias arbores, et ea quae dicuntur pensilia viridaria construxit, montani instar ventosique loci, ad uxoris suae lubentiam, qua ventosae Medorum regioni consueverat.

4. Atque haec omnia adamussim *Berosus* de praedicto rege scripsit. Sed et alia plurima tertio chaldaicarum rerum libro, in quo graecos historicos reprehendit, qui in cassum opinati sunt, a Samiramide assyria conditam esse Babylonem: ab eademque miranda illa opera extructa falso scripserunt. Atque in his Chaldaeorum historiae fidem adiungere par est. Praesertim quum in Phoenicum quoque regiâ suffragantia Berosi dictis scripta extent, quibus diserte Babyloniorum rex universam Syriam atque Phoeniciam perdomuisse traditur. Sed et Philostrati historia consentit, quo loco Tyri obsidionem memorat: tum denique quarto indicarum rerum libro Megasthenes, ubi ostendere nititur, a praedicto Babyloniorum rege Herculem ipsum fortitudine

καὶ τὴν πολλὴν πολυτέλειαν· μακρὰ δ᾽ ἴσως ἔσται ἐάν τις ἐξηγῆται, πλὴν ὄντα γε εἰς ὑπερβολὴν ὡς μεγάλα καὶ ὑπερήφανα, συνετελέσθη ἡμέραις δεκαπέντε. ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις τούτοις ἀναλήμματα λίθινα ὑψηλὰ ἀνοικοδομήσας, καὶ τὴν ὄψιν ἀποδοὺς ὁμοιοτάτην τοῖς ὄρεσι, καταφυτεύσας δένδρεσι παντοδαποῖς ἐξειργάσατο, καὶ κατασκευάσας τὸν καλούμενον κρεμαστὸν παράδεισον, διὰ τὸ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐπιθυμεῖν τῆς ὀρείας διαθέσεως, τεθραμμένην ἐν τοῖς κατὰ τὴν Μηδίαν τόποις.

4. *Ταῦτα μὲν οὕτως ἱστόρησε περὶ τοῦ προειρημένου βασιλέως, καὶ πολλὰ πρὸς τούτοις ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ τῶν χαλδαϊκῶν, ἐν ᾗ μέμφεται τοῖς ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσιν, ὡς μάτην οἰομένοις ὑπὸ Σεμιράμεως τῆς ἀσσυρίας κτισθῆναι τὴν Βαβυλῶνα, καὶ τὰ θαυμάσια κατασκευασθῆναι περὶ αὐτὴν ὑπ᾽ ἐκείνης ἔργα ψευδῶς γεγραφόσι. Καὶ κατὰ ταῦτα τὴν μὲν τῶν Χαλδαίων γραφὴν ἀξιόπιστον ἡγητέον. Οὐ μὴν ἀλλὰ κἀν τοῖς ἀρχείοις τῶν Φοινίκων σύμφωνα τοῖς ὑπὸ Βηρωσσοῦ λεγομένοις ἀναγέγραπται περὶ τοῦ τῶν Βαβυλωνίων βασιλέως, ὅτι καὶ τὴν Συρίαν καὶ τὴν Φοινίκην ἅπασαν ἐκεῖνος κατεστρέψατο. Περὶ τούτων γοῦν συμφωνεῖ καὶ Φιλόστρατος ἐν ταῖς ἱστορίαις μεμνημένος τῆς Τύρου πολιορκίας· καὶ Μεγασθένης ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἰνδικῶν, δι᾽ ἧς ἀποφαίνειν πειρᾶται τὸν προειρημένον βασιλέα τῶν Βαβυλωνίων, Ἡρακλέους ἀνδρείᾳ καὶ*

rerumque gestarum magnitudine fuisse superatum, magnamque Libum partem atque Zybeorum (1) internecive debellatam.

5. Iam quod supra memoratum Hierosolymorum templum bello Babyloniorum inflammatum fuerit, quodque idem instaurari coeptum sit quo tempore Cyrus Asiae imperium obtinuit; ex historia item Berosi perspicue constabit. Tertio enim *libro* haec recitat: Nabucodrossorus, coepto ante dictorum moenium aedificio, morbo correptus vita excessit, quum tribus annis et quadraginta regnasset: regnumque obtinebat filius eius Evilmarudochus. Hic intemperanter iniusteque regia auctoritate uti visus, a marito sororis suae Neriglassaro insidiis appetitus interiit altero regni anno. Eo sublato, exceptum est imperium a Neriglassaro insidiatore, quatuorque annis administratum. Deinde filius huius Labesorachus puerili aetate dominatus est mensibus novem: moxque a familiaribus, propter pravi ingenii specimina, excruciatus interiit. Hoc necato, regnum insidiatores eius communi consilio ad Nabonedum quemdam babylonium detulerunt, qui in eadem fuerat

μεγέθει πράξεων διενηνοχέναι· καταστρέψασθαι γὰρ αὐτὸν φησὶ καὶ Λιβύης τὴν πολλὴν καὶ Ἰβηρίαν.

5. Τὰ δὲ περὶ τοῦ ναοῦ προειρημένα τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις, ὅτι κατεπρήσθη μὲν ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων ἐπιστρατευσάντων, ἤρξατο δὲ πάλιν ἀνοικοδομεῖσθαι, Κύρου τῆς Ἀσίας τὴν βασιλείαν παρειληφότος, ἐκ τῶν Βηροσσοῦ σαφῶς ἐπιδειχθήσεται παρατεθέντων. Λέγει γὰρ οὕτω διὰ τῆς τρίτης. Ναβουχοδονόσορος μὲν οὖν μετὰ τὸ ἄρξασθαι τοῦ προειρημένου τείχους, ἐμπεσὼν εἰς ἀῤῥωστίαν, μετηλλάξατο τὸν βίον, βεβασιλευκὼς ἔτη τεσσαράκοντα τρία· τῆς δὲ βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εὐειλμαράδουχος· οὗτος προστὰς τῶν πραγμάτον ἀνόμως καὶ ἀσελγῶς, ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ τὴν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισσοόρου ἀνηρέθη, βασιλεύσας ἔτη δύο. μετὰ δὲ τὸ ἀναιρεθῆναι τοῦτον, διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν ὁ ἐπιβουλεύσας αὐτῷ Νεριγλισσόορος, ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. τούτου υἱὸς Λαβοροσσοάρχοδος ἐκυρίευσε μὲν τῆς βασιλείας παῖς ὢν μῆνας ἐννέα· ἐπιβουλευθεὶς δὲ διὰ τὸ πολλὰ ἐμφαίνειν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. Ἀπολομένου δὲ τούτου, συνελθόντες οἱ ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ, κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν

(1) Ita codex arm. pro *Iberorum* uti habet graecus textus Iosephi, nec non Abydenus superius cap. x. itemque Eusebius *Praep. ev.* IX. 41. Nihilominus lectio *Zybeorum*, qui videntur Africae populus (confer similia fere nomina in *Africa christiana* cl. Morcelli T. I. p. 367 — 371.) haud ita nobis displicebat hoc loco, ut prorsus videretur esse reiicienda: quamquam eam criticis vix probatum iri putemus.

inimica coniuratione. Sub hoc Babylonis moenia ad amnis ripam coctis lateribus et bitumine condita sunt. Quumque eius regnum decimo iam et septimo anno vigeret, Cyrus e Perside cum maximis copiis irruens, post cetera regna subversa, Babylonem aggressus est. Nabonedus ubi adventantem sensit, aciem in eum eduxit, proelioque superatus fugit, seque cum paucis in Borsipenorum (1) urbe conclusit. Capta Babylone, Cyrus externa urbis moenia funditus subfodi iussit, quia nimirum videbatur ei nimis valida urbs captuque difficilis: tum Borsipum ad obsidendum Nabonedum contendit. Is vero obsidionem non sustinens, manus dedit: quo Cyrus initio clementer usus est; concessâ enim ad incolendum Carmania, Babylone eum emisit. Reliqua aetate Nabonedus illic exacta supremum diem obiit.Haec omnia consentientem praeferunt cum nostris libris veritatem. Nempe Nabuchodonosorus decimo octavo regni sui anno templum nostrum diruit: idque excidium annis quinquaginta mansit. Deinde annum alterum regnante Cyro iacta sunt fundamenta templi *resurgentis*, idemque anno Darii imperantis sexto (2) absolutum.

Ναβοννήδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος, ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως. Ἐπὶ τούτου τὰ περὶ τὸν ποταμὸν τείχη τῆς Βαβυλωνίων πόλεως, ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου κατεκοσμήθη. Οὔσης δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει, προεξεληλυθὼς Κῦρος ἐκ τῆς Περσίδος μετὰ δυνάμεως πολλῆς, καὶ καταστρεψάμενος τὴν λοιπὴν Ἀσίαν πᾶσαν, ὥρμησεν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας. Αἰσθόμενος δὲ Ναβόννηδος τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, ἀπαντήσας μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ παραταξάμενος, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ καὶ φυγὼν ὀλιγοστὸς, συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππηνῶν πόλιν. Κῦρος δὲ Βαβυλῶνα καταλαβόμενος, καὶ συντάξας τὰ ἔξω τῆς πόλεως τείχη κατασκάψαι, διὰ τὸ λίαν αὐτῷ πραγματικὴν καὶ δυσάλωτον φανῆναι τὴν πόλιν, ἀνέζευξεν ἐπὶ Βόρσιππον, ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννηδον. Τοῦ δὲ Ναβοννήδου οὐχ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν, ἀλλ' ἐγχειρήσαντος αὐτὸν, πρότερον χρησάμενος Κῦρος φιλανθρώπως, καὶ δοὺς οἰκητήριον αὐτῷ Καρμανίαν, ἐξέπεμψεν ἐκ τῆς Βαβυλωνίας. Ναβόννηδος μὲν οὖν, τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου διαγενόμενος ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, κατέστρεψε τὸν βιον. Ταῦτα σύμφωνον ἔχει ταῖς ἡμετέραις βίβλοις τὴν ἀλήθειαν· γέγραπται γὰρ ἐν αὐταῖς ὅτι Ναβουχοδονόσορος ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔτει τὸν παρ' ἡμῖν ναὸν ἠρήμωσε, καὶ ἦν ἀφανὴς ἐπὶ ἔτη πεντήκοντα· δευτέρῳ δὲ τῆς Δαρείου βασιλείας ἀπετελέσθη.

(1) In margine *Borsiponorum*.

(2) Notemus praeclaram lectionem codicis armeniaci *sexto* pro *secundo* quam nunc praeferunt vitiata Iosephi exemplaria. Sane dicendum esse *sexto* constat evidenter e libro primo divini Esdrae VI. 15. idque confirmat etiam Syncellus p. 245. A. At Eusebii *Praep. ev.* IX. 40. vitiata item exemplaria habent *δεκάτῳ*, *decimo*.

6. Addam etiam Phoenicum scriptores: neque enim sunt inepti ad veritatem magnopere confirmandam (1); hique ita tempora explicant. Sub Ethobalo sacerdote obsedit Nabuchodonosorus Tyrum annis tredecim. Post illum regnavit Balla decem annis. Hinc iudices constituti sunt; magistratuque functi Etnibalus Basechi mensibus duobus, Chelbes Abdaei mensibus decem, Abalus pontifex maximus mensibus tribus. Quumque Sibunosthus et Gerastartas Abdelimi filius iudicia exercuissent annis sex, Balatorus huius filius anno uno regnavit (2). Quo obeunte, invocatus est e Babylone Merbalus, qui regnavit annis quatuor. Hoc item mortuo adscitus est frater Iromus, qui regnavit annis viginti. Sub eo Cyrus Persa dynastes factus est. Quae quum ita sint, summa temporum, anni quinquaginta quatuor sunt cum mensibus tribus. Nimirum septimo regni sui anno Nabuchodonosorus obsidere Tyrum coepit: tum quarto (3) anno, ex quo regnabat Iromus, imperium Cyrus persa occupavit. Atque ita consentanea nostris litteris Chaldaeorum Tyriorumque libri recitant.

De his hoc pacto Iosephus. Sed enim et Abydenus chaldaici regni rationem Polyhistori concordem evolvit, regesque Assyriorum sigillatim diligenterque ita recenset.

6. Προσθήσω δὲ καὶ τὰς τῶν Φοινίκων ἀναγραφὰς· οὐ γὰρ παραλειπτέον τῶν ἀποδείξεων τὴν περιουσίαν· ἔστι δὲ τοιαύτη τῶν χρόνων ἡ καταρίθμησις. Ἐπὶ Εἰθωβάλου τοῦ βασιλέως ἐπολιόρκησε Ναβουχοδονόσορος τὴν Τύρον ἐπ' ἔτη δεκατρία. Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Βαὰλ ἔτη δέκα. Μετὰ τοῦτον δικασταὶ κατεστάθησαν καὶ ἐδίκασαν· Ἐκνίβαλος Βασλάχου μῆνας δύο, Χέλβης Ἀβδαίου μῆνας δέκα, Ἄββαρος ἀρχιερεὺς μῆνας τρεῖς, Μύτγονος καὶ Γεράστρατος τοῦ Ἀβδηλέμου δικασταὶ ἔτη ἕξ. Ὧν μεταξὺ ἐβασίλευσε Βαλάτορος ἐνιαυτὸν ἕνα. Τούτου τελευτήσαντος, ἀποστείλαντες μετεπέμψαντο Μέρβαλον ἐκ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. Τούτου τελευτήσαντος, μετεπέμψαντο τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Εἴρωμον, ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη εἴκοσιν. Ἐπὶ τούτου Κῦρος Περσῶν ἐδυνάστευσεν. Οὐκοῦν ὁ σύμπας χρόνος ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα καὶ τρεῖς μῆνες πρὸς αὐτοῖς. Ἑβδόμῳ μὲν γὰρ περὶ τῆς Ναβουχοδονοσόρου βασιλείας ἤρξατο πολιορκεῖν Τύρον· τεσσαρεσκαιδεκάτῳ δ' ἔτει τῆς Εἰρώμου Κῦρος ὁ Πέρσης τὸ κράτος παρέλαβεν. Καὶ σύμφωνα μὲν ἐπὶ τοῦ ναοῦ τοῖς ἡμετέροις γράμμασι τὰ Χαλδαίων καὶ Τυρίων. *Ex Iosepho contra Apionem I. 19-21.*

(1) Ita codex arm. aliquantulum differt a graeco textu.

(2) Locus tum in armeniaco codice tum etiam in graeco textu videbatur perplexus.

(3) Textus graecus *quarto decimo*.

CAPVT XII.

Abydeni de regno Assyriorum.

Chaldaei regionis suae reges ab Aloro usque ad Alexandrum hoc pacto enumerant. Nini quidem et Samiramidis nullam rationem habent. His autem dictis, ita historiam suam exorditur. Fuit (*), inquit, Ninus Arbeli, Chaali, Arbeli, Anebi, Babii, Beli regis Assyriorum (1). Deinde accurate *reges* enumerat a Nino et a Samiramide ad Sardanapallum, qui omnium extremus fuit: a quo ad primam olympiadem sexaginta et septem anni putantur (2). De Assyriorum regno hac diligentia scripsit Abydenus. Nihilominus et Castor primo libro summarii Chronicorum (3) eadem plane ad litteram narrat de regno Assyriorum.

CAPVT XIII.

E Castoris summario. De regno Assyriorum.

Belus erat, inquit, Assyriorum rex, et sub eo cyclopes fulguribus fulminibusque micantibus Iovi cum Titanis proelianti opem ferebant. Reges quoque Titanorum eo tempore cognoscebantur, quorum e numero erat Ogygus rex. Mox paucis interiectis, subdit, gigantes bellum Diis intulisse atque occidione esse caesos: strenuos Deorum adiutores fuisse Herculem et Bacchum (4), qui et ipsi erant Titani: Belum, de quo antea diximus, mortem obiisse, qui etiam Deus existimatus sit. Post hunc Assyriis dominatum esse Ninum, qui uxorem duxit Samiramidem. Post eum Samiramidem rexisse Assyrios

(*) Ἀσσυρίων ἐβασίλευσαν Ἀράβηλος, Χάλαος, Ἄνεβος, Βάβιος. *Ex Syncello p.* 151. *B.* 154. *D.* 155. *A.*

(1) Locum exscripsit etiam Chorenensis *Hist. I.* 4. *Abydenus, auctor certus, ita dicit: Ninus ortus Arbeelo, Chaalus Arbeelo, is Anebo, is Babio, is Belo.*

(2) Infra cap. XV. 7. putantur *quadraginta.*

(3) Hoc *summarium* Castoris idem est atque eiusdem *canon*, de quo in sequenti capite sermo fit. Sane et Eusebii nostri liber posterior, qui vulgo dicitur *canon*, ab Hieronymo *de viris ill.* cap. LXXXI. dicitur *epitome.*

(4) De Bacchi et Herculis pugna cum gigantibus legantur Apollodorus *Biblioth.* I. 6. II. 7. itemque Nonnus *Dionys.* XXV. et XLVIII.

annis quadraginta duobus. Zamem, qui et Ninuas, successisse. Deinceps Assyriorum, qui consecuti sunt, reges singillatim ordinatimque numerat usque ad Sardanapallum nominatim quemque compellans: quorum etiam nos paulo post et nomina et tempora dominationis ponemus. Profecto et ille (*) in eo, quem digessit, canone sic de his loquitur: Primo Assyriorum reges disposuimus, exordiumque a Belo duximus: et quoniam haud traditum certo est quot hic annis regnaverit (1), nihil praeter nomen adscripsimus. A Nino autem principium chronologiae fecimus, et in alterum Ninum (**), qui Sardanapalli sedem usurpavit, desivimus: prorsus ut perspicue definiteque sua cuique regi tempora tribuerentur. Porro annorum mille et octoginta supra ducentum summa exsurgit. Haec Castor. Ceterum et siculus (†) Diodorus, qui bibliothecam coacervavit, eadem fere narratione utitur.

CAPVT XIV.

E Diodori libro. De regno Assyriorum.

1. PRINCIPIO (⊕) Asiam imperio tenuere reges indigenae, quorum nec praeclara gesta nec nomina memorantur. Primus autem historiae commendatione et memoria dignus, Ninus fuit rex Assyriorum, maximarum virtutum insigniumque factorum auctor, de quo nos

(*) Κάστωρ ἐν τῷ κανόνι αὐτοῦ φησὶν ὧδε. Πρώτους μὲν εἶναι τοὺς Ἀσσυρίους βασιλεῖς κατετάχαμεν, τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ Βήλου πεποιημένους. Τὸ δὲ, τῷ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔτει, μὴ παραδεδόσθαι σαφῶς, τοῦ μὲν ὀνόματος μνημονεύομεν, τὴν δὲ ἀρχὴν τῆς χρονογραφίας ἀπὸ Νίνου πεποιήκαμεν, καὶ καταλήγομεν ἐπὶ Νῖνον τὸν διαδεξάμενον τὴν βασιλείαν ἀπὸ Σαρδαναπάλου. *Ex Syncello p. 205. D. sqq.*

(**) Ἕτεροι φασὶ μετὰ Σαρδανάπαλον κρατῆσαι τῆς Ἀσσυρίων ἀρχῆς Νῖνον, ὥς που καὶ Κάστωρ. *Ex eodem p. 205. D.*

(†) Ὁ σικελιώτης Διόδωρος ὁ συναγηοχὼς τὴν βιβλιοθήκην. *Ex Eusebio Praep. ev. I. 6.*

(⊕) Τὸ παλαιὸν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπῆρχον ἐγχώριοι βασιλεῖς, ὧν οὔτε πρᾶξις ἐπίσημος, οὔτε ὄνομα μνημονεύεται. Πρῶτος δὲ τῶν εἰς ἱστορίαν καὶ μνήμην παραδεδομένων Νῖνος ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀσσυρίων μεγάλας πράξεις ἐπετελέσατο· περὶ οὗ τὰ κατὰ μέρος ἀναγράφειν πειρασόμεθα. *Ex Diodoro II. 1.*

---

(1) Id tamen diserte tradit Augustinus *de civ. D.* XVI. 17. *Babylone iam Ninus regnabat post mortem patris sui Beli, qui primus illic regnaverat sexaginta quinque annos.*

particulatim scribere aggredimur. Mox pluribus interpositis, ait (*) eum suscepisse de Samiramide filium Ninuam: quumque mortem obiret, uxorem reliquisse imperantem. Ninum a Samiramide in sua regia fuisse sepultum. Rursus paucis aliis narratis addit (**), Samiramidem omnibus Asianis, exceptis Indis, praefuisse reginam, atque obiisse eo, qui praedictus est, modo, annos natam duos et sexaginta, regni anno secundo supra quadragesimum. Deinceps ex ordine narrat (†), post illius obitum a Ninua filio Nini et Samiramidis occupatum esse imperium et pacifice administratum: quippe qui martium indefessumque matris suae animum haud aemulatus sit. Denique aliis intermediis addit (⊕): prorsus ut Ninuam alios quoque reges, filios videlicet a patre, excepisse imperium, successiveque (1) regnavisse usque ad Sardanapallum: sub hoc enim ad Medos imperium Assyriorum devolutum est, quod quidem manserat annis plus mille et trecentis (2), uti Ctesias cnidius secundo libro tradit.

(*) *Μετὰ δὲ ταῦτα γεννήσας ἐκ Σεμιράμεως υἱὸν Νινύαν ἐτελεύτησε, τὴν γυναῖκα ἀπολιπὼν βασίλισσαν. Τὸν δὲ Νῖνον ἡ Σεμίραμις ἔθαψεν ἐν τοῖς βασιλείοις.* Ex eodem Diodoro II. 7.

(**) *Αὕτη μὲν οὖν βασιλεύσασα τῆς Ἀσίας ἁπάσης, πλὴν Ἰνδῶν, ἐτελεύτησε τὸν προειρημένον τρόπον, βιώσασα μὲν ἔτη ἑξήκοντα καὶ δύο, βασιλεύσασα δὲ δύο πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα.* Ex eodem II. 20.

(†) *Μετὰ δὲ τὸν ταύτης θάνατον Νινύας ὁ Νίνου καὶ Σεμιράμεως υἱὸς παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν ἦρχεν εἰρηνικῶς, τὸ φιλοπόλεμον καὶ κεκινδυνευμένον τῆς μητρὸς οὐδαμῶς ζηλώσας.* Ex eodem II. 21.

(⊕) *Παραπλησίον δὲ τούτῳ καὶ οἱ λοιποὶ βασιλεῖς, παῖς παρὰ πατρὸς διαδεχόμενος τὴν ἀρχὴν, ἐπὶ γενεὰς τριάκοντα ἐβασίλευσαν, μέχρι Σαρδαναπάλου. Ἐπὶ τούτου γὰρ ἡ τῶν Ἀσσυρίων ἡγεμονία μετέπεσεν εἰς Μήδους ἔτη διαμείνασα πλείω τῶν χιλίων καὶ τριακοσίων, ἔτι δ' ἑξήκοντα, καθάπερ φησὶ Κτήσιας ὁ κνίδιος ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ.* Ex eodem II. 21.

(1) Semiramidis tamen stirpem ante Sardanapallum defecisse tradunt quidam historici apud Syncellum p. 359. C. et Agathiam p. 63. C. Ἐβασίλευσαν Ἀσσύριοι ἀπὸ Νίνου καὶ Σεμιράμεως μέχρι Βελεοῦν τὸν Δελκετάδου. Εἰς τοῦτον χρόνον τοῦ Σεμιράμεως γένους λήξαντος, Βελιταρὰν κηπουργὸς ἐβασίλευσεν, καὶ τὸ ἐκείνου γένος ἑξῆς μέχρι Σαρδαναπάλου, καθὰ Βίωνι καὶ Ἀλεξάνδρῳ δοκεῖ τῷ πολυΐστορι. Ἐβασίλευσαν οὖν Ἀσσύριοι ἔτη ατς': *A Nino et a Semiramide ad Beleum usque Delcetadi filium regnum tenuerunt Assyrii: in eo quippe deficiente Semiramidis genere Belitaran quidam eiusque posteri dominati sunt usque ad Sardanapallum, prout Bionis et Alexandri polyhistoris sententia est. Regnaverunt itaque Assyrii annis MCCCVI.*

(2) Graecus textus Diodori editus et tres codices ambrosiani habent CIƆCCCLX. Haec est autem illa

2. Iam (*) nuda regum nomina, numerumque annorum quibus regnaverunt, scribere nihil interest; quandoquidem nil memoria dignum ab iis actum est: excepta illa auxiliari vi Troianis suppeditata ab Assyriis, quae quidem historiam promeruit, duce exercitus Memnone Tithoni (1) filio. Namque Asiae regnum tenente Tautano (2), qui erat vigesimus sextus (3) a Ninia Samiramidis filio, feruntur Graeci cum Agamemnone adversus Troiam expeditionem suscepisse, quum iam Assyrii plus mille annis Asiae praefuissent. Priamus vero Troianorum rex bello graviter pressus regem Assyriorum, cui se in clientelam dicabat (4), missis oratoribus opem rogavit: qui ei concessit Aethiopas decem mille totidemque Nusianos (5) cum ducentis curribus et Memnone Tithoni filio copiarum duce. His dictis, mox addit: has Memnonis strenuitates barbaros in regiis codicibus narratas affirmare (6).

(*) *Τὰ δ' ὀνόματα πάντων τῶν βασιλέων, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐτῶν, ὧν ἕκαστος ἐβασίλευσεν, οὐ κατεπείγει γράφειν, διὰ τὸ μηδὲν ὑπ' αὐτῶν πεπρᾶχθαι μνήμης ἄξιον. Μόνη γὰρ τετύχηκεν ἀναγραφῆς ἡ πεμφθεῖσα συμμαχία τοῖς Τρωσὶν ὑπ' Ἀσσυρίων, ἧς ἐστρατήγει Μέμνων ὁ Τιθωνοῦ. Τευτάμου γὰρ βασιλεύοντος τῆς Ἀσίας, ὃς ἦν εἰκοστὸς ἀπὸ Νινύου τοῦ Σεμιράμεως, φασὶ τοὺς μετ' Ἀγαμέμνονος Ἕλληνας ἐπὶ Τροίαν στρατεῦσαι, τὴν ἡγεμονίαν ἐχόντων τῆς Ἀσίας τῶν Ἀσσυρίων ἔτη πλείω τῶν χιλίων. Καὶ τὸν μὲν Πρίαμον βαρυνόμενον τῷ πολέμῳ καὶ βασιλεύοντα τῆς Τρωάδος, ὑπήκοον δ' ὄντα τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀσσυρίων, πέμψαι πρὸς αὐτὸν πρεσβευτὰς περὶ βοηθείας. Τὸν δὲ Τεύταμον μυρίους μὲν Αἰθίοπας, ἄλλους δὲ τοσούτους Σουσιανοὺς σὺν ἅρμασι διακοσίοις ἐξαποστεῖλαι, στρατηγὸν καταστήσαντα Μέμνονα τὸν Τιθωνοῦ. Περὶ μὲν οὖν τοῦ Μέμνονος τοιαῦτ' ἐν ταῖς βασιλικαῖς ἀναγραφαῖς ἱστορεῖσθαι φασὶν οἱ βάρβαροι.* Ex eodem Diodoro II. 22.

celeberrima tantoque opere apud veteres recentesque criticos ventilata controversia de assyrii imperii diuturnitate. Herodotus I. 95. quingentis et viginti annis id imperium mansisse docuit. Ctesias apud Diodorum II. 21. annis mille et trecentis cum sexaginta; vel ut cap. 28. plus mille et trecentis; vel ut apud Syncellum p. 359. C. sex et trecentis supra mille; vel etiam paulo amplius, uti apud Agathiam p. 63. D. (Sane et Iustinus I. 2. omnino mille trecentis.) Hinc criticorum facta divortia.

(1) Hunc Tithonum Memnonis patrem, eundem esse atque Babium regem Assyriorum putat Syncellus p. 155. A.

(2) Ita scribit hoc nomen etiam Syncellus p. 168. A.

(3) In Diodori textu edito est *vigesimus*, eamque lectionem confirmant tres Diodori codices ambrosiani. Ab Eusebio tamen scribitur *vigesimus sextus*, etiam sequente capite in tabulis: nec non a Syncello p. 168. B.

(4) Ita codex arm. paulo aliter atque est in graeco.

(5) Ita codex arm. *Nusianos*, non *Susianos* ut graecus textus, cuius tamen lectio videtur melior. Ceterum et *Nusia* inter Sporadas insulas commemoratur ab Eustathio *ad Periegetam* v. 530.

(6) Memnonis expeditio resque apud Troiam gestae narrantur prolixe apud Quintum Calabrum II. v. 99. sqq.

3. Sardanapallus (*) trigesimus quintus (1) a Nino fundatore imperii fuit, et assyriorum regum extremus, cunctosque, qui eum praecesserant, mollitia ignaviaque superavit. Et paulo post ait (†), eum adeo in luxuriam fuisse proiectum, ut non solum ipse turpiter vitam amiserit, verum etiam universum Assyriorum imperium everterit, cuius incolumitas, prae ceteris, quae memorantur, diutissime manserat. Varbaces quidam genere medus, vir insignis virtute et strenuus, dux medicae militiae, unusque ex iis qui in urbem Ninum quotannis ibant ad praefecturam copiarum, ea occasione amicitiam iniit cum exercitus babylonici duce, ab eoque rogatus imperium sustulit Assyriorum. Haec Diodorus secundo bibliothecae historicae libro. De Assyriorum imperio eadem quoque Cephalion his verbis refert.

(*) Σαρδανάπαλος δὲ, τριακοστὸς μὲν ὢν ἀπὸ Νίνου τοῦ συστησαμένου τὴν ἡγεμονίαν, ἔσχατος δὲ γενόμενος Ἀσσυρίων βασιλεὺς, ὑπερῆρεν ἅπαντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ τρυφῇ καὶ ῥαθυμίᾳ. *Ex eodem Diodoro II. 23.*

(†) Τοιοῦτος δ' ὢν τὸν τρόπον, οὐ μόνον αὐτὸς αἰσχρῶς κατέστρεψε τὸν βίον, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἀσσυρίων ἡγεμονίαν ἄρδην ἀνέτρεψε, πολυχρονιωτάτην γενομένην τῶν μνημονευομένων. Ἀρβάκης γάρ τις, μῆδος μὲν τὸ γένος, ἀνδρείᾳ δὲ καὶ ψυχῆς λαμπρότητι διαφέρων, ἐστρατήγει Μήδων, τῶν κατ' ἐνιαυτὸν ἐκπεμπομένων εἰς τὴν Νῖνον. Κατὰ δὲ τὴν στρατείαν γενόμενος συνήθης τῷ στρατηγῷ τῶν Βαβυλωνίων, ὑπ' ἐκείνου παρεκλήθη καταλῦσαι τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἡγεμονίαν· ἦν δ' οὗτος ὄνομα μὲν Βέλεσυς. *Ex eodem II. 23-24.*

Τοῖσι δ' ἄρ' οὐ μετὰ δηρὸν ἀρήϊος ἤλυθε Μέμνων,
Μέμνων κυανέοισι μεθ' Αἰθιόπεσσιν ἀνάσσων,
Ὃς κἰ λαὸν ἄγων ἀπερείσιον κ. τ. λ.
Ecce aderat teucri Memnon fiducia belli
Nigrorum magna Aethiopum stipante caterva etc.

(1) Ita legebat Eusebius apud Diodorum: nunc autem in graeco Diodori textu edito legitur *trigesimus*, nec non in codicibus tribus ambrosianis. In tabulis mox addendis Sardanapallus *trigesimum sextum* locum obtinet.

CAPVT XV.

(*) Cephalionis historici. De regno Assyriorum.

1. Ea scribere aggredior, quorum alii quoque meminerunt, in primis Hellanicus lesbius et Ctesias cnidius (1) nec non Herodotus halicarnasseus (2). Principio Assyrii dominati sunt Asiae, ex quibus (3) erat Ninus Belides: quo regnante multae res et facinora maxima contigerunt. Deinde addit Samiramidis genituram: itemque *narrat* de Zaravaste (4) mago Bactrianorum rege, et de bello quo hic a Samiramide superatus est (5): de annis denique quibus Ninus regnavit, duobus videlicet supra quinquaginta, nec non de eius obitu. Postea regnantem Samiramin Babylonis moenia excitavisse *ait* ea ratione, quae a multis dicta est, nempe a Ctesia, a Zenone, ab Herodoto aliisque deinceps. Praeterea Samiramidis narrat expeditionem in Indiam, eiusque cladem et fugam: caedem etiam filiorum suorum ab ipsamet patratam: utque eadem a filio item suo Ninia interempta sit postquam annis duobus supra quadraginta regnasset. Hic vero, qui in imperium successit, a Cephalione dicitur nihil dignum memoria gessisse.

1. (*) Παρέστω Κεφαλίων ἐπίσημος εἷς, οὐχ ὁ τυχὼν, οὕτω φάσκων. Ἄρχομαι γράφειν ἀφ᾽ ὧν ἄλλοι τε ἐμνημόνευσαν, καὶ τὰ πρῶτα Ἑλλανικός τε ὁ λέσβιος, καὶ Κτησίας ὁ κνίδιος, ἔπειτα Ἡρόδοτος ὁ ἁλικαρνασσεύς. Τὸ παλαιὸν τῆς Ἀσίας ἐβασίλευσαν οἱ Ἀσσύριοι, τῶν δὲ ὁ Βήλου Νῖνος. Εἶτ᾽ ἐπάγει γένεσιν Σεμιράμεως καὶ Ζωροάστρου μάγου, ἔτη τε νβ´ τῆς Νίνου βασιλείας. Μεθ᾽ ὃν Βαβυλῶνα, φησὶν, ἡ Σεμίραμις ἐτείχισε τρόπον, ὡς πολλοῖσι λέλεκται, Κτησίᾳ, Ζήνωνι, Ἡροδότῳ, καὶ τοῖς μετ᾽ αὐτοὺς, στρατείην τε αὐτῆς κατὰ τῶν Ἰνδῶν, καὶ ἧτταν, καὶ ὅτι τοὺς ἰδίους ἀνεῖλεν υἱοὺς, καὶ ὑπὸ Νίνου τῶν παίδων ἑνὸς ἀνῃρέθη τοῦ διαδεξαμένου τὴν ἀρχήν.

(1) Apud Diodorum sic. lib. II. Recole superius caput.

(2) Lib. I.

(3) Ita codex arm.; non ut graecus textus *his autem*.

(4) *Zoroastres* heic scribitur *Zaravastes*; at in Chorenensis historia I. 5. 16. itemque apud Eznichium cap. XXXIII. *Zeradastes*. Apud Agathiam autem p. 62. B. etiam Ζωρόαδος et Ζαράδης. Diodorus II. 6. appellat *Oxyarten*: tum et strategema narrat quo hic magus bactrianus a Samiramide (Nino adhuc regnante) superatus est.

(5) Nihil de hoc bello est in graeco textu, uti nunc se habet, Cephalionis. Verumtamen Chorenensis quoque *Hist.* I. 17. eumdem hunc Cephalionis locum refert dicentis, a Samirami iam regnante Zoroastrem fuisse superatum. Quamquam idem Chorenensis tum hoc tum priore laudati libri capite contrariam item sententiam innuit, secundum quam Samiramis cladem a Zoroastre passa traditur.

2. Tum *reges* alios singillatim recenset, quorum dominationem mille annis mansisse docet (1), potestate a patre ad filium manante; neminemque eorum minus viginti annis *sceptrum* tenuisse (2). Nam imbellis et quieta et feminea eorum indoles tutos cautosque servabat: quippe qui penetralibus se continebant, nihilque agebant, atque a nemine, praeter quam a pellicibus et a viris effeminatis conspiciebantur. Siquis tamen avet hos reges apprime cognoscere, Ctesias diserte eos nominatimque recenset, quod ego quidem sciam, tres supra viginti. Sed enim qua ego voluptate vel animi iucunditate barbara nomina appellem, cassa omnino gestis praeclaris, tyrannorum, inquam, illorum imbecillium et mollium et prope silvestrium?

3. Deinde addit, anno istius dominationis quadragesimo supra sexcentesimum, rege Assyriorum Belimo (3), Perseum Danaës *filium* centum naves ad illorum regionem appulisse. Fugam scilicet arripuerat Perseus a Baccho victus Semeles filio (4). Deinde omisso Perseo Bacchique triumpho; ait, sequiore aetate, imperante apud Assyrios Panya, classem Argonautarum venisse ad Phasim amnem et ad colchidem Medeam:

2. Καὶ μεθ' ἕτερα, καὶ τῶν λοιπῶς εἱς α̨' ἐτῶν ἀριθμὸν ἦρχον, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενος τὴν ἀρχὴν, καὶ ἔχων ἧττον αὐτῶν, οὐδὲ εἷς ἐτελεύτησεν ἐτῶν κ'· τὸ γὰρ ἀπόλεμόν τε καὶ ἀφιλοκίνδυνον γυναικῶδες ἦν αὐτοῖς ἀσφαλές· ἔνδον γὰρ ἔμενον, οὐδὲ αὐτοῖς ἓν ἔργον ἐπρήσσετο, οὐδὲ ἑώρα τις αὐτοὺς, πλὴν αἵ τε παλλακίδες καὶ τῶν ἀνδρῶν οἱ γυναικώδεις. Τοὺς δὲ βασιλεῖς τούσδε, εἴτις εἰδῆσαι βούλεται, Κτήσιας ἐστὶν ὁ λέγων ὀνόματα αὐτῶν κ' οἶμαι γὰρ καὶ γ'. Ἐμοὶ δὲ ἡ γραφὴ τί τερπνὸν ἢ τί χαρίεν ἤμελλεν ἕξειν, ὄνομα κλήδην ἄνευ πράξεων βαρβάρως φωνέοντι, τυράννους δειλοὺς καὶ μαλακοὺς βαρβάρους;

3. Πρὸς οἷς ἐπάγει τὰ περὶ τῶν ἐτῶν αὐτῶν. Ἐτέων δὲ ὄντων ἀπὸ Νίνου τεσσαράκοντά που καὶ χ' Βέλιμος ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων· καὶ ἀφικνεῖται Περσεὺς ὁ Δανάης εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ, ναῦς ἄγων ρ'· ἔφυγε δὲ Περσεὺς τὸν Διόνυσον τὸν Σεμέλης υἱέα. Καὶ μετέπειτα, ὑστέρῃ δὲ γενεῇ κατὰ Πανύαν ἄρχοντα ὁ τῶν Ἀργοναυτῶν στόλος ἔπλευσεν ἐπί τε Φᾶσιν καὶ Μηδείην τὴν

(1) Lege ad cap. XIV. 1. p. 38. notam 2.

(2) Locum graecum, qui vel corruptus vel ambiguus est, Goarus Syncelli interpres p. 167. C. convertit: *adeo ut vicennalis obiret nullus.* Sed enim ex XXIII regibus (quot mox dicuntur) quorum nemo obierit vicennalis, quonam pacto conflabitur mille annorum summa? Vox etiam ἐτελεύτησεν eiicienda videtur e graeco textu. Locum igitur egregie intellexit tuitusque est armenius noster interpres.

(3) Hic in tabulis mox subdendis dicitur *Belochus*.

(4) Bacchi certamen cum Perseo innuit Nonnus *Dionys* XXV, prolixe autem canit XLVII.

tum et Herculem insano Hylae amore correptum, navi relicta Cappadociam (1) versus, ut aiunt, errabundum contendisse. Dicit praeterea: siquis mille annos a Samiramide ad Mithraeum numeret, eum rationes constare deprehensurum.

4. Ab Aegea (2) rege discessit Medea colchis, femina saga (3). Huius filius erat Medus, unde Medi (id est Mark (4)) et regio Media dicta (nempe Marasdàn.) Mithraei, inquit, imperium excipiebat successor Teutamus (5): qui ad mores legesque Assyriorum vitam suam exigebat, nihilque novi per eum fiebat. Agamemnon atque Menelaus mycenaei

κολχῖδα, καὶ Ἡρακλέα πλανηθέντα ἀπὸ τῆς νεὼς διὰ τὸν ἔρωτα τοῦ Ὑλὰ λέγουσι περὶ τοὺς Καππαδόκας ἀληθῆναι. Καὶ αὖθις ά δὲ ἐτῶν ἀπὸ Σεμιράμεως εἰς Μητραῖον βασιλέα ἂν ἀριθμοῖ τὸ περιτελλόμενον (6).

4. *Μήδεια κολχὶς ἀνεχώρισεν Αἰγέως· ἧς υἱὸς Μῆδος, ἐξ οὗ Μῆδοι, καὶ ἡ χώρα ἐκλήθη Μηδεία. Εἶτα φησίν· Μητραίου δὲ τὴν ἀρχὴν διαδέχεται Ταύτανος κβ′ καὶ αὐτὸς κατὰ ἔθη τὰ Ἀσσυρίων καὶ νόμους· καὶ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐγένετο, οὐδὲ ἐπὶ τούτου, καινὸν ἔργον. Ἀγαμέμνων δὲ καὶ Μενέλαος οἱ*

---

(1) Apud armenios scriptores *Cappadocia* plerumque dicitur GAMIRK, uti etiam hoc loco, et in Bibliorum interpretatione *Deut.* II. 23. *Amos* IX. 7. *Hierem.* XLVII. 4. *Act. Apost.* II. 9. Chorenensis tamen in Geographia utitur nomine *Cappadocia.*

(2) Codex arm. *Aegea*, sed scribendum *Aëta.*

(3) Locus hic percommodam nobis ansam praebet edendi cuiusdam summarii euripideae tragoediae *Peliades*, quod (deperditâ apud Graecos tragoediâ) Armenii incolume servaverunt. Mosis Chorenensis, qui non historica solum verum etiam rhetorica laude claruit, decem libri progymnasmatum extant, de quo praeclaro opere alibi fusius loquendum est. Iamvero tertio eius *rhetoricae* libro, qui est *de confutatione*, praedictam Euripidis fabulam Moses ad exemplum sibi proponit oratoriae confutationis. En autem eius verba.

Medeae confutatio.

Si cuiquam liceret fructum victoriae ex mendacio adipisci, aut laudis honorem apud omnes consequi; cunctis equidem Euripides tragicus antecelleret, qui fabulosae orationis copiâ classem universam poëtarum superavit. Hic tamen in iis, quae de Medea refert, extremos mentiendi fines attingit.

« *Ait enim ipsam, societate cum Iasone quodam* » *inita, e Scythia in Thessaliam navigavisse, atque* » *artes magicas heic professam, regem, qui terrae* » *imperabat, dolosis consiliis perdere decrevisse. Id*» *circo apud eiusdem filias commemoratis diu patris* » *devexa senectute masculaeque prolis defectu, quae* » *in paternum regnum succederet, ultro opem suam* » *obtulisse qua illum, siquidem ipsae vellent, in* » *iuvenilem aetatem denuo restitueret. His dictis,* » *pergit porro singillatim narrare qua ratione res* » *patrata fuerit: nempe ut Medea laniatum arietem* » *in lebetem coniecerit, ignemque subdiderit: utque* » *fervente cum motibus lebete viventis arietis spe*» *ciem ostenderit: eoque modo illusis filiabus Pe*» *liam laniandum curaverit. Eratque, inquit, in* » *lebete; et praeterea nihil addit* ».

Exin Moses euripideae fabulae capita singula diligenter refutat, eaque prorsus incredibilia coarguit. (Quamquam alibi Moses Euripidem vehementer admiratur). Iam hoc Medeae facinus nemo fere copiosius narrat Diodoro siculo IV. 50-52.

(4) *Medos* nimirum Armenii dicunt MARK, Mediam MARAEDAN.

(5) Ita heic codex arm. per *m*, uti et inferius; verum superiore capite per *n*, quae nominis varietas apud alios quoque auctores occurrit.

(6) Hoc loco in Goari editione Syncelli innuitur esse lacuna; verum interpretatio armeniaca nihil fere deesse demonstrat.

expeditionem cum Argivis faciebant adversus Ilium urbem, in qua Priamus phryx militarem praefecturam gerebat.

5. *Priami* (*) *exemplar quoque litterarum ad Teutamum circumfertur eiusmodi* (1) « Militari vi, inquit, in regione tua (2) a Graecis ir» ruentibus appetitus sum, belloque certatum est varia fortuna. Nunc » vero et filius meus Hector extinctus est, et aliorum multa proles » ac strenua. Copiarum igitur valido sub duce nobis suppetias mitte ». Hinc diserte ait, missum esse a Teutamo auxilium, ducemque exercitus Memnonem Tithoni filium, quem insidiis exceptum Thessali interemerunt. Ait postea diserte, Sardanapallum anno tertio decimo supra millesimum Assyriorum regem esse creatum (3): cuius et exitium memorat. Tum sublato Sardanapallo, Assyriorum imperium a Varbace extinctum *et* ad Medos esse translatum. Haec omnia Cephalion.

6. Qui vero in libris feruntur Assyriorum reges secundum emendata exemplaria, hi sunt.

ASSYRIORVM REGES (4).

I. Ninus, quem primum aiunt universae Asiae, demptis Indis, imperavisse annis LII.

Sub eo constat vixisse Abrahamum hebraeae gentis patriarcham.

II. Samiramis annis XLII.

III. Zames idemque Ninuas annis XXXVIII.

IV. Arius annis XXX.

μουκηναῖοι ἐστρατεύσαντο σὺν Ἀργείοισιν καὶ τοῖσι ἄλλοισιν Ἀχαιοῖς εἰς Ἴλιον πόλιν τῆς Πριάμου τοῦ Φρυγὸς στρατηγίης. *Ex Syncello p. 167-168.*

(*) Φέρεται καὶ ἀντίγραφος Πριάμου ἐπιστολῆς. *Ex Syncello p. 155. A.*

(1) Lacunam codicis armeniaci sic explet Syncellus, apud quem tamen ipsa epistola desideratur.

(2) Cap. XIV. 1. dictus est Priamus in clientelam regis assyrii semet contulisse.

(3) Errorem Cephalionis, qui reges assyrios tantummodo XXIII dixerit, et quidem Teutami successorem Sardanapallum, tum universam imperii eius aetatem intra mille annos concluserit, merito coarguit Syncellus p. 168. B. his verbis: Ὁ δὲ Κεφαλίων τοὺς πάντας κγ' ἀπὸ Βήλου καὶ τὴν Τροίας ἅλωσιν, μετὰ ταῦτα, ͵α ἔτη, ὅπερ ἀδύνατον· ἵνα γὰρ κβ' ἀπὸ Βήλου ὑπολάβοι τὸν Ταύταμον πρὸ τοῦ ἐσχάτου Σαρδαναπάλου ... *Cephalion a Beli exordiis spatium omne (etiam eo, quod Troiae cladem sequutum est, incluso) annis mille duntaxat, quod a ratione alienum est, sub regibus tantum* XXIII *metitur. Tautamum quippe regem secundum et vigesimum a Belo numeraturus, ante Sardanapalum Assyriis postremo loco imperantem locandum putavit.*

(4) Operae pretium erit conferre assyriorum regum quae sequuntur nomina et numerum cum Chorenensis tabula satis discrepante eorundem regum *Hist.* I. 18. qui reges tantum XXIX post Samiramin ponit in editione (at in ms. XXXII) ita tamen ut et ipse desinat in Sardanapallum.

V. Aralius, qui Amyrus, annis XL.
VI. Xerxes, qui et Baleus, annis XXX.
VII. Amramithes (1) annis XXXVIII.
VIII. Belochus annis XXXV.
IX. Baleas annis XII.
X. Aladas (2) annis XXXII.
XI. Mamythus annis XXX.
XII. Macchaleus (3) annis XXX.
XIII. Sphaerus annis XXII (4).
XIV. Mamylus annis XXX.
XV. Sparaethus annis XL.
XVI. Ascatades annis XL.
Sub hoc fuit Moses Hebraeorum legislator.
XVII. Amyntas annis XLV.
XVIII. Belochus annis XLV.
Huius filia Tratres cognomento Achurardistsmin (5) regnavit annis XVII.
Bacchus et Perseus hac aetate fuerunt.
XIX. Balatores annis XXX.
XX. Lamprides annis XXXII.
XXI. Sosares (6) annis VIII.
XXII. Lampares annis XXX.
XXIII. Panyas annis XLII.
Sub hoc Argonautarum (7) classis atque Hercules cognoscebantur.
XXIV. Sosarmus annis XIX.
XXV. Mithraeus annis XXVII.
XXVI. Teutamus annis XXXII.
Sub quo Ilium captum est.
XXVII. Teutaeus annis XL.
XXVIII. Thinaeus annis XXX.
XXIX. Dercylus (8) annis XL.

---

(1) Choren. ms. *Armanithris*.

(2) In secundo libro *Altadas*, uti etiam heic habet Chorenensis.

(3) Choren. ms. *Aschaleus*.

(4) In secundo Eusebii libro multa annorum discrepantia est ab hoc catalogo.

(5) Ita textus fortassis mendose ACHVRARDISTSMIN; sed τὸ SMIN in armeniaca lingua significat etiam *huic* vel *ei*; videtur autem explicandum *cum eo*, quia in secundo libro ad annum primum Belochi Badossa eius filia dicitur regnavisse cum eodem annis septem.

(6) Codex huic *Sunares*. Sed *Sosares* in secundo libro, et in Syncello atque Chorenensi.

(7) Codex arm. *Argivorum*.

(8) Codex heic *Derusus*, sed emendatur in secundo libro et in Chorenensi.

XXX. Eupalmeus annis XXXVIII.

Sub hoc Hebraeorum illustris rex Davidus vixit, cuius filius Solomon Hierosolymis templum fundavit.

XXXI. Lavosthenes annis XLV.

XXXII. Peritiades annis XXX.

XXXIII. Ophrataeus annis XXI.

XXXIV. Ophratanes annis L.

XXXV. Acrazanes annis XLII.

XXXVI. Sardanapallus annis XX.

Sub hoc Lycurgus (1) leges Lacedaemoniis ferebat.

7. Haec finis fuit regum assyriorum, imperante Athenis Thespieo Ariphronis filio. Tempus imperii Assyriorum, secundum accuratos scriptores, anni mille ducenti quadraginta (2): secundum vero alios mille trecenti. Thonnus Concolerus, qui graece dicitur Sardanapallus, a Varbace et Belesi victus, se ipsum igni tradidit. Ab eo ad primam olympiadem anni sunt quadraginta. A Sardanapallo autem Assyriorum imperium (*) Varbaces auferens, Belesim quidem constituit regem Babyloniorum; ipse vero ad Medos transtulit Assyriorum imperium, cuius longaevitas haec.

MEDORVM REGES.

I. Varbaces annis XXVIII.

II. Maudaces (3) annis XX.

III. Sosarmus annis XXX.

(*) Ἀρβάκης τῶν βασιλέων προσηγορίαν καὶ τὸν πλοῦτον εἰς Μήδους ἤγαγεν. Ἀσσυρίων δὲ βασιλέα κατέστησεν Βέλεσυν. *Ex Syncello p. 205. D.*

(1) Codex arm. *Lacorides.*

(2) Ita prorsus apud Augustinum *de civ. D.* IV. 6. *Sicut scribunt qui chronicam historiam persecuti sunt, mille ducentos et quadraginta annos ab anno primo quo Ninus regnare coepit permansit Assyriorum regnum, donec transferretur ad Medos.* Ita Eusebius etiam in secundo libro, teste Hieronymo, ubi de obitu Sardanapali. Sed enim Syncellus p. 168. C. paulo diversam ipsius Eusebii sententiam refert: Ὁ μέν τοι Εὐσέβιος καίπερ πραγματείαν οὐ τὴν τυχοῦσαν συλλεξάμενος φιλοπόνως, καὶ ταύτῃ τὴν ἑαυτοῦ χρονικὴν συγγραφὴν κατασεμνύνας, τάς τε προκειμένας χρήσεις Διοδώρου καὶ Κεφαλίωνος προθείς, ἐν λϛ' βασιλεῦσιν τὴν Ἀσσυρίων ἀρχὴν περιέλαβεν, ἔτεσι δὲ ͵ατ' τῷ Κάστορι μᾶλλον ἀκολουθήσας, οὗ καὶ μαρτυρίαν προήγαγεν, ͵ασπ' ἔτη φάσκουσαν τοὺς Ἀσσυρίων βασιλεῖς ἄρξαι. *Eusebius pretiosam licet materiam studioso conatu collegerit, eáque chronicon suum ditaverit, praedictasque Diodori et Cephalionis sententias protulerit; tamen Assyriorum imperio reges XXXVI, annosque* MCCC *attribuit, ad sententiam inclinans Castoris, cuius et testimonium protulit* (cap. XIII in quo tamen Eusebius ad Castorem non inclinat.) *annos* MCCLXXX *Assyriorum imperio tribuentis.* Denique Alexander magnus, teste Augustino *de civ. D.* XII. 10. in epistola ad Olympiadem matrem ex fabulosis Aegyptiorum narrationibus aiebat, regnum Assyriorum quinque millia excessisse annorum.

(3) Chorenensis *Hist.* I. 21. *Mandauces.*

IV. Artycas annis XXX.
V. Deioces (1) annis LIV.
VI. Phrauortes (2) annis XXIV.
VII. Cyaxares annis XXXII.
VIII. Asdahages (3) annis XXXVIII.

Sub hoc Cyrus Persis dominabatur, qui deiecto Asdahage Medorum imperium extinxit, quod quidem annis ducentis nonaginta octo viguerat (4). Nonnulli tamen alios reges Medorum in codicibus scribunt (5).

LYDORVM REGES.

I. Ardysus Alyatae annis XXXVI.
II. Alyates annis XIV.
III. Meles (6) annis XII.
IV. Candaules annis XVII.
V. Gyges annis XXXV (7).
VI. Ardys annis XXXVII (8).
VII. Sadyates (9) annis V (10).
VIII. Odiartes annis II.
IX. Croesus annis XV.

Croeso interfecto, Cyrus Lydorum imperio finem imposuit.

---

(1) Codex heic *Deioes;* sed *Deioces* Chorenensis et secundus Eusebii liber.

(2) Consonat Chorensis in ms.

(3) *Asdahagis* seu *Astyagis* alia etiam nomina recitantur a Syncello p. 205. D. et 226. D. nempe *Darius*, *Nabonnidus*, *Assuerus*.

(4) Atqui haec summa ex praedictis numeris non exsurgit. Sed parum abludit sententia Agathiae dicentis p. 63-64: Ἔτη Μήδων ἐν τῇ ἀρχῇ δυναστευσάντων οὐ μεῖον ἢ τριακόσια: *Medi rerum potiti sunt annis haud minus trecentis.* Apud Syncellum p. 235. C. in margine scribuntur anni CCLXXVI: tum p. 359. C. mendose anni XXX. Medici imperii diuturnitas e Ctesia etiam apud Diodorum mox laudandum cognoscitur.

(5) Et quidem apud Diodorum II. 32-34. (ut alios auctores mittamus) reges Medorum hi ponuntur a Ctesia: *Arbaces* annis XXVIII, *Madauces* annis L, *Sosarmus* annis XXX, *Artycas* annis L, *Arbianes* annis XXII, *Artaeus* annis XL, *Artynes* annis XXII, *Astibaras* annis XL, denique *Aspadas* seu *Astyages.* Moses item Chorenensis novem Medorum reges enumerat: namque inter *Artucam* et *Deiocem* interponit regem *Cardiceam.*

(6) Codex mendose *Seles.* Sed *Meles* est in secundo libro: tum et in Syncello p. 239. D. *Miles.*

(7) Syncell. XXXVI.

(8) Syncell. XXXVIII.

(9) Codex *Sardiartes.*

(10) Secundus Eusebii liber et Syncellus XV.

PERSARVM REGES.

I. Cyrus annis XXXI. (*)
II. Cambyses annis VIII.
III. Zmerdis magus mensibus VII.
IV. Darius Vestaspis annis XXXVI.
Sub hoc instaurabatur templum Hierosolymis, postquam Babylonii priscum inflammaverant.
V. Xerxes Darii annis XX.
VI. Artases, cognomento Longimanus, annis XLI.
Sub hoc Ezdras et Nehemias Hebraeorum duces cognoscebantur.
VII. Darius annis VII (1).
VIII. Artases annis XL.
IX. Ochus annis XXVI.
X. Arses annis IV.
XI. Darius annis VI. (2)

8. Hunc interfecit (3) Alexander Philippi, qui in Persas simul et Assyrios annis duodecim dominatus est. Hinc sequuntur Macedones annis ducentis nonaginta quinque (4) usque ad feminae cuiusdam Cleopatrae interitum, quae centesima et septima olympiade supra octogesimam regnum tenebat. Ea aetate imperavit Romanis Augustus cognomento Sebastus (5), quae vox sonat adorabilem isque tunc anno iam quinto decimo romanum imperium regebat. A quo *anno* ad ducentesimam secundam olympiadem, in quam Tiberii decimus quintus annus incidit, conflantur anni duo supra quinquaginta (6). Hinc ad Constantini vicennalia sunt anni trecenti. De his hactenus. Nunc ad Hebraeorum chronologiam pergendum est.

(*) Εὐσεβιος Κύρου λ' ἐστοιχείωσεν, Καμβύσου ἔτη η', Μάγων ἀδελφῶν μῆνας ζ. *Ex Syncello p. 227. A.*

---

(1) In secundo libro annis XIX.

(2) Aliter Clemens alex. (ut huius unius comparatione utamur) *Strom* I. 21. p. 395. *Cyrus* annis XXX, *Cambyses* annis XIX, *Darius* annis XLVI, *Xerxes* annis XXVI, *Artaxerxes* annis XLI, *Darius* annis VIII, *Artaxerxes* annis XLII, *Ochus vel Arses* annis III.

(3) Etiam Agathias p. 64. A. diserte ait: Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου Δαρεῖον ἀποκτείνας, *Alexander filius Darium interficiens.* Quamquam revera Darius a suis percussus est.

(4) Clemens alex. *Strom. I.* 21. p. 396. alia ratione inita scribit CCCXII.

(5) Scribendum erat: *Graecis dictus* Σεβαστὸς *quae vox* etc. Haec autem videtur glossa.

(6) Ita codex.

CAPVT XVI.

Qua ratione ab Hebraeis chronologia tradatur.

1. Res hebraicas consequenter en addimus ex Mose, et ex iis, qui post eum apud Hebraeos feruntur, libris: tum ex Flavii Iosephi iudaica priscorum *patrum* historia: tum denique ex Africani chronicis. Hebraei Chaldaeorum, Assyriorum, Medorum, Persarumque tempora, itemque regum historiam, eadem prorsus ratione chronologiae digerunt, quam nos praecedente capite diximus. Quin adeo Hebraeorum progeniem ab origine manare chaldaica satis exploratum est: namque chaldaeum fuisse Abrahamum, eiusque maiores Chaldaeam incoluisse liquido constat (1). Id etiam Moses scripto commendans narrat (*): « Tulitque, ait, » Thara Abramum filium suum, et Lotum filium Arani nepotem suum, » et Saram nurum suam uxorem Abrami filii sui, eduxitque eos e terra » Chaldaeorum (2) ». Itaque iuxta chronica Chaldaeorum opportunissime adscribitur Hebraeorum priscorum historia. Quae autem ab istis de diluvio traduntur, ea abs graecis fabulationibus vehementer abhorrent, quod quidem adtinet ad diluvium quod hae sub Deucalione contigisse aiunt. Immo et illud grande diluvium, quod Graeci in Ogygi aetatem incidisse tradunt, procul abest ab eius diluvii temporibus, cuius notitia apud Hebraeos vulgata est: nimirum hoc accidit mille et ducentis

(*) Καὶ ἔλαβε Θάρα τὸν Ἄβραμ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τὸν Λὼτ υἱὸν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ τὴν Σάραν τὴν νύμφην αὐτοῦ, γυναῖκα Ἄβραμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ τῆς χώρας τῶν Χαλδαίων. *Ex Genesi* XI. 31.

(1) Rem ex Philone, Iosepho, ac Polyhistore confirmat ipse Eusebius *Praep. ev.* VIII. 6. IX. 16. 17.

(2) Sic quidem scribit Eusebius ex vulgato LXX. Interpretum textu; sed Biblia armeniaca *Nachorum* quoque addunt: *Tulitque Thara Abramum filium suum, et Nachorum filium suum, et Lotum filium Arani filii sui* etc. Ergo iam licet feliciter expedire quaestionem, quam aliter solvebat Augustinus *de civ. D.* XVI. 13. *Narratur quemadmodum Thara cum suis regionem reliquerit Chaldaeorum et venerit in Mesopotamiam et habitaverit in Charra. Tacetur autem de uno eius filio Nachor, tamquam eum non duxerit secum. Sed invenimus postea, cum servum suum mitteret Abraham ad accipiendam uxorem filio suo Isaac, ita scriptum. « Et accepit puer etc. et » profectus est in Mesopotamiam in civitatem Na- » chor ». Isto et aliis sacrae historiae testimoniis ostenditur, etiam Nachor frater Abrahae exisse de regione Chaldaeorum, sedesque constituisse in Mesopotamia. Cur ergo Scriptura eum non commemoravit? Cur putamus, nisi forte quod a paterna et fraterna pietate desciverat, et superstitioni adhaeserat Chaldaeorum, et postea inde, sive paenitendo, sive persecutionem passus, quod suspectus haberetur, et ipse emigravit?* Nihil tamen de profectione Nachori est in textibus sive hebraico sive samaritano.

annis ante Ogygi tempora (1); quamvis ogygeum diluvium quinquaginta et ducentis annis (2) deucalioneo vetustius sit. Porro assyriorum chronicorum, quibus diluvii historia continetur, non modica est affinitas cum Hebraeorum oraculis, quibus denae ante diluvium successiones procreationum diligenter expensae traduntur.

2. Post diluvium vero a tribus viris toto orbe genus humanum disseminatum est. Namque a Iapheto cunctam Europam, et *regionem* ab Amano monte usque ad occidentalem oceanum aiunt incolis frequentatam: a Chamo Aegyptum, Libyam, universamque ultra ad occidentem solem plagam: a Semo denique fratrum natu maximo Assyriam et reliquas orientis partes. Primi quoque Babylonis conditûs Nebrothum aiunt auctorem litterae Hebraeorum his ipsissimis verbis: (*) « Chus Nebrothum genuit (3), qui, ut ait Scriptura, coepit esse gigas » in terra. Is erat gigas venator coram Deo. Unde dictum illud ma- » navit: quasi Nebrothus gigas coram Deo. Fuit autem principium » regni eius Babylon et Ored et Achad et Chalane in terra Senaar. » Ex eadem regione egressus est Assur qui Ninuem condidit ». Ninues nomine Ninum appellatam aiunt, quae fuit prima Assyriorum urbs regia, quaeque Assurum auctorem agnoscit. Erat autem hic de filiis Semi, a quo diximus occupatas omnes plagas orientis. Nati ex Semo feruntur (4)

(*) Χοῦς δὲ ἐγέννησε τὸν Νεβρὼδ· οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας κινηγὸς ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο ἐροῦσι· ὡς Νεβρὼδ γίγας κινηγὸς ἐναντίον Κυρίου. Καὶ ἐγένετο ἀρχὴ τῆς βασιλείας αὐτοῦ Βαβυλὼν καὶ Ὀρὲχ καὶ Ἀρχὰδ καὶ Χαλάννη ἐν τῇ γῇ Σενναάρ. Ἐκ τῆς γῆς ἐκείνης ἐξῆλθεν Ἀσσούρ. *Ex Gen. x. 8-12.*

---

(1) A diluvio noachico ad Abrahami ortum putaturus est infra p. 62 Eusebius annos DCCCCXLII. Nunc dicit, inter noachicum et ogygeum diluvium interpositos esse annos mille circiter et ducentos. Hinc est colligendum in quem fere Abrahami annum ab Eusebio ogygeum diluvium collatum sit: is enim locus secundi eusebiani libri desideratur in mutilo codice armeniaco. Sed enim quid Eusebius in Chronicis tradiderit de ogygei deucalioneique diluvii temporibus belle docet Augustinus *de civ. D.* XVIII. 8. et 10. *Nostri qui Chronica scripserunt, prius Eusebius, post Hieronymus, qui utique praecedentes aliquos historicos in hac opinione secuti sunt, post annos amplius quam trecentos iam secundo Argivorum Phoroneo rege regnante Ogygii diluvium fuisse commemorant . . . Ut nostri Eusebius et Hieronymus scribunt, adhuc Cecrope permanente, diluvium fuit quod appellatum est Deucalionis, eo quod ipse regnabat in earum terrarum partibus, ubi maxime factum est.*

(2) In codicis arm. margine CCX. Retinemus autem textûs lectionem: Nam et Cedrenus fol. 14. B. ait: Ὅτι δύο κατακλυσμοὶ κατὰ τὴν Ἑλλάδα γῆν διαβεβοημένοι γεγόνασι· πρῶτος ἐπὶ Ὠγύγου ἐν τῇ Ἀττικῇ· χρόνοις δὲ ὕστερον σμή ἐν Θετταλίᾳ ἐπὶ Δευκαλίωνος *Duo diluvia in Graecia celebri fama fuerunt: prius sub Ogygo; alterum post annos CCXLVIII sub Deucalione in Thessalia.*

(3) Hoc loco scribitur in codice arm. glossa quaedam seu nota quae ita se habet: *Chus est Aethiops a quo procreatus creditur Nebrothus.*

(4) *Gen.* x. 22.

etiam Elamus et Assurus et Arphaxades et Aramus et Ludus. At ex Elamo orti sunt Elamitae, gens prima Persarum (1): ab his Elymais urbs condebatur. Assuro Assyrii *progeniti sunt*: condebatque Assurus urbem Ninum, quae *mox* Ninue dicta est. Ex Arphaxade Arphaxadaei, qui et Chaldaei vocitati sunt (2). Ex Aramo Aramaei, quibus est nomen etiam Syri. Ex Ludo denique Lydi (3). Arphaxadis autem filius fuit Sala; huius Heberus, a quo Hebraeorum nomen et gens propagabatur. Hebero successit sexto loco Abrahamus iudaicae gentis patriarcha, decima post diluvium generatione. Haec hactenus. Quippe multa paucis diximus ad demonstrandam Hebraeorum cum Chaldaeis et Assyriis affinitatem. Nunc operae pretium est, re paulo altius repetita, principium facere chronologiae Hebraeorum.

3. Iam huius initio statim ea narrat *Moses* quae primigeniam nostram creationem spectant: post bonitatem autem amissam, primam humanarum stirpium evolvit historiam, quarum patriarcham praedicat Adamum, qui quidem generi universo homonymus est: namque Adam in Hebraeorum loquela cunctos homines *universim* significat. Aevum igitur, quo hic paradiso pulsus vitam protelavit, divinus per Mosem spiritus edisserit: tum recta serie posterorum eius successionem enumerat, itemque tempora pro singulorum aetatibus: prorsus ut ab Adamo usque re liceat atque ordinare Hebraeorum chronologiam.

4. ... tempora (*), quibus habitatum est in illo, qui Dei dictus est, paradiso nemo est qui effari queat. Immo mihi videtur mirabilis ille Moses, divino spiritu usus, nescio quod diversorium orbe nostro melius, et beatissimum aliquem Deo dilectae vitae incolatum innuere, cum primas humani generis sedes paradisum appellat (4): nempe Adamum in paradiso suaviorem dulcioremque vitam agitavisse, quam hominis est; quo *nomine* stirps hominum universa generatim designatur.

(*) Τὴν *μὲν ποσότητα τοῦ χρόνου τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγῆς τῶν πρωτοπλάστων ἀτράνωτον ἡμῖν ὁ θεόπτης* Μωσῆς *καταλέλοιπεν. Ex Syncello p. 4. B.*

(1) Suffragatur diserte Iosephus *Antiq.* I. 6. Ἔλαμος Ἐλαμαίους, Περσῶν ὄντας ἀρχηγέτας, κατέλιπεν: *Elamus Elamaeos, qui sunt Persarum progenitores, procreavit.*

(2) Idem plane tradit Iosephus loco praedicto: Ἀρφαξάδης τοὺς νῦν Χαλδαίους καλουμένους Ἀρφαξαδαίους ὠνόμασεν, ἄρξας αὐτῶν: *Arphaxades nomen Arphaxadaeis fecit, quorum princeps* (vel pater) *fuit.*

(3) Immo hi *Ludi* olim dicebantur teste Iosepho loco nuper laudato: Λυδοὺς νῦν καλοῦσι, Λούδους δὲ τότε, Λούδας ἔκτισε.

(4) De paradiso, in quo Moses collocatum Adamum narrat, haud absimili modo loquitur Eusebius *Praep. ev.* XII. 11. 13, qui et mosaicam narrationem opportunis Platonis locis confirmat.

5. Sed enim nostra haec chronologia nullam eius incolatus rationem habebit: neque *ordietur* a caelo terraque conditis, uti nonnulli *sibi faciendum* existimaverunt (1); sed ab eo tempore quo natura nostra coepit esse, uti nunc se habet, mortalis; atque eiusmodi vitae conditio ab prisco illo parente nobis oborta est: illo, inquam, qui paradiso excidit, dulcique ac feliciore vita depulsus est, et nomine dictus Adamus. Huius ego annos, quibus fatalem mortalemque vitam conclusit, ex hebraeis codicibus colligam; eosdemque, pergens ad eius successores, continuabo. Id videlicet hebraicae chronologiae caput est, unde etiam mosaicus liber hoc pacto auspicatur.

6. « (*) Et emisit eum, inquit, scilicet primum hominem, Dominus » Deus e paradiso deliciarum, ut terram excoleret de qua sumptus erat. Et » eiecit Adamum, eumque e regione paradisi deliciarum collocavit ». Tum addit (†): « Ingressus Adamus ad Evam uxorem suam est, quae » concepit peperitque Cainum ». Atque hinc omnino nostra haec chronologia exordium capiat: superioris autem temporis siqua est historia posterius efficta, ea prorsus ut relatu indigna repudietur. Age vero ipsi Hebraei in suis temporibus supputandis valde dissident inter se: quare operae pretium est in eorum varias sententias inquirere, ut ex instituta rite comparatione veritas elucescat. Porro mosaici quinque libri orbis opificium, aetates tum viventium ante diluvium tum priscorum hominum post illud, nec non hebraicas propagines, et denique Mosis ex hac vita excessum recitant.

7. Sed enim legis volumen apud Iudaeorum successores aliter se habet, atque apud Samaritanos (2) qui fuerunt Iudaeorum proselyti. Omnino ipsae litterae alia forma praeditae sunt apud Hebraeos, alia apud Samaritanos: atqui samaritanas genuinas et primigenias habendas esse, ne Iudaeorum quidem heredes infitias ibunt. Igitur ante mutatas litteras nullum inter eos discidium fuit. Rursus quod attinet ad chronologiam immanis

(*) *Καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτὸν Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, ἐργάζεσθαι τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθη. Καὶ ἐξέβαλε τὸν Ἀδὰμ καὶ κατῴκισεν αὐτὸν ἀπέναντι τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς.* Ex Gen. III. 23-24.

(†) *Ἀδὰμ δὲ ἔγνω Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· καὶ συνέλαβε καὶ ἔτεκε τὸν Κάϊν.* Ex Gen. IV. 1.

(1) Id institutum apud viliores saepe chronographos videre est.

(2) Codex arm. heic et deinceps habet *Schamertanos* pro *Samaritanos*, de qua differentia, quaecumque est, alibi dicemus.

est partium dissensus, quem mox comparatio a nobis instituenda vel apprime coarguet. Verumtamen graecae interpretationis structura quibusdam in locis a iudaica quidem vehementer abludit, ab hebraico-samaritana autem non aeque: ita ut ad diluvium usque cum hac non congruat; inde tamen usque ad tempora Abrahami consentientem habeat traditionem. Qui apud nos fertur textus septuaginta virorum, is sub Philadelpho Ptolemaeo (1) in graecanicum sermonem, *Aegypti* vernaculum ex hebraeo conversus, consensuque miro in alexandrina urbe elaboratus est (2); idemque in bibliotheca conditus et diligentissime conservatus. Nunc vero accurate perscribam (*) singulorum textuum sententiam, ut quivis facile differentiam intelligere queat singularum historiarum diversis coniecturis utentium.

8. Ergo primo (†) videamus, septuaginta virorum interpretatio ab Adamo ad ortum Abrahami cuiusmodi habeat chronologiam.

SEPTVAGINTA VIRORVM.

I. (⊕) Primus homo Adamus anno aetatis CCXXX genuit Sethum: vixitque adhuc (3) annis DCC usque ad CXXXV annum Malalaëlis.

(*) Εἶθ᾽ οὕτω καὶ τὰ παρὰ Εὐσεβίου τριχῶς ἐκτεθέντα, ὡς ἐκεῖνος φησὶ, κατά τε τοὺς ἑβδομήκοντα σοφοὺς ἑρμηνέας, καὶ κατὰ τὸ παρ᾽ Ἑβραίοις, καὶ ἔτι κατὰ τὸ παρὰ Σαμαρείταις ἀντίγραφον. *Ex Syncello p. 80. C.*

(†) Εἴδωμεν οὖν πρῶτον πῶς ἡ τῶν ο΄ ἑρμηνεία τὴν ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τῆς τοῦ Ἀβραὰμ γενέσεως χρονογραφίαν παρείληφεν. *Ex eodem p. 81. D.*

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΡΟΣ ΛΕΞΙΝ ΠΑΡΑ ΤΩΝ ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ.

(⊕) Πρῶτος ἀνθρώπων Ἀδὰμ γενόμενος ἐτῶν σλ΄ γεννᾷ τὸν Σὴθ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψ΄ μέχρις ρλε΄ Μαλαλεὴλ.

---

(1) *Ptolomaeus* interdum scribi pro *Ptolemaeus* pluribus exemplis confirmavimus p. 4. n. 1: quibus addere licet et Itinerarium Alexandri capp. LXXVIII. XCIV. CXV, nec non Iulium Valerium III. 90. 92. 94. Sed enim nos in chronico eusebiano (in quo multus de Ptolemaeis sermo est) hac uti scriptura iam piget. Quare vulgatam et emendatiorem deinceps sequemur *Ptolemaeus*.

(2) Rem notissimam notis illustrari quis ferat? Id unum monemus, Irenaeum scilicet *adv. haeres.* III. 25. (cuius sententiam refert etiam Clemens alex. *Strom.* I. 22. p. 409-410.) Bibliorum interpretationem curatam tradere sub Ptolemaeo Lagi filio, Philadelphi parente: hoc autem discidium componi quodammodo apud Eusebium *Hist. eccl.* VII. 32. ab Anatolio dicente eam interpretationem utrique regi oblatam; ex quo dicto intelligimus utrumque Ptolemaeum per id tempus regnavisse, nempe extrema Ptolemaei Lagi aetate. Sic fere opinatur Vossius *de historic. gr.* I. 12. Eusebius tamen non solum hoc loco, verum etiam posteriore libro, et *Praep. ev.* VIII. 1. Philadelphum unice hac in re commemorat.

(3) Interpres arm. utitur heic et deinceps locutione eiusmodi, ut pro *adhuc* videatur dicere *cum eo* vel *sub eo*. Sed graecus textus, itemque historicus armenius Samuel, qui eusebianum chronicum pressim sequitur, satis monent dicendum esse *adhuc*.

II. Sethus annos natus CCV genuit Enosum: vixitque adhuc annis DCCVII usque ad XX annum Enochi.

III. Enosus annos natus CXC genuit Cainanum: vixitque adhuc annis DCCXV usque LIII annum Mathusalae.

IV. Cainanus annos natus CLXX genuit Malalaëlem: vixitque adhuc annis DCCXL usque ad LXXXI annum Lamechi.

V. Malalaël annos natus CLXV genuit Iaredum: vixitque adhuc annis DCCXXX usque ad XXXXVIII annum Noachi.

VI. Iaredus annos natus CLXII genuit Enochum: vixitque adhuc annis DCCC usque ad CCLXXX annum Noachi.

VII. Enochus annos natus CLXV genuit Mathusalam: vixitque adhuc annis CC, translatusque est anno trigesimo tertio Lamechi.

VIII. Mathusala annos natus CLXVII genuit Lamechum: vixitque adhuc annis DCCCII. Sub eo contigit diluvium annis ante viginti duobus (1), unde et summa *reliquae* eius vitae cognoscitur. Secundum vero alia exemplaria vixit *genito Lamecho* adhuc annis DCCLXXXII (2) et ingruente diluvio obiit.

Σὴθ γενόμενος ἐτῶν σέ γεννᾷ τὸν Ἐνὼς· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψζ´ μέχρις εἰκοστοῦ ἔτους Ἐνὼχ.

Ἐνὼς γενόμενος ἐτῶν ρϛ´ γεννᾷ τὸν Καϊνᾶν· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψιέ μέχρις νγ´ ἔτους Μαθουσάλα.

Καϊνᾶν γενόμενος ἐτῶν ρό γεννᾷ τὸν Μαλαλεὴλ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψμ´ μέχρις πα´ ἔτους Λάμεχ.

Μαλαλεὴλ γενόμενος ἐτῶν ρξέ γεννᾷ τὸν Ἰάρεδ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψλ´ μέχρις μή ἔτους Νῶε.

Ἰάρεδ γενόμενος ἐτῶν ρξβ´ γεννᾷ τὸν Ἐνὼχ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ω´ μέχρι σπ´ ἔτους Νῶε.

Ἐνὼχ γενόμενος ρξέ γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα· καὶ ἐπέζησεν ἔτη σ´, καὶ μετετέθη ἐν ἔτει λγ´ τοῦ Λάμεχ.

Μαθουσάλα γενόμενος ἐτῶν ρξζ´ γεννᾷ τὸν Λάμεχ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωβ´.

---

(1) Dicendum est *quatuordecim*. Erant enim gignentis Mathusalae anni CLXVII; quibus addendi sunt CLXXXVIII Lamechi gignentis Noachum. His rursus addendi DC Noachi usque ad diluvium, quae est summa annorum DCCCCLV. Vixit autem Mathusala annis DCCCCLXIX; ergo annis XIV diluvium excessit. Atque haec est famosa quaestio, ut verbis Hieronymi *Quaest. in Gen.* V. 25 utamur, et disputatione omnium ecclesiarum ventilata, quod nimirum iuxta diligentem supputationem quatuordecim annos post diluvium Mathusala vixisse referatur. Sed enim Augustinus *de civ. D.* XV. 13. et *Quaest. II. in Gen.* itemque *de peccato orig. II.* 27. ait, in quibusdam graecis LXX virorum codicibus nec non in uno latino et uno syro inveniri Mathusalam sex annis ante diluvium fuisse defunctum.

(2) Biblia sane armeniaca aiunt Mathusalam post genitum Lamechum superfuisse annis DCCLXXXII;

IX. Lamechus annos natus CLXXXVIII genuit Noachum: vixitque adhuc annis DXXXV. Ante patrem suum Mathusalam Lamechus obiit, producta vita usque ad DXXXV annum Noachi.

X. Noachus annos natus D genuit Semum, Chamum et Iaphethum: vixitque adhuc usque ad diluvium annis C. Sexcentesimo Noachi anno diluvium conflatum est. Vixitque Noachus post diluvium cum filiis suis annis CCCL usque ad annum octogesimum tertium (1) Heberi.

Summa annorum MMCCXLII. Haec secundum septuaginta virorum interpretationem.

9. HEBRAICVM VERO IVDAEORVM EXEMPLAR ITA SE HABET.

I. Adamus anno aetatis CXXX genuit Sethum: vixitque adhuc annis DCCC usque ad LVI annum Lamechi.

II. Sethus annos natus CV genuit Enosum: vixitque adhuc annis DCCCVII usque ad CLXVIII annum Lamechi.

III. Enosus annos natus XC genuit Cainanum: vixitque adhuc annis DCCCXVII usque ad LXXXIV annum Noachi.

Λάμεχ γενόμενος ἐτῶν ρπή γεννᾷ τὸν Νῶε· καὶ ἐπέζησεν ἔτη φλέ. Πρῶτος Λάμεχ πρὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς τελευτᾷ τοῦ Μαθουσάλα· ἐπέζησε δὲ μέχρις φλέ ἔτους Νῶε. Ex Syncello p. 81-82.

Νῶε γενόμενος ἐτῶν φ́ γεννᾷ τὸν Σὴμ, τὸν Χὰμ, τὸν Ἰάφεθ· καὶ ἐπέζησεν μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη ρ́. Ἐν ἔτει χ́ τοῦ Νῶε ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο· καὶ ἐπέζησεν Νῶε μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη τ́ν μέχρις πγ́ Ἔβερ. Ὁμοῦ τὰ πάντα βσμβ́. Ταῦτα μὲν κατὰ τὴν ὅ ἑρμηνείαν. Ex Syncello p. 83. D.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΡΟΣ ΛΕΞΙΝ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΕΒΡΑΙΚΟΥ.

Ἀδὰμ γενόμενος ἐτῶν ρλ́ γεννᾷ τὸν Σὴθ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ώ ἕως νς́ ἔτους Λάμεχ.

Σὴθ γενόμενος ἐτῶν ρέ γεννᾷ τὸν Ἐνὼς· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωζ́ μέχρι ρξή ἔτους Λάμεχ.

Ἐνὼς γενόμενος ἐτων ϛ́ γεννᾷ τὸν Καϊνᾶν· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωιέ μέχρις πδ́ ἔτους Νῶε.

---

verum eadem docent Mathusalam genuisse anno aetatis CLXXXVII, extinctumque anno DCCCCLXIX: quare et de sententia Armeniorum Mathusala diluvio superfuit.

(1) Codex arm. LXXX, sed mendum tollitur tum a graeco textu, tum supputatis annis CCCL Noachi qui pertingunt ad annum LXXXIII Heberi.

IV. Cainanus annos natus LXX genuit Malalaëlem: vixitque adhuc annis DCCCXL usque ad CLXXIX annum Noachi.

V. Malalaël annos natus LXV genuit Iaredum: vixitque adhuc annis DCCCXXX usque ad CCXXXIV annum Noachi.

VI. Iaredus annos natus CLXII (1) genuit Enochum: vixitque adhuc DCCC usque ad CCCLXVI (2) annum Noachi.

VII. Enochus annos natus LXV genuit Mathusalam: vixitque adhuc annis CCC, translatusque est anno centesimo decimo tertio Lamechi.

VIII. Mathusala annos natus CLXXXVII (3) genuit Lamechum: vixitque adhuc annis DCCLXXXII ultra ipsum diluvium (4).

IX. Lamechus (5) annos natus CLXXXII genuit Noachum: vixitque adhuc annis DLXXXXV. Is obiit quinto anno ante diluvium.

X. Noachus annos natus D genuit Semum, Chamum et Iaphetum: vixitque adhuc (6) annis C usque ad diluvium. Anno sexcentesimo Noachi diluvium fuit. Vixitque adhuc post diluvium annis CCCL usque ad annum LVIII Abrahami.

Καϊνᾶν γενόμενος ἐτῶν ό γεννᾷ τὸν Μαλαλεὴλ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωμ´ μέχρις ρό ἔτους Νῶε.

Μαλαλεὴλ γενόμενος ἐτῶν ξέ γεννᾷ τὸν Ἰάρεδ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωλ´ μέχρις σλδ´ ἔτους Νῶε.

Ἰάρεδ γενόμενος ἐτῶν ρξβ´ γεννᾷ τὸν Ἐνὼχ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ω´ μέχρις τξή (7) ἔτους Νῶε.

Ἐνὼχ γενόμενος ἐτῶν ξέ γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα· καὶ ἐπέζησεν ἔτη τ´, καὶ μετετέθη ἐν ἔτει ριγ´ Λάμεχ.

Μαθουσάλα γενόμενος ἐτῶν ρπζ´ γεννᾷ τὸν Λάμεχ· καὶ ἐπέζησεν ψπβ´ ἕως αὐτοῦ τοῦ κατακλυσμοῦ.

Νῶε γενόμενος ἐτῶν φ´ γεννᾷ τὸν Σὴμ, τὸν Χὰμ, τὸν Ἰάφεθ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ρ´ μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ. Ἐν ἔτει χ´ τοῦ Νῶε ὁ κατακλυσμὸς ἐγεννήθη· καὶ ἐπέζησεν Νῶε μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη τν´ μέχρις νη´ ἔτους Ἀβραάμ.

(1) Codex arm. tantum LXII; sed contra est inferius. p. 57. Veram lectionem tuetur etiam Augustinus *de civ. D.* XV. 10. qui ait: *In sexta generatione nusquam utrique codices* (graecus et hebraicus) *discrepant.*

(2) Codex arm. tantum LXVI.

(3) Hinc corrigendus Augustini locus *de civ. D.* XV. 13. in quo mendose scribitur CLXXXII.

(4) Etiam in hebraicis codicibus exhiberi Mathusalam diluvio superstitem tradit diserte Hieronymus *Quaest. in Gen.* V. 25. At Augustinus *de civ. D.* XV. 11. et *Quaest. II. in Gen.* existimabat in hebraicis dici Mathusalam praemortuum diluvio. Num ergo Augustinus designat potius codices hebraico-samaritanos?

(5) Lamechi generatio desideratur nunc in Eusebii textu graeco apud Syncellum,

(6) Codex arm. videtur habere *cum illis*. Recole dicta superius p. 53. n. 3.

(7) Scribe τξς´.

Summa annorum MDCLVI. Dissentit a septuaginta virorum interpretatione annis octoginta sex supra quingentos.

10. Hoc annorum numero, aliorum quidem patriarcharum ab Adamo ad Noachum tempora, antequam quisque procreare liberos inciperet, differunt a septuaginta virorum interpretatione: cum eadem autem consentiunt Iaredi, Mathusalae et Lamechi tempora (1). Iam ex *trium* horum concordia pronum est coniicere, lectionem nostram etiam in praecedentibus melius se habere. Namque e copia temporis Iaredi aliorumque duorum, palam fit, praecedentia quoque cum septuaginta virorum editione consentire debere. Sane si iuniorum natuque minorum tempora (2), propter auctas annorum centurias, in hebraico textu respondent septuaginta virorum interpretationi; multo magis oportet vetustiores illos et progenitores copia temporis posteris suis antecelluisse. Quippe in contrahenda summa aetatis, quam quisque ex iis hominibus vixit, tempus videmus alia se ratione ante nuptias quam post nuptias habere. Namque post nuptias in Hebraeorum lectione idem numerus est qui in septuaginta interpretibus; ita ut tantummodo ante nuptias subtrahantur anni in Iudaeorum exemplaribus. Ego

Ὁμοῦ τὰ πάντα ἔτη αχνϛ΄. Διαφωνεῖ πρὸς τὴν τῶν ό ἑρμηνείαν ἐν ἔτεσι φπϛ΄.

Ἐν τούτοις οἱ μὲν τῶν ἄλλων τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ ἐπὶ Νῶε χρόνοι πρὸ τῆς ἑκάστου παιδοποιίας διεστήκασι πρὸς τὴν ό ἑρμηνείαν· συμφωνοῦσι δὲ αὐτῇ οἱ του Ἰάρεδ καὶ τοῦ Μαθουσάλα καὶ τοῦ Λάμεχ· ἐκ δὲ τῆς τούτων συμφωνίας πάρεστι λογισμῷ λαβεῖν, ὅτι καὶ τὰ πρὸ τούτων βέλτιον ὡς παρ' ἡμὶν ἀνάγνωσις ἔχει. Ἀπὸ γὰρ τοῦ πλείονος χρόνου τοῦ περὶ τὸν Ἰάρεδ δῆλος ἂν γένοιτο καὶ ὁ τῶν προαγόντων συντρέχειν ὀφείλων τῇ τῶν ό ἐκδόσει. Εἰ γὰρ οἱ νεώτεροι καὶ μεταγενέστεροι τοις χρόνοις ταῖς τῶν ἑκατοντάδων προσθήκαις εὕρηνται κατὰ τὴν τοῦ ἑβαϊκοῦ γραφὴν σύμφωνοι τῇ τῶν ό ἑρμηνείᾳ, πόσῳ πλέον εἰκὸς ἦν τοὺς ἀρχαιοτέρους καὶ αὐτῶν ἐκείνων προπάτορας, μαλλον τῶν μετέπειτα, πολυχρονιωτέρους γενέσθαι; Ὁρῶν δὲ ἐν τῇ συγκεφαλαιώσει τῆς ἑκάστου ἀνδρὸς ζωῆς, τὸν πρὸ τῆς παιδοποιίας χρόνον, καὶ τὸν μετὰ τὴν παιδοποιίαν ἅμα συναγόμενον τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν σώζοντα, κατά τε τὴν τῶν Ἑβραίων ἀνάγνωσιν, καὶ κατὰ τὴν τῶν ό ἑρμήνειαν, μόνα δὲ τὰ πρὸ τῆς τεκνογονίας ἔτη παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἀντιγράφων συνεσταλμένα.

(1) Recole superiores locos, tum latinos ex armeniacis, tum graecos cum notis. Neque enim tantas componere lites nostrum est.

(2) Nempe post diluvium.

equidem suspicione percutior, id Iudaeorum opera curatum esse, qui ausi sint tempora nuptias praecedentia mutilare atque subtrahere accelerandi causa coniugii et procreationis. Quippe si ii vetustissimi et longaevi et annosi adeo praemature ad nuptias gignendumque accesserunt, uti lectio Iudaeorum demonstrat; quis eum morem praecocium nuptiarum sedulo imitari nolit?

II. SECVNDVM HEBRAICVM SAMARITANORVM EXEMPLAR

I. Adamus anno aetatis CXXX (1) genuit Sethum: vixitque adhuc annis DCCC usque ad CCXXIII annum Noachi.

II. Sethus annos natus CV genuit Enosum: vixitque adhuc annis DCCCVII usque ad annum CCCXXXV Noachi.

III. Enosus annos natus LXXXX genuit Cainanum: vixitque adhuc annis DCCCXV usque ad CCCCXXXIII annum Noachi.

IV. Cainanus annos natus LXX genuit Malalaëlem: vixitque adhuc annis DCCCXL usque ad DXXVIII annum Noachi.

V. Malalaël annos natus LXV genuit Iaredum: vixitque adhuc annis DCCCXXX usque ad DLXXXIII annum Noachi.

κινοῦμαι μήποτε Ἰουδαίων ἔργον ἦν τοῦτο τολμησάντων συστεῖλαι καὶ ἐπιτραχῦναι τοὺς πρὸ τῆς παιδοποιίας χρόνους ἐπιτροπῇ ταχυγαμίας. Τῶν γὰρ παλαιοτάτων ἀνδρῶν μακροβίων ὄντων καὶ πολυχρονίων, οὕτω δὲ κατὰ τούτους θᾶττον ἐπὶ τοὺς γάμους καὶ παιδοποιίας ἐλθόντων, ὡς ἡ παρ᾽ αὐτοῖς ἀνάγνωσις δηλοῖ, τίς οὐκ ἂν αὐτῶν τῆς ταχυγαμίας τὸν ὅμοιον τρόπον ἐζήλωσεν;

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΡΟΣ ΛΕΞΙΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΡΑ ΣΑΜΑΡΕΙΤΑΙΣ. ΚΑΤΑ ΔΕ ΤΟ ΠΑΡΑ ΣΑΜΑΡΕΙΤΑΙΣ ΕΒΡΑΙΚΟΝ

Ἀδὰμ γενόμενος ἐτῶν ρλ´ γεννᾷ τὸν Σὴθ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ω´ μέχρις σκγ´ ἔτους Νῶε.

Σὴθ γενόμενος ἐτῶν ρε´ γεννᾷ τὸν Ἐνὼς καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωζ´ ἕως τλε´ ἔτους Νῶε.

Ἐνὼς γενόμενος ἐτῶν ϛ´ γεννᾷ τὸν Καϊνᾶν· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωιε´ μέχρι υλγ´ ἔτους Νῶε.

Καϊνᾶν γενόμενος ἐτῶν ο´ γεννᾷ τὸν Μαλαλεὴλ· καὶ ἐπέζησεν ωμ´ μέχρις φκη´ ἔτους Νῶε.

Μαλαλεὴλ γενόμενος ἐτῶν ξε´ γεννᾷ τὸν Ἰάρεδ. καὶ ἐπέζησεν ἔτη ωλ´ μέχρις φλγ´ ἔτους Νῶε.

---

(1) Codex arm. CXC.

VI. Iaredus annos natus LXII genuit Enochum: vixitque adhuc annis DCCLXXXV ultra ipsum diluvium.

VII. Enochus annos natus LXV genuit Mathusalam: vixitque adhuc annis CCC, translatusque est anno centesimo octogesimo Noachi.

VIII. Mathusala annos natus LXVII genuit Lamechum: vixitque adhuc annis DCLIII (1) usque ad diluvium.

IX. Lamechus annos natus LIII genuit Noachum: vixitque adhuc annis DC usque ad diluvium (2).

X. Noachus annos natus D genuit Semum: vixitque adhuc annis C usque ad diluvium. Anno Noachi sexcentesimo accidit diluvium: vixitque adhuc Noachus post diluvium annis CCCL usque ad octogesimum tertium annum Heberi.

Ἰάρεδ γενόμενος ἐτῶν ξβ´ γεννᾷ τὸν Ἐνὼχ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψπέ μέχρις αὐτοῦ τοῦ κατακλυσμοῦ.

Ἐνὼχ γενόμενος ἐτῶν ξ (3) γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα· καὶ ἐπέζησεν ἔτη τ´· μετετέθη ρπ´ του Νῶε.

Μαθουσάλα γενόμενος ἐτῶν ξζ´ γεννᾷ τὸν Λάμεχ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη χνγ´ ἕως του κατακλυσμου.

Λάμεχ γενόμενος ἐτῶν νγ´ γεννᾷ τὸν Νῶε· καὶ ἐπέζησεν ἔτη χ´ μέχρις αὐτοῦ του κατακλυσμου.

Νῶε γενόμενος ἐτῶν φ´ γεννᾷ τὸν Σὴμ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ρ´ μέχρι τοῦ κατακλυσμου. Ἐν ἔτει τοῦ Νῶε χ´ ὁ κατακλυσμὸς ἐγεννήθη· καὶ ἐπέζησεν Νῶε μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη τν´ μέχρις πγ´ ἔτους Ἕβερ.

---

(1) Mirari subit quod Hieronymus *Quaest. in Gen.* v. 25. dicat: *In hebraeis et Samaritanorum libris ita scriptum reperi « Et vixit Mathusala centum » octoginta septem annis et genuit Lamech. Et vixit » Mathusala postquam genuit Lamech septingentos » octoginta duos annos »* etc. Atqui textus editus samaritanus ita se habet uti scribit Eusebius. Est autem in ambrosiana bibliotheca satis vetus et pretiosissimus pentateuchi samaritani codex membraneus, quem in urbe Sichem invenit olim Frater ille Thomas novariensis cuius in arabicis studiis non obscura laus est. Iam et hic codex, quantum in detritis pagellis legere nobis licuit, edito textui samaritano suffragatur. Certe ab Eusebio τῶν LXX sententiae adhaerente existimatum esse Mathusalam diluvio superstitem confirmat Syncellus p. 20. C. Ὁ Εὐσέβιος περὶ τοῦ Μαθουσάλα φησὶν, ὅτι τοῦτον ὑπερβῆναι τὸν κατακλυσμόν. Quot autem annis Mathusala diluvium de Eusebii sententia excesserit vide superius p. 54. Denique quum ibidem dicat Eusebius Mathusalam in aliquot exemplaribus tradi superstitem post gignendum annis DCCLXXXII, notandum erat egregium testimonium Syncelli p. 114. A, qui id apud Eusebium legerat: Τινὲς δὲ φασὶν, ὧν εἷς ὁ Εὐσέβιος, ἔχειν τινὰ τῶν αντιγράφων ὅτι ψπβ´ ἐπέζησεν Μαθουσάλα μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτόν.

(2) Codex arm. *ultra ipsum diluvium*, sed plane id mendum est.

(3) Graecus textus Eusebii apud Syncellum ita habet LX; sed sunt LXV in biblicis exemplaribus: idque confirmatur a summa, quae subditur, annorum MCCCVII. Nunc autem armenius interpres docet, ab ipso quoque Eusebio scriptos fuisse LXV.

Summa annorum MCCCVII. Differt ab hebraico Iudaeorum exemplari annis CCCXLIX; a septuaginta autem virorum interpretatione annis DCCCCXXXV. Atque haec ante diluvium.

12. Nunc age ad tempora, quae consecuta sunt, accedamus. Atque illud in primis menti nostrae consignatum habeamus, quod nimirum hebraicae de diluvio narrationi Chaldaeorum quoque codices adsonent, itemque de arca a Noacho condita. Equidem post commemoratam a me diligenter Chaldaeorum historiam, superfluum duco eosdem denuo sermones oggerere. Ceterum quod illa aquarum alluvies celsissimum quemque montem excesserit, nos ipsi, qui haec scribimus, rei veritatem oculis speculati sumus. Nostra enim aetate pisces aliquot in excelsis Libani montis fastigiis reperti sunt. Nam quum lapides aedificiorum causa e summis iugorum latomiis exciderentur, varia maritimorum piscium genera in montanis cavernis petasonum instar deprehensa sunt, ad hanc usque diem utcumque incolumia: ideoque nobis placuit antiquae illius historiae perspicuum testimonium oculis contemplari. Sed haec qui audiunt pro suo quisque libito comprobent; nos instituta persequamur.

13. Post diluvium anno altero

Ὁμοῦ τὰ πάντα ἔτη ατζ´. Διαφωνεῖ πρὸς μὲν τὸ ἰουδαϊκὸν ἔτεσι τμθ´, πρὸς δὲ τὴν τῶν ό ἑρμηνείαν ἔτεσιν ϡλέ. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ.

Ἐπίωμεν δὲ καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα χρόνους, πρῶτον ἐκεῖνο σημειωσάμενοι, τὸ συμφώνως τοῦ παρ' Ἑβραίοις ἱστορουμένου κατακλυσμοῦ, καὶ τὴν Χαλδαίων μνημονεῦσαι γραφὴν τῆς τε κατασκευασθείσης ὑπὸ τοῦ Νῶε κυβωτοῦ. Τὸ δὲ τὸν κατακλυσμὸν ἀρθῆναι ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων, καὶ ἡμῖν τοῖς μετὰ ταῦτα γράφουσιν ἀλήθειαν ἐπιστώσατο αὐτοψία τινῶν ἰχθύων καθ' ἡμᾶς εὑρημένων ἄνω πρὸς αὐταῖς τοῦ Λιβάνου ταῖς ὑψηλοτάταις ἀκρωρείαις· λίθους γὰρ ἐνθένδε εἰς οἰκοδομάς τινὲς ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἐκτέμνοντες, θαλαττίων ἰχθύων εὗρον διάφορα γένη, ἃ δὴ ἐπὶ τῶν κατὰ ὄρη κοιλωμάτων συναποπαγῆναι τῇ ἰλύϊ, καὶ τεταριχευμένων δίκην εἰς δεῦρο διαμεῖναι συνέβη, ὥστε ἡμῖν, δι' αὐτῆς τῆς ὄψεως, τὴν τοῦ παλαιοῦ λόγου σωθῆναι μαρτυρίαν.

SECVNDVM SEPTVAGINTA VIRORVM INTERPRETATIONEM

I. Semus Noachi filius genuit Arphaxadem: vixitque adhuc annis D usque ad CI annum Phaleci.

II. Arphaxades annos natus CXXXV genuit Salam: vixitque adhuc annis CCCCIII usque ad IX annum Ragavi.

III. Sala (1) annos natus CXXX genuit Heberum: vixitque adhuc annis CCCCVI usque ad VII annum Seruchi.

IV. Heberus annos natus CXXXIV genuit Phalecum: vixitque adhuc annis CCCCXXXIII usque ad XXXVIII annum Nachori.

V. Phalecus annos natus CXXX genuit Ragavum: vixitque adhuc annis CCIX usque ad LXXV annum Seruchi.

Illius (2) aetate terra divisa est: ideoque Phalecus in Hebraeorum sermone significat divisionem. Is patri suo praemortuus est. Sub eodem consurrexit turris aedificium: tum ex una eatenus lingua plurimi sermones propagati sunt, et suum cuique genti idioma tributum. Rem

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΤΩΝ Ο ΕΡΜΗΝΕΙΑΝ.

Μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτους δευτέρου

Σὴμ υἱὸς Νῶε γεννᾷ τὸν Ἀρφαξὰδ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη φ´ μέχρι ρα´ ἔτους Φαλὲκ.

Ἀρφαξὰδ γενόμενος ἐτῶν ρλε´ γεννᾷ τὸν Σαλὰ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη υγ´ μέχρι θ´ ἔτους Ῥαγὰμ.

Σαλὰ γενόμενος ἐτῶν ρλ´ γεννᾷ τὸν Ἕβερ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη υϛ´ μέχρις ζ´ ἔτους Σεροὺχ.

Ἕβερ γενόμενος ἐτῶν ρλδ´ γεννᾷ τὸν Φαλὲκ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη υλγ´ μέχρις λη´ ἔτους Ναχὼρ.

Φαλὲκ γενόμενος ἐτῶν ρλ´ γεννᾷ τὸν Ῥαγὰμ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη σθ´ μέχρις οε´ ἔτους Σεροὺχ.

Ἐν ταῖς ἡμέραις Φαλὲκ, (ὃς) τῇ Ἑβραίων φωνῇ μερισμὸς (μεθερμηνεύεται, διεμερίσθη ἡ γῆ). Καὶ οὗτος πρὸ τοῦ πατρὸς τελευτᾷ. Κατὰ τοῦτον ἡ

(1) Salam filium Cainanis, hunc autem Arphaxadis tradit Lucas III. 36. Iam hunc Cainanem ab omnibus chronographis in ordinem procreationum fuisse relatum tradit Moses Chorenensis *Hist.* I. 4. At Eusebius omisit; ergo Chorenensis Eusebii chronicon ignorabat, quum alioqui eius historiam ecclesiasticam in armeniam linguam translatam legeret II. 9. Ob Cainanem praetermissum saepe reprehendit Eusebium Syncellus pp. 36. 42. 79. 92. 115. 168. Hac super re disputat etiam Samuel in chronologia.

(2) Nempe *Phaleci.* In textu est *Seruchi*, quod mendum tollitur in margine codicis scribendo *illius.* Id autem mendum similitudine vocum armeniacarum SORA *illius* et SERVCA *Seruchi* generatum fuerat.

divini libri memorant, eidemque sententiae suffragantur exterarum etiam gentium scripta, nempe ita tradit polyhistor Alexander in chaldaicarum rerum volumine, itidemque Abydenus: quorum verba superius in chaldaicis monumentis protuli (1). Iam post Phalecum

VI. Ragavus annos natus CXXXV genuit Seruchum: vixitque adhuc annis CCVII usque ad LXXVII (2) annum Nachori.

VII. Seruchus annos natus CXXX genuit Nachorum: vixitque adhuc annis CC usque ad LI annum Abrahami.

VIII. Nachores annos natus LXXIX genuit Tharam: vixitque adhuc annis CXIX usque ad XXXXIX annum Abrahami.

IX. Thara annos natus LXX genuit Abrahamum: vixitque adhuc annis CXXXV usque ad XXXV annum Isaaci.

X. Abrahami annus primus. Is est iudaeae gentis progenitor. Eius aetate Assyriis cunctisque Asiaticis dominati sunt Ninus atque Samiramis. A diluvio ad primum annum Abrahami congeruntur anni DCCCCXLII. Erant autem ab Adamo ad diluvium anni MMCCXLII (3); summa igitur est annorum MMMCLXXXIV (4).

14. Tamen anno post diluvium altero

πυργοποιία συνέστη, καὶ ἀπὸ μιᾶς τῆς πάλαι διαλέκτου πολυφωνία γέγονεν καὶ ἡ καθ' ἕκαστον ἔθνος τῶν γλωσσῶν διαφορά. Μετὰ δὲ τὸν Φαλὲκ

Ῥαγὰμ γενόμενος ρλέ γεννᾷ τὸν Σεροὺχ καὶ ἐπέζησεν ἔτη σζ' μέχρις οζ' Ναχώρ.

Σεροὺχ γενόμενος ἐτῶν ρλ' γεννᾷ τὸν Ναχώρ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη σ' μέχρις να' ἔτους Ἀβραάμ.

Ναχὼρ γενόμενος ἐτῶν οθ' γεννᾷ τὸν Θάῤῥα· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ριθ' μέχρις οζ' (5) ἔτους Ἀβραάμ.

Θάῤῥα γενόμενος ἐτῶν ο' γεννᾷ τὸν Ἀβραάμ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ρλέ μέχρις λέ ἔτους Ἰσαάκ.

Ἀβραὰμ ἔτος πρῶτον. Οὗτος ἦν ὁ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους προπάτωρ. Κατὰ τοῦτον Ἀσσυρίας καὶ τῆς Ἀσίας πάσης ἐβασίλευσεν Νινος καὶ Σεμίραμις. Ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη ϡμβ'. Ἦν δὲ τὰ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη ͵βσμβ'. Τὰ πάντα συνάγεται ἔτη ͵γρπδ'.

(1) Capp. IV. et VIII.

(2) Textus arm. LXX, sed ibidem in margine LXXVII.

(3) Hanc summam recte definitam ab Eusebio censet Syncellus p. 54. A. Εὐσέβιος ͵βσμβ' ὑγιῶς ἔθετο καὶ ὁμοφώνως τῇ γραφῇ. Idem ait p. 83. C.

(4) Hunc diserte annorum numerum definitum fuisse apud Eusebium ab Adamo ad Abrahamum docet Syncellus pp. 35. 54. 92. 111.

(5) Ita nunc se habet graecus textus; sed mendum corrigitur ab armenio interprete, qui meliore lectione usus est.

SECVNDVM HEBRAICVM IVDAEORVM EXEMPLAR

I. Semus Noachi filius genuit Arphaxadem: vixitque adhuc annis D usque ad L annum Iacobi.

II. Arphaxades annos natus XXXV genuit Salam, vixitque adhuc annis CCCCIII usque ad XXXXVIII annum Isaaci.

III. Sala annos natus XXX genuit Heberum: vixitque adhuc annis CCCCIII usque ad XVIII annum Iacobi.

IV. Heberus annos natus XXXIV genuit Phalecum: vixitque adhuc annis CCCCXXX usque ad LXXIX annum Iacobi.

V. Phalecus annos natus XXX genuit Ragavum: vixitque adhuc annis CCIX usque ad XXXXVIII annum Abrahami.

VI. Ragavus annos natus XXXII genuit Seruchum: vixitque adhuc annis CCVII usque ad LXXVIII annum Abrahami.

VII. Seruchus annos natus XXX genuit Nachorum: vixitque adhuc annis CC usque ad primum annum Isaaci.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟ ΠΑΡΑ ΙΟΥΔΑΙΟΙΣ ΕΒΡΑΙΚΟΝ.

Ἔτους δευτέρου μετὰ τὸν κατακλυσμὸν

Σὴμ υἱὸς Νῶε γεννᾷ τὸν Ἀρφαξὰδ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη φ´ μέχρις νέ (1) ἔτους Ἰακὼβ.

Ἀρφαξὰδ γενόμενος ἐτῶν λέ γεννᾷ τὸν Σαλὰ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη υγ´ μέχρις μή ἔτους Ἰσαὰκ.

Σαλὰ γενόμενος ἐτῶν λ´ γεννᾷ τὸν Ἔβερ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη υγ´ μέχρι ιή ἔτους Ἰακὼβ.

Ἔβερ γενόμενος ἐτῶν λδ´ γεννᾷ τὸν Φαλὲκ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη υλ´ μέχρις οθ´ ἔτους Ἰακὼβ.

Φαλὲκ γενόμενος ἐτῶν λ´ γεννᾷ τὸν Ῥαγαῦ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη σθ´ μέχρις μή ἔτους Ἀβραὰμ.

Ῥαγαῦ γενόμενος ἐτῶν λβ´ γεννᾷ τὸν Σεροὺχ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη σζ´ μέχρις οή Ἀβραὰμ.

Σεροὺχ γενόμενος ἐτῶν λ´ γεννᾷ τὸν Ναχὼρ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη σ´ μέχρι πρώτου ἔτους Ἰσαὰκ.

---

(1) Ita nunc textus; sed veram lectionem exhibet armenius interpres L. Sic enim colliguntur anni reliqui Semi quingenti, quandoquidem Iacobus natus est anno Isaaci LX (*Gen.* XXV. 26.).

VIII. Nachorus annos natus XXIX genuit Tharam: vixitque adhuc annis CXIX usque ad XXXXIX annum Abrahami.

IX. Thara annos natus LXX genuit Abrahamum: vixitque adhuc annis CXXXV (1) usque ad XXXV annum Isaaci.

X. Abrahami annus primus. A diluvio ad primum annum Abrahami conficiuntur anni CCLXXXXII. Ab Adamo autem summa est annorum MDCCCCXXXXVIII. Differt a septuaginta virorum interpretatione annis MCCXXXV.

15. Tamen anno post diluvium altero

SECVNDVM HEBRAICVM SAMARITANORVM EXEMPLAR

I. Semus Noachi filius genuit Arphaxadem: vixitque adhuc annis D usque ad CI annum Phaleci.

II. Arphaxades annos natus CXXXV genuit Salam: vixitque adhuc annis CCCIII (2) usque ad XXXIX annum Phaleci.

III. Sala annos natus CXXX genuit Heberum: vixitque adhuc annis CCCIII (3) usque ad XXXIX Ragavi.

Ναχὼρ γενόμενος ἐτῶν κθ' γεννᾷ τὸν Θάῤῥα. καὶ ἐπέζησεν ἔτη ριθ' μέχρις μθ' ἔτους Ἀβραάμ.

Θάρρα γενόμενος ἐτῶν ό γεννᾷ τὸν Ἀβραάμ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ρλέ μέχρις λέ ἔτους Ἰσαάκ.

Ἀβραάμ ἔτος πρῶτον. Ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τοῦ ά ἔτους Ἀβραάμ ἔτη σϟβ'. Τὰ δὲ πάντα ἀπὸ Ἀδὰμ ἔτη ᾳϡμή. Διαφωνεῖ πρὸς τὴν τῶν ό ἑρμηνείαν ἔτεσι ᾳσλέ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟ ΣΑΜΑΡΙΚΟΝ ΕΒΡΑΙΚΟΝ.

Ἔτους β' μετὰ τὸν κατακλυσμὸν

Σὴμ υἱὸς Νῶε γεννᾷ τὸν Ἀρφαξὰδ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη φ' μέχρις ρά ἔτους Φαλὲκ.

Ἀρφαξὰδ γενόμενος ἐτῶν ρλέ γεννᾷ τὸν Σαλὰ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη τγ' μέχρις λθ' ἔτους Φαλὲκ.

Σαλὰ γενόμενος ἐτῶν ρλ' γεννᾷ τὸν Ἕβερ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη τγ' μέχρις ἔτους λθ' Ῥαγαῦ.

---

(1) Codex arm. CV, quem numerum aliosque deinceps nonnullos putatis annorum rationibus emendandos censuimus.

(2) Codex arm. LXXX.

(3) Codex arm. LXXX.

IV. Heberus annos natus CXXXIV genuit Phalecum: vixitque adhuc annis CCLXX (1) usque ad CXL annum Ragavi.

V. Phalecus annos natus CXXX genuit Ragavum: vixitque adhuc annis CIX usque ad CIX annum Ragavi.

VI. Ragavus annos natus CXXXII genuit Seruchum: vixitque adhuc annis CCVII usque ad LXXVII annum Nachori.

VII. Seruchus annos natus CXXX genuit Nachorum: vixitque adhuc annis C usque ad XXI annum Abrahami.

VIII. Nachorus annos natus LXXIX genuit Tharam: vixitque adhuc annis LXIX usque ad LXIX annum Tharae.

IX. Thara annos natus LXX genuit Abrahamum: vixitque adhuc annis LXXV usque ad LXXV annum Abrahami.

X. Abrahami primus annus. A diluvio ad primum annum Abrahami conficiuntur anni DCCCCXLII, quot videlicet etiam in septuaginta virorum editione habentur (2).

Ergo cum nostra lectione congruunt hebraicae, quae apud Samaritanos feruntur, litterae, quod adtinet ad priorum annorum ante gignendum designationes: differuntque ab hebraico Iudaeorum exemplari

Ἔβερ γενόμενος ρλδ´ γεννᾷ τὸν Φαλὲκ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη σό μέχρις ρμ´ ἔτους Ῥαγαῦ.

Φαλὲκ γενόμενος ρλ´ γεννᾷ τὸν Ῥαγαῦ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ρθ´ μέχρις ρθ´ ἔτους Ῥαγαῦ.

Ῥαγαῦ γενόμενος ἐτῶν ρλβ´ γεννᾷ τὸν Σεροὺχ· καὶ ἐπέζησεν ἤτη σζ´ μέχρις οζ´ ἔτους Ναχώρ.

Σεροὺχ γενόμενος ἐτῶν ρλ´ γεννᾷ τὸν Ναχὼρ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ρ´ μέχρις κα´ ἔτους Ἀβραάμ.

Ναχὼρ γενόμενος ἐτῶν οθ´ γεννᾷ τὸν Θάῤῥα· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ξθ´ μέχρις ξθ´ ἔτους Θάῤῥα.

Θάῤῥα γενόμενος ἐτῶν ο´ γεννᾷ τὸν Ἀβραάμ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη οε´ μέχρις οε´ ἔτους Ἀβραάμ.

Ἀβραὰμ ἔτος πρῶτον. Ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ, ἔτη ϡμβ´, ὁπόσα ἦν καὶ κατὰ τῶν ο´ ἑρμηνείαν.

Συνάδει τοίνυν τῇ παρ᾽ ἡμῶν ἀναγνώσει ἡ παρὰ Σαμαρείταις φερομένη ἑβραϊκὴ γραφὴ κατὰ τὰς πρώτας τῶν ἐτῶν ἀποδόσεις τὰς πρὸ τῆς παιδοποιίας

---

(1) Codex arm. CC.

(2) Vide superius p. 62.

annis DCL. Namque a diluvio ad primum annum Abrahami in libris Iudaeorum anni sunt CCLXXXXII.

16. Quandoquidem igitur cum germano et antiquo Hebraeorum scripto, quod apud Samaritanos ad hanc usque diem incolume superest, congruit annorum numerus, qui in septuaginta virorum interpretatione est, a diluvio usque ad Abrahamum, coniunctis videlicet annorum centuriis cum reliqua post liberorum genituram aetate; quonam pacto dicere licet, maiores illos natu multoque longiore vita, quam ipsorum posteris usuvênit, utentes, tam cito ad procreandum accessisse, et non potius eo tempore quod septuaginta viri designant? Prudens (1) praeterea ratiocinium suadet, ut prorsus fateamur, iudaicum scriptum peccare in recensendis ab Adamo ad Abrahamum temporibus, tribus exceptis quae circa Iaredum vertuntur (2); scriptum autem samaritanum tantummodo usque ad diluvium *in errore versari*; namque a diluvio ad Abrahamum consensus est cum annorum perscripto a septuaginta viris catalogo. Evidentissime (3) igitur iudaicum Hebraeorum exemplar in mendo cubat: quippe quod sub unum

διαφωνεῖ δὲ πρὸς τὸ Ἰουδαίων ἑβραϊκὸν ἔτεσι χγ΄· ἦν γὰρ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ κατὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων γραφὴν ἔτη σϟβ΄.

Ἐπεὶ τοίνυν φαίνονται κατὰ τὸ παλαιότατον ἑβραϊκὸν, ὃ δὴ παρὰ Σαμαρείταις ἔτι καὶ νῦν σώζεται, τῇ τῶν ό ἑρμηνείᾳ συμφώνως, οἱ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ ἐπὶ Ἀβραὰμ μετὰ τὰς προκειμένας τῶν ἐτῶν ἑκατοντάδας καὶ τὸν ἐπὶ τούτοις ἀριθμὸν παῖδας ποιησάμενοι, ποῖος ἐρεῖ λόγος τοὺς τούτων πρεσβυτέρους, καίπερ ἔτεσι πολὺ πλείοσι τῶν μετὰ ταῦτα βεβιωκότας, τάχιστα ἐπὶ τὴν παιδοποιίαν ἐλθεῖν, καὶ μὴ μᾶλλον κατὰ τοὺς παρὰ τοὺς ό σεσημειωμένους χρόνους. Τούτων δ᾽ οὖν καὶ ὁ σώφρων λογισμὸς ἐπιβάλλει νοεῖν, ὥστε ἀνάγκη διαμαρτῆσαι ὁμολογεῖν, τὴν μὲν παρὰ Ἰουδαίοις γραφὴν, ἐν τοῖς ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ ἐπὶ Ἀβραὰμ χρόνοις ἐκτὸς τριῶν περὶ τὸν Ἰάρεδ· τὴν δὲ παρὰ Σαμαρείταις, ἐν τοῖς ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν μόνοις· τὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ ἐπὶ τὸν Ἀβραὰμ ἔτη σύμφωνα εὕρηται τῇ παρὰ τοῖς ό φερομένῃ τῶν ἐτῶν σημειώσει. Ἀντικρὺς δὲ φαίνεται διημαρτημένως ἔχειν τὸ παρὰ Ἰουδαίοις ἑβραϊκὸν· συνάγει γὰρ κατὰ τὸ αὐτὸ τοῖς

---

(1) Armenius interpres pro *prudens* habet *demissum*, nimirum quia *σώφρων* interdum est *demissus*, *modestus*, qui sensus armeniacae interpretationis haud nobis hoc loco placebat.

(2) Lege p. 57 cum nota 1.

(3) Vocabulum *ἀντικρὺς*, quod hoc loco in graeco textu occurrit, Goarus Syncelli interpres vertit *oppositum*; sed melius armenius interpres *evidentissime*; neque enim heic induci oppositio videtur.

idemque tempus aetates Abrahami Noachique cogit, quam rem nulla historia confirmat. Reapse si, ut est in Iudaeorum scripto, a diluvio ad Abrahamum excurrunt anni CCLXXXXII, quoniam Noachus, prout ipsi tradunt, diluvio annis CCCL superstes fuit; plane constat, ab eo usque ad Abrahami LVIII annum vitam esse protractam.

17. Sed enim et alio ex capite iudaicorum exemplarium absurditatem cognoscere licet; quod ibi nimirum homines ante Abrahamum dicantur genuisse tricenarii, quum contra vel Abrahami posteros nonnisi post annum trigesimum dedisse operam liberis relatum sit. Ergo quaquaversus manifestum est, septuaginta virorum interpretationem ab antiquioribus nullique errori obnoxiis Hebraeorum exemplaribus fluere. Ideoque et nos merito ad hanc chronologiam construendam eâdem utimur: praesertim quum Ecclesia quoque Christi toto orbe diffusa huic uni adhaereat, cuius usus a Servatoris nostri tum apostolis tum discipulis, tamquam praecipuae, nobis commendatus est (1).

18. Itaque, secundum septuaginta interpretes, ab Adamo ad diluvium anni numerantur MMCCXLII. A diluvio ad primum annum Abrahami anni

χρόνοις τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Νῶε, ὅπερ οὐδεμία παρίστησιν ἱστορία. Εἰ γὰρ κατὰ τὴν Ἰουδαίων γραφὴν, ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ ἐπὶ Ἀβραὰμ ἔτη τυγχάνει σϟβ′, ἔζησε δὲ Νῶε κατὰ τοὺς αὐτοὺς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη τν′, δῆλος ἐστὶ παρατείνας τὴν ζωὴν μέχρι νη′ ἔτους Ἀβραὰμ.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως τὴν ἀτοπίαν συνιδεῖν τῶν παρ' Ἰουδαίοις ἀντιγράφων, ἀπὸ τοῦ τριακονταετεῖς ἀναγράψαι τοὺς πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ πεπαιδοποιημένους· ὅποτε οἱ μετὰ τὸν Ἀβραὰμ ἱστοροῦνται πρεσβύτεροι τῶν λ′ ἐτῶν ἐπὶ τὴν παιδοποιίαν ἐλθεῖν. Πανταχόθεν τοιγαροῦν τῆς τῶν ο′ ἑρμηνείας ἐκ παλαιᾶς, ὡς ἔοικεν, καὶ ἀδιαστρόφου Ἑβραίων γραφῆς μεταβεβλῆσθαι συνισταμένης, εἰκότως ταύτῃ ἡμεῖς κεχρήμεθα κατὰ τὴν παροῦσαν χρονογραφίαν· ὅτε μάλιστα καὶ ἡ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἡπλωμένη Χριστοῦ ἐκκλησία ταύτῃ μόνῃ προσέχει τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων τε καὶ μαθητῶν ἀρχῆθεν αὐτῇ χρῆσθαι παραδεδοκότων.

Ἔστι τοίνυν κατὰ τοὺς ο′ τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη ͵βσμβ′· τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τοῦ πρώτου ἔτους Ἀβραὰμ ἔτη

(1) De iudaici exemplaris, deque LXX virorum interpretationis genere et auctoritate quum affatim veteres (praesertim Hieronymus et Augustinus) itemque hodierni critici disputaverint, nos quidem nihil verborum interponendum putamus: quamquam haec Eusebii luculentissima laudatio satis grave LXX interpretibus testimonium dat. Illud tamen monere iuvat, omnem fere controversiam mediocritate quadam esse moderandam.

DCCCCXLII; quorum summa anni MMMCLXXXIV. Secundum autem hebraicam Iudaeorum scripturam ab Adamo ad diluvium anni sunt MDCLVI: tum a diluvio ad primum annum Abrahami anni CCLXXXXII; quorum summa anni MDCCCCXLVIII. Denique secundum hebraicum Samaritanorum textum ab Adamo ad diluvium anni sunt MCCCVII; deinde a diluvio ad primum annum Abrahami anni DCCCCXLII; quorum summa anni MMCCXLIX.

19. Iam a primo anno Abrahami ad Mosem egressumque Iudaeorum ab Aegypto, consensu omnium interpretum (1), anni fiunt DV, quorum est huiusmodi supputatio. Abrahamo vitae annum septuagesimum quintum agenti Deus conspiciendum se praebuit, recepitque se proli eius daturum terram repromissionis (2). Sane monumentis litterarum consignatum est, annos quinque supra septuaginta natum exiisse Abrahamum e Charan: (*) « Tulitque Abrahamus Saram uxorem suam Lotumque fratris » sui filium ». Praeterea diserte ait mox Scriptura (**): « Et apparuit » Deus Abrahamo, dixitque ei: Semini tuo terram hanc dabo ». Itaque a primordio aetatis Abrahami conficiuntur anni LXXV: deinde (†) a LXXV anno Abrahami usque ad exitum Iudaeorum ab Aegypto anni sunt CCCCXXX. Profecto ei rei Paulus quoque apostolus testis accedit (✠): « Testamentum, inquit, quod antea confirmatum erat a Deo, quae post

ϡμβ΄· τὰ πάντα ἔτη γρπδ΄. Κατὰ δὲ τὸ παρὰ Ἰουδαίοις ἑβραϊκὸν ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη αχνϛ΄· ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη σϛβ΄· τὰ πάντα ἔτη αϡμη΄. Κατὰ δὲ τὸ παρὰ Σαμαρείταις ἑβραϊκὸν ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη ατζ΄· ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη ϡμβ΄· ὁμοῦ τὰ πάντα ἤτη βσμθ΄. Ex Syncello p. 89. D.

(*) Και ἔλαβεν Ἄβραμ τὴν Σάρα γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὸν Λὼτ υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Ex Genesi x. 5.

(**) Καὶ ὤφθη Κύριος τῷ Ἄβραμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· τῷ σπέρματί σου δώσω γῆν ταύτην. Ex Gen. x. 7.

(†) Εὐσεβίου. Τῷ υλ΄ ἀπὸ τοῦ ε΄ καὶ ο΄ ἔτους Ἀβραὰμ, ἤτοι ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους τῆς παροικίας αὐτοῦ εἰς γῆν Χαναὰν, ἕως τοῦ πα΄ ἔτους Μωσέως καὶ ἀπ᾽ Αἰγύπτου πορείας τοῦ Ἰσραὴλ ἀπαριθμεῖ. Ex Syncello p. 99. D. sed interpolata.

(✠) Τοῦτο δὲ λέγω, διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς Χριστὸν, ὁ μετ᾽ ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα γεγονὼς νόμος οὐκ ἀκυροῖ, εἰς τὸ καταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν. Ad Galatas III. 17.

(1) Conferatur Scaliger *Euseb. Chron. gr.* ed. amstel. p. 23.

(2) Quam Graeci Latinique dicunt *terram repromissionis*, eam Armenii *terram annuntiationis* passim in suis scriptis interpretantur.

» CCCCXXX annos facta est lex haud irritum facit ad destruendam » repromissionem ». Additque (*): « Per repromissionem autem donavit Deus Abrahamo ».

20. Nascitur Abrahamo filius Isaacus in eius centesimo anno, repromissionis autem divinae vigesimo quinto. Desiderantur ad exitum ab Aegypto anni praeterea CCCCV, ut a repromissione ad id tempus conflentur anni CCCCXXX. Iam qui se Abrahamo revelaverat Deus, rursus eidem apparens ait (†): « Sciendo scias, prolem tuam peregrinam esse » futuram in aliena regione, eamdemque in servitutem redactum ac » male habitum iri annis CCCC ». Nimis diuturnam dicit prolem ut ne de Isaaci cogitemus temporibus. Porro sub exitu filiorum Israelis ab Aegypto commemoratur spatium annorum CCCCXXX. Ait enim Scriptura (✠); « habitatam esse ab ipsis patribusque eorum Ae» gyptum et Chananaeam annis CCCCXXX: tum denique contigisse ut » post annum trigesimum supra quadringentesimum exercitus Domini » ex Aegypto noctu discederent ». Age vero quum anni cumulentur CCCCXXX post Dei repromissionem quae anno Abrahami septuagesimo quinto facta est; prorsus sequitur, ut a primo Abrahami anno ad Mosem exitumque ab Aegypto numerentur anni DV. Quos quidem nonnulli hoc etiam pacto percensent. Scilicet Abrahamus, aiunt, annos natus C genuit Isaacum. Isaacus annos natus LX genuit Iacobum. Iacobus annos natus LXXXVI genuit Levinum (1). Levinus annos natus XLVI genuit Cahathum. Cahathus annos natus LXIII genuit Amramum. Amramus annos natus LXX genuit Mosem. Moses annos natus LXXX populum eduxit ex Aegypto. Conficiuntur a primo anno Abrahami ad egressum ex Aegypto anni DV. Summa autem ab Adamo

(*) Τῷ δὲ Ἀβραὰμ δι' ἐπαγγελίας κεχάρισται ὁ Θεός. *Ibidem* 18.

(†) Καὶ ἐῤῥήθη πρὸς Ἄβραμ· γινώσκων γνώσῃ ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σοῦ ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, καὶ κακώσουσιν αὐτὸ καὶ δουλώσουσιν αὐτοὺς, καὶ ταπεινώσουσιν αὐτοὺς τετρακόσια ἔτη. *Ex Gen. xv. 13. et Act. Apost. vii. 6.*

(✠) Ἡ δὲ παροίκησις τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἣν παρῴκησαν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἐν γῇ Χαναὰν, αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, ἔτη τετρακόσια τριάκοντα. Ἐγένετο δὲ μετὰ τὰ τετρακόσια τριάκοντα ἔτη, ἐξῆλθη πᾶσα ἡ δύναμις Κυρίου ἐκ γῆς Αἰγύπτου νυκτός. *Ab Exodo xii. 40-41.*

(1) Syncellus p. 116. C. reapse docet, apud Eusebium tradi Levinum genitum anno Iacobi LXXXVI. Est autem mendosa lectio eiusdem Syncelli p. 106. A. quo loco, tamquam ex ipso Eusebio, scribuntur anni LXXXVII, quae fuit potius sententia Africani.

ad egressum ex Aegypto, secundum septuaginta viros, annorum est MMMDCLXXXIX (1); secundum Iudaeos annorum MMCCCCLIV; secundum denique Samaritanos annorum MMDCCLIII.

21. Verumtamen (*) ab obitu Mosis ad Solomonem templique aedificium liber quidem Iudicum (quicum etiam nuntius (2) apostolus Paulus in apostolicis Actis consentit) doctrinam temporum tradit aliter ac Regnorum historia (3) et Hebraeorum caerimonialis lex. Operae pretium erit monumenta haec singillatim percurrere, et, quae recta videbitur, sententiam amplecti.

22. Atque interim inconsulte non est praetermittendum, ab Africano item chronologiae quinque libros esse confectos, qui meo quidem iudicio in his, quae mox addam, crasso errore vagatur. Namque ab exitu Mosis ad Solomonem templique hierosolymitani aedificium suis quidem peculiaribus calculis supputat annos DCCXLIV: cuius temporis magnam partem sine testimonio statuens, peccat; non eo solum nomine quod divini sermonis libro adversatur, verum etiam quod a se temere fictos centum annos obtrudit (†). Quippe adiungit annos Seniorum, qui post Iosuam fuerunt, quos annos *scribit* XXX: deinde post Sampsonem popularis potestatis (4) annos XL: rursusque pacis annos XXX. Atque tot annorum excessum sine debita confirmatione tacite constituens, multorum annorum vim marte proprio inter Mosis tempora regnumque

(*) Ὁ δὲ Εὐσέβιος τὰ παρὰ τῷ θείῳ Ἀποστόλῳ ἐν ταῖς πράξεσι, τῶν κριτῶν ἔτη υν´ συστῆσαι βουληθεὶς, συνεχρήσατο τούτων τισὶν. Διαπορεῖ μέντοι λέγων τὰ μετὰ τοῦ Μωσέως τελευτὴν ἄλλως κεῖσθαι μέχρι Σολομῶνος καὶ τῆς τοῦ ἱεροῦ ἐπισκευῆς ἐν τῷ τρίτῳ τῶν βασιλειῶν. *Ex Syncello p. 174. D. sed interpolata.*

(†) Εὐσέβιος δὲ μόνος ὁ καισαρεὺς τὰ τῶν πρεσβυτέρων οὐ παρέλαβεν. Ὁ δὲ Ἀφρικανὸς ἔτη λ´ αὐτοῖς ἀπένειμεν, ᾧ πλεῖστα ἐπεγκαλεῖ ὁ Εὐσέβιος ὡς μεγάλα, φησὶ, διαμαρτάνοντι, καὶ τολμηροτάτῳ πράγματι ἐπικεχειρηκότι, πρὸς τούτοις ἄλλα ό, μ´ μὲν τὰ τῆς ἀναρχίας, λ´ δὲ τὰ τῆς εἰρήνης οἴκοθεν παρεμβαλόντι· τὰ ὅλα ρ´. *Ex Syncello p. 174. C. sed interpolata.*

(1) In margine codicis MDCLXXXIX.

(2) Ita nobis apud Eusebium videtur significare armeniaca vox KVIRAGAN.

(3) Lib. III.

(4) Vox armeniaca ENGHERASDUTHIUN componitur ex ENGHER *socius* et HASDUTHIUN *conciliatio*; sed ἀνα[illegible] vel δημοκρατία ntelligenda est. En autem Clementis *Strom.* I. 21. p. 385 haec eadem de re verba: Καὶ μετὰ τοῦτον ἀναρχίας οὔσης, διέκρινε τὸν λαὸν Ἡλὶ ὁ ἱερεὺς τεσσαράκοντα ἔτη: *Et post eum* (Sampsonem) *quum nullus esset qui praesideret, ius populo dixit Heli sacerdos quadraginta annis.*

Solomonis inserit, quod spatium annis plus septingentis et quadraginta definit. Sed enim quot antea procreationes extiterint inspiciendum, atque indidem cognoscendum, quam infirmo verborum artificio *Africanus* utatur. Enimvero (1) quoniam ab Abrahamo ad Davidem XIV numerantur procreationes (2); sub Mose autem nona iam procreatio agebatur (3), sub quo videlicet Naason filius Aminadabi cognoscebatur, tribûs Iudae princeps, qui et in deserto obiit: erat enim ex iis qui Aegypto excesserant, atque in primum Numerorum censum relati sunt (4); satis constat ne a reliquis quidem post Naasonem procreationibus eum numerum annorum expleri. Naason enim genuit Salmonem; hic Boosum; hic Obedum; hic Iessem; hic Davidem (5). Quî ergo fieri potest, ut intra quinque procreationum fines post Mosem septingentorum annorum spatium contineatur? Si enim aliquis aequis partibus tempus in singulas procreationes dispertiat, anni hominum singulorum ante nuptias CXL emergent, cui rei nemo sapiens fidem adiunget. Quippe et ipse Moses anno aetatis CXX obiit (6), itemque eius successor Iosua anno centesimo decimo naturae concessit (7): ante quos Iosephus vitam suam omnino intra CX annos conclusit (8). Adde his antiquiorem quoque illum Iacobum, alio nomine Israëlem, Iudaeorum omnium patriarcham, qui et ipse plus annis CXLV non vixit (9). Ergo absurde dicitur quisquam sequiore tempore, nempe post Mosem, tam longaevus fuisse quam superius innuimus: adeoque Africanus hac in re alucinatus est (10).

23. At Clemens a Iosua successore Mosis ad templi aedificium annos congerit DLXXIV quod e primo licet eius libro (11) cognoscere. Divus autem apostolus Paulus in apostolorum Actis Iudaeos publice alloquens

---

(1) Confer in his, quae sequuntur, Syncellum p. 175. B-D.

(2) *Luc.* III. 31-34.

(3) *Luc.* III. 33.

(4) *Numer.* I. 7.

(5) *Luc.* III. 31-32.

(6) *Deu.* XXXIV. 7.

(7) *Ios.* XXIV. 29.

(8) *Gen.* L. 26.

(9) *Gen.* XLVII. 28.

(10) Ab Eusebio reprehensum magnopere Africanum propter annos plures iusto invectos narrat Syncellus etiam p. 79. D.

(11) *Strom.* I. 21. p. 386. *Γίνονται ἀπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἕως παρέλαβε τὴν βασιλείαν Δαβὶδ, ὡς μέν τινες, ἔτη τετρακόσια πεντήκοντα, ὡς δὲ ἡ προκειμένη δείκνυσι χρονογραφία, συνάγονται ἔτη πεντακόσια εἴκοσι τρία μῆνες ἑπτὰ, εἰς τὴν τοῦ Δαβὶδ τελευτήν*: *Fiunt a Iosua Navi filio usque ad tempus quo David regnum accepit, ut nonnulli quidem volunt, anni quadringenti quinquaginta: ut autem proposita ostendit chronographia, colliguntur anni quingenti viginti tres, menses septem, usque ad Davidis obitum.* Iamvero additis regni davidici annis quadraginta, fiunt a Iosua ad templi aedificium (sive ad Solomonem) anni DLXIV. Decem ergo addendi sunt post Davidis obitum ut clementinus numerus DLXXLIV ab Eusebio designatus conficiatur. Sane et ipse Clemens loco citato subdit, de quorumdam sententia a Mose ad Solomonis aetatem annos effluxisse DLXXVI. Theophilus tamen *ad Autolic. III.* 22 ex Tyriorum memoriis ait aedificatum templum anno post exitum ab Aegypto DLXVI.

ait: (*) « Septem gentes in Chananaeorum regione delevit Deus (1), » illosque (2) in terrae possessionem immisit. Deinde annis quadrin» gentis et quinquaginta sub Iudicum potestate continuit usque ad » Samuelem prophetam. Quumque ex eo tempore regem sibi praefici » postulassent, concessit eis Saulem filium Cisi, beniamiticae tribûs » hominem, annis quadraginta: quo amoto, Davidem apud eos exal» tavit ». Haec Apostolus, de cuius sententia anni sunt post Iosuam DXXXIV. Nempe Iudicum anni omnino CCCCL sunt usque ad Samuelis, ut ipse ait, aetatem: ad hos cum samuelianis impliciti adiungantur anni XL Saulis: itidem et XL Davidis: denique Salomonis quatuor usque ad templi aedificium. Summa annorum est DXXXIV, secundum Apostolum, a Iosua Mosis successore ad Solomonem. Quod si his addas Mosis quoque in deserto exactos XL annos; tum et Iosuae filii Navi XXVII, summa consurgit ad Apostoli calculos annorum DC.

24. Quin adeo Iudicum quoque liber Apostolo suffragatur: namque et ibi anni Iudicum usque ad Samuelem CCCCL comperiuntur singillatim hac ratione perscripti (3).

(*) Καὶ καθελὼν ἔθνη ἑπτὰ ἐν γῇ Χαναὰν κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν. Καὶ μετὰ ταῦτα, ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα, ἔδωκε κριτὰς ἕως Σαμουὴλ τοῦ προφήτου. Κἀκεῖθεν ᾐτήσαντο βασιλέα, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς τὸν Σαοὺλ υἱὸν Κὶς, ἄνδρα ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν ἔτη τεσσαράκοντα. *Ex Act. Apost. XIII. 19-21.*

(1) In textu armeniaco pro *Deus* est *Iosua* manifesto mendo. In biblico textu nihil est, sed plane subintelligitur *Deus*.

(2) Nempe *Hebraeos*.

(3) Sequentem temporum tabulam graece paucis mutatis exhibet Eusebius *Praep. ev.* X. 14. Μετὰ Μωσέα προΐστη τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους Ἰησοῦς, ὥς τινες, ἔτεσι λ' εἶτ', ὥς φησιν ἡ γραφὴ, ἐκράτησαν ἀλλόφυλοι ἔτεσιν ὀκτώ· ἔπειτα Γοθονιὴλ ἔτεσι πεντήκοντα· μεθ' ὃν Ἐγλὼμ βασιλεὺς Μωὰβ ἔτη ιη'· μεθ' ὃν Ἀὼδ ἔτη π'· μεθ' ὃν πάλιν ἀλλόφυλοι ἔτη κ'· ἔπειτα Δεβώρα καὶ Βαρὰκ ἔτη μ'· ἔπειτα Μαδιηναῖοι ἔτη ζ'· ἔπειτα Γεδεὼν ἔτη μ'· Ἀβιμέλεχ ἔτη γ'· Θωλὰ κγ'. Ἰαεὶρ κβ'. Ἀμμανῖται ιη'. Ἰεφθάε ἔτη ς'. Ἐσεβὼν ἔτη ζ'. Αἰλὼν ἔτη ι'· Λαβδὼν ἔτη η'· Ἀλλόφυλοι ἔτη μ'. Σαμψὼν ἔτη κ'· ἔπειτα Ἡλὶ ἱερεὺς, ὡς τὸ ἑβραϊκὸν, ἔτη μ'. *Post Mosem iudaicae genti praefuit Iosua annis, ut quidam aiunt, XXX. Deinde, uti docent sacrae litterae, dominati sunt Alienigenae annis VIII. Tum Gothoniel annis L. Postea Eglon rex Moab annis XVIII. Exin Avodus annis LXXX. Rursus Alienigenae annis XX. Hinc Debora et Baracus annis XL. Mox Madianitae annis VII. Gedeon annis XL. Abimelechus annis III. Thola annis XXIII. Iairus annis XXII. Ammanitae annis XVIII. Iephthaeus annis VI. Esbon annis VII. Aealon annis X. Labdon annis VIII. Alienigenae annis XL. Sampson annis XX. Denique Heli sacerdos annis, uti est in hebraico exemplari, XL.*

EX LIBRO IVDICVM.

Post Iosuam dominati sunt
Alienigenae annis VIII.
Godoniel annis XL (1).
Alienigenae annis XVIII.
Avodus et Samegarus annis LXXX.
Alienigenae annis XX.
Baracus et Debora annis XL.
Alienigenae annis VII.
Gedeon annis XL.
Abimelechus annis III.
Thola annis XXIII.
Iairus annis XXII (2).
Alienigenae annis XVIII.
Iephthaeus annis VI.
Esephon annis VII.
Aeglon annis X (3).
Labdon annis XXX (4).
Alienigenae annis XX (5).
Sampson annis XX (6).
Heli, sub quo Samuel, annis XL.

25. Summa temporis, quo Iudices magistratum gesserunt, anni omnino CCCCL usque ad Samuelem, suffragante etiam nuntio nostro Apostolo. Sunt tamen extra hunc censum aetates Mosis, itemque Iosuae successoris, nec non Samuelis et Saulis. Sed interim Samuelis et Saulis et Iosuae tempora seponamus. Ex testimonio autem Apostoli anni Saulis XL accenseantur Iudicum annis CCCCL: cui numero additis XL annis Davidis, et IV annis Solomonis, consurgit annorum summa DXXXIV, quae videlicet apostolica traditio est. Iam additis XL annis quos Moses in deserto traduxit, rursusque annis XXVII Iosuae filii Navi, adstipulantibus ipsis Hebraeis, congeruntur anni DC.

26. Nunc si haec tempora in quinque procreationes, quae fuerunt a Naasone ad Davidem, conferas; ita ut singulis hominibus ratam temporis partem impertias antequam quisque ad nuptias accesserit; profecto

(1) Graecus Eusebii Clementisque textus *quinquaginta*.

(2) Iairi magistratus praetermittitur a Clemente; est tamen in *libro Iudicum* X. 3.

(3) Clemens *octo*: qui etiam inter hunc et Esephonem collocat Ebronis cuiusdam annos *octo*. Sane et ab Eusebio putamus scriptos *octo*; sic enim consurgit summa infra dicenda CCCCL.

(4) Graecus Eusebii textus in *Praep. ev. decem*. Porro Labdonis magistratus omittitur a Clemente.

(5) In textu codicis arm. XL, sed in eiusdem margine XX. Sane et Eusebius in *Praep. ev.* nec non Clemens scribunt XL. Sed Eusebium hoc loco scripsisse annos XX Alienigenarum totidemque Sampsonis, praeclare testatur Syncellus p. 165. B. his verbis Εὐσέβιος τοῦ Παμφίλου τὰ μ' ἔτη ταῦτα τῶν ἀλλοφύλων τοῖς τοῦ Σαμψὼν συναριθμεῖ ἀλόγως καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ κριτῶν ἔτεσι, μὴ στοιχειώσας αὐτὰ ἐν τῷ κανόνι αὐτοῦ, μηδὲ τῶν λοιπῶν ἀλλοφύλων, κατά τινα, φησὶν, Ἑβραίων παράδοσιν: *Eusebius Pamphili immerito annos Sampsonis iudicumque post eum eosdem censet qui Alienigenarum; ideoque et e suo canone exclusit cum reliquis item Alienigenarum annis, Hebraeorum quamdam, ut ait, traditionem secutus.*

(6) In textu codicis XL, sed in margine XX.

annos plus centum ac quindecim (1) unicuique tributum iri constat: quod a fide prorsus abhorret. Quum enim in comperto sit, Mosem ultra annum CXX non vixisse; numquid eius posteri illa ferme aetate nuptias celebraverint?

27. Quid ergo iam superest, nisi ut ad testimonium, quod e libris regnorum (2) petitur, progrediamur? Iamvero regnorum libri vehementer affirmant spatium temporis universum, ab excessu filiorum Israelis ex Aegypto ad Solomonem templique aedificium, annis constare CCCCXL; quamquam hebraica exemplaria habent CCCCLXXX. Ait (*) enim tertius liber regnorum (3): anno quadragesimo supra quadringentesimum, post discessum ab Aegypto, coeptam esse a Solomone divinae domus structuram: in hebraicis autem anno octogesimo supra quadringentesimum legitur. Id vero aevum annorum CCCCLXXX doctores Iudaeorum accurate colligi affirmant (4), si anni quibus Alienigenae potiti sunt Hebraeorum haud separatim aestimentur, neque item solitatim dominatus Iudicum populi supputetur, sed additis simul temporibus externae tyrannidis: quo facto, quadringentos diserte et octoginta annos conflari aiunt. Porro nuntius Apostolus haud mihi videtur aliquam chronologiam voluisse proponere; neque definita sententia supputationem aliquam tradere praedictorum annorum; neque, seposita salutaris verbi doctrina, dare operam tractationibus temporum; verum communi *videtur* usus lectione Iudicum qui ius dixerunt. Sed tamen regnorum liber evidenter tradit ab exitu ad Solomonem annorum CCCCXL vel CCCCLXXX congeriem. Atqui nihilominus si tempora Iudicum singillatim ponamus, rursusque singillatim annos quos liber Iudicum dominationi Alienigenarum concedit;

(*) *Λεγει γὰρ* (*Εὐσέβιος ἐκ τοῦ τρίτου τῶν βασιλειῶν.*) Καὶ *ἐγενήθη ἐν τῷ υμ´ ἔτει τῆς ἐξόδου τῆς ἀπ᾽* Αἰγύπτου *ἤρξατο οἰκοδομεῖν Σολομὼν τὸν ναόν·* Τὸ *δὲ ἑβραικόν· καὶ ἐγενήθη ἐν τῷ υ´ καὶ π´ ἔτει.* Ταῦτα *δὲ, φησὶν, οἱ τῶν* Ἰουδαίων *διδάσκαλοι ἀκριβῶς συνάγεσθαι ἔλεγον μόνης τῆς τῶν ἐξ* Ἰσραὴλ *κριτῶν χρονοκρατίας ἀριθμουμένης, καὶ μὴ λογιζομένης ἰδίως τῆς τῶν ἀλλοφύλων, ἀλλὰ τῆς τῶν κριτῶν συννοουμένης.* Τόν *γε μὲν ἱερὸν* Ἀπόστολον, *φησὶν υν´ ἔτη τῶν κριτῶν οὐκ ἀποκριβολογούμενον εἰπεῖν, ἀλλ᾽ ἐκδοχῇ κοινοτέρα.*

(1) Syncellus reapse p. 175. C. habet *centum viginti*: atque ita dicet mox ipse Eusebius ff. 27.

(2) Ita etiam Armenii cum Graecis dicunt libros *regnorum* quos Latini *libros regum*.

(3) Cap. VI. 1.

(4) Praeter textum graecum heic subiectum, recole etiam p. 73. n.° 5.

summa temporis a Mose ad Solomonem in sexcentos annos consurget. Nimirum Mosis in deserto agentis sunt anni XL; tum Iosuae XXVII; postea Iudicum et Alienigenarum CCCCL, teste Apostolo, Iudicumque libro in idem conspirante; deinceps Samuelis et Saulis anni XL; demum Davidis XL; ac Solomonis IV usque ad templum constructum; summa annorum DC est. Nihilominus ea sententia, in qua praedictarum quinque procreationum singuli homines annos CXX nati nuptias demum faciunt, ea, inquam, toto caelo a veritate fideque aberrat.

28. Sed enim, quamquam nos in libro regnorum insistimus, secundum quem anni congeruntur CCCCLXXX, sepositis CXX annis servitutis Hebraeorum (tanto enim temporis spatio hi fuerunt in Alienigenarum potestate); quamquam praeterea populi libertatem servitutemque indiscretim supputamus, uti Hebraeorum calculus tradit (quem nos quoque in his nostris rationibus secuturi sumus, quibus tempora Alienigenarum in annis Iudicum claudemus(1)); nondum tamen persuaderi nobis potest intervallum illud quinque procreationum, quod a Naasone ad Davidem pertinet, nisi ab annis CCCCLXXX detrahantur

Ἐὰν οὖν κατὰ τὸν Ἀπόστολον τὰ τῶν κριτῶν υν' ἔτη, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἐρήμου μ' ἔτη Μωϋσέως, Ἰησοῦ τε κζ', καὶ τῶν μετὰ Ἰησοῦν πρεσβυτέρων ιη', καὶ ἔτι Ἡλὶ τοῦ ἱερέως κ', Σαμουὴλ κ', καὶ Σαοὺλ μ', Δαβὶδ τε μ', καὶ Σολομῶντος δ' συναριθμήσωμεν, ἔσται ὁ πᾶς ἀπὸ τῆς ἐξόδου χρόνος ἐπὶ τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν ἐτῶν χνθ', κατὰ δὲ Εὐσέβιον χ', κατὰ Ἀφρικανὸν ὑπὲρ τὰ ψμ'. Καθ' ἕκαστον δὲ τῶν τριῶν ἀριθμῶν, αἵ τε ἐκ φυλῆς Λευὶ διαγενόμεναι γενεαί, ἢ καὶ μεριζόμεναι, ἀπείθανον ἕξουσι τὴν παιδοποιίαν. Ἀπὸ γὰρ Ἀβραὰμ ἕως Δαβὶδ γενεαὶ ιδ'· τούτων ἐννάτη ἦν ἐπὶ Μωϋσέα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθ' ἣν ἐγνωρίζετο Ναασσὼν υἱὸς Ἀμιναδὰμ ἄρχων φυλῆς Ἰούδα· ὃς ἐν τῇ ἐρήμῳ τελευτᾷ. Ἀπὸ Ναασσὼν δὲ ἕως Δαβὶδ γενεαὶ ε' οὕτως. Σαλμῶν υἱὸς Ναασσὼν ἐγέννησε τὸν Βοὸζ, Βοὸζ δὲ τὸν Ὀβὴδ, Ὀβὴδ δὲ τὸν Ἰεσσαὶ, καὶ Ἰεσσαὶ τὸν Δαβίδ. Πῶς εἶναι δυνατὸν τὰς ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Μωϋσέως θ' διαγενέσθαι γενεὰς ἐν υο' ἔτεσιν, πέντε δὲ μόνας ἀπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἐν χ' ἔτεσιν ἕως Δαβίδ; ἔσται γὰρ ἕκαστος ρκ' ἐτῶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς παιδοποιίας, ἵνα τὰ χ' τυχὸν ἐξ ἐρίσης μερίσωμεν. Ex Syncello p. 175. A. sqq. sed valde interpolata.

(1) Locum hunc Eusebii lectum a se testatur Syncellus p. 36. C. Εὐσέβιος τὰ τῆς ἐπικρατήσεως τῶν ἐν τοῖς κριταῖς σποράδην βασιλευσάντων ἐξ ἀλλοφύλων ἔτη ρια' (dic ρκ') οὐκ ἐψηφίσατο, λογισάμενος ἐν τοῖς κριταῖς λελογίσθαι αὐτά: *Eusebius tempora Alienigenarum qui ex intervallo potiti rerum sunt annis CXI (dic CXX) non supputavit, sed cum Iudicum temporibus coniuncta esse censuit.*

anni XL Mosis in deserto degentis, tum et quatuor Solomonis, ita ut reliqui sint CCCCXXXVI usque ad Davidis obitum; hique in quinque procreationes ita tribuantur, ut cuique viro quum gigneret, annus aetatis LXXXV adsignetur: quam siquis paulo perspicacior consideret, doctrinam veram agnoscet; praesertim si ad Davidis etiam natalia respiciat. Seni quippe Iessae natus est octavo loco David, post septem fratres natu maiores (1). Hinc quoque, inquimus, praedicta ratio temporum satis confirmatur. Igitur de sententia nostri regnorum libri a relicta Aegypto ad Solomonem templumque constructum anni labuntur CCCCLXXX: ita tamen ut tempora quoque Alienigenarum in his comprehendantur, seriei interposita Iudicum qui rerum ex ordine potiti sunt.

29. Sed enim et alio modo ex ipso libro Iudicum res lucidius innotescit. Ius populo reddebat Iephtaeus, contraque eum Amorrhaeorum bellum conflatum est Iordanis fluvii incolarum. Is autem nuntium ad hostem misit his verbis (*): « Num tu melior Balaco, filio Sephoris (2), » rege Moabitarum? Hic autem num forte cum Israële rixatus est » manusve conseruit quo tempore Israël incolebat Esebonem eiusque » suburbana, Azerum cum suis pagis ad amnem Iordanem ab annis » trecentis? Quid ni eos per id tempus in libertatem vindicaverunt »? Atqui his docet *Iephtaeus*, a Mosis temporibus Balacoque Sephoris filio usque ad suam aetatem annos interiacere trecentos. Id autem aevi spatium nullo pacto definitur, nisi tempora Alienigenarum, ut diximus, eadem esse putentur quae Iudicum potestate fungentium. Revera si annos, quibus populus Alienigenarum vi pressus servivit, seorsim supputes, tempora mehercule trecentesimi anni fines satis excedent. Contra si annos dominantium Iudicum tantummodo numeres, a definito Mosis tempore ad Iephthaeum anni tibi trecenti consurgent (3): quod ipsius Iephthaei testimonio firmatur.

30. Nostra igitur chronologia hac ratione explicetur.

(*) Καὶ νῦν μὴ κρείσσον εἶ σὺ τοῦ Βαλὰκ υἱοῦ Σεπφὼρ βασιλέως Μωὰβ; μὴ μάχῃ ἐμαχήσατο μετὰ Ἰσραὴλ, ἢ πολεμῶν ἐπολέμησεν ἐν αὐτοῖς; ἐν τῷ οἰκῆσαι Ἰσραὴλ ἐν Ἐσεβὼν καὶ ἐν ταῖς θυγατράσιν αὐτῆς, καὶ ἐν Ἀροὴρ καὶ ἐν ταῖς θυγατράσιν αὐτῆς, καὶ ἐν πάσαις ταῖς παρὰ τὸν Ἰορδάνην τριακόσια ἔτη; τί ὅτι οὐκ ἐρύσαντο αὐτοὺς ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ; *Ex Iudic.* XI. 25-26.

(1) I. *Reg.* XVI. 10-11.

(2) In codicis arm. textu *Soporis*, in margine *Beoris*.

(3) Atqui nonnisi CCLXXX, uti nunc se habent apud codicem arm. numeri in tabula proxime addenda. Iam in hac universa quaestione constituenda magnopere laborasse Eusebium tradit Syncellus p. 174. D.

A MOSE VSQVE AD SOLOMONEM.

Mosis anni XL.
Iosuae anni XXVII.
Alienigenarum et
Godonielis iudicis anni LXXX (1).
Alienigenarum nec non
Deborae et Baraci anni XL.
Gedeonis anni XL.
Abimelechi anni III.
Tholae anni XXII.
Iairi anni XXII.
Alienigenarum et
Iephthaei iudicis anni VI.
Sebegonis (2) anni VII.
Labdonis (3) anni VIII.
Alienigenarum et
Sampsonis anni XX (4).
Eo tempore gestum est bellum iliacum.
Heli anni XL.
Samuelis et Saulis anni XL.
Davidis anni XL.
Solomonis anni IV usque ad templi aedificium.
Summa a Mose egressuque ab Aegypto usque ad templi structuram, anni CCCCLXXX (5).

31. De Iosua Mosis successore liber illius homonymus nihil narrat, praeter quam quod anno aetatis centesimo decimo obiit. Hebraei tamen annis septem supra viginti ducatum ab eo gestum confirmant, adeo ut ipse annum agens aetatis quadragesimum tertium ex Aegypto cum Mose discesserit. Iam vel ipsius Samuelis tempora quandoquidem *sacri* libri perspicue non tradunt, ego quidem quod a divo Apostolo de Saule dictum est, id Sauli aeque et Samueli commune esse putem. Certe Samuelem plurimis annis praefuisse populo apparet: Saulis vero biennium tantummodo *sacer* sermo confirmat. Namque primo capite

(1) Praetermissum posthinc ab Eusebio Aodum, decem annis iudicem, criminatur Syncellus p. 36. B. *Εὐσέβιος Ἀὼδ τὸν κριτὴν οὐκ ἐστοιχείωσεν κρίναντα τὸν Ἰσραὴλ ἔτη δέκα.*

(2) Idem est atque *Esephon* vel *Esebon*. Deinde omittitur *Aeglon* vel *Aelon* qui ab Eusebio omittitur etiam in tabulis infra addendis iudicum, et in secundo libro dicitur abesse a textu τῶν LXX, quod testatur et Samuel historicus. Nunc autem plane occurrit hic *Aeglon* apud τοὺς LXX, nec non apud Biblia arm. ab eorumdem fonte deducta.

(3) Ita Eusebius constanter *Labdon* toto hoc opere et *Praep. ev.* X. 14, uti etiam graeca Biblia: quamquam armeniaca ab his derivata habent *Abdon* uti et latina Vulgata.

(4) Audiendus heic rursus Syncellus p. 36. *Εὐσέβιος μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Σαμψὼν τοῦ κριτοῦ, τῆς ἀναρχίας, ἤτοι εἰρήνης τοῦ λαοῦ μ' ἔτη ἐν τῷ κατὰ πλάτος οὐκ ἔθηκεν* · *Eusebius post Sampsonis iudicis obitum annos XL libertatis seu publicae pacis in diffusiore chronographiae parte non recensuit.* Rursus Eusebius quod annos Sampsonis cum annis Alienigenarum permiscuerit reprehenditur a Syncello p. 165. B.

(5) Atqui haec summa e praedictis numeris non conflatur. Videbatur tamen esse lacuna in codice arm. inter Labdonem et Sampsonem.

regni sic ait Scriptura, (*) « Filius, inquit, anniculus erat Saul cum » regnum iniit; et duobus praeterea annis dominatus est Israëli ». Quamquam Symmachus eum locum illuminat, quem ita interpretatur: « (†) Filius, inquit, tamquam anniculus erat Saul cum regni habenas » accepit ». Quibus verbis hominem simplicem vitiique expertem significat sub regni primordiis, qui tamen in eo vitae habitu ultra biennium non mansit. Quamobrem et postea subversus est, et a Deo reiectus, adeo ut a Daemone suffocaretur. Hinc et illius reliqui anni in Samuelis aetate censentur, ita ut quadraginta anni scribantur Samuelis et Saulis.

32. Sed tamen non apostolico solum testimonio tempora Saulis in tot annos excrescunt, sed diligenti atque accurata etiam librorum *sacrorum* consideratione. Saule quippe mortuo ait historia (1), Iebusthem Saulis filium quadraginta annos natum Israëlis regno potitum esse, idque biennio retinuisse, dempta Iudae domo quae partes Davidis sequebatur. Iam hunc Iebusthem Saulo recens ad regnum provecto natum esse vel inde constat, quod *sacri* libri, filiis tribus Saulis regnum non ita pridem exorsi commemoratis (2), hunc, de quo sermo est, *Iebusthem* silentio premunt: quae res natum postea coarguit: tantumque Saulis regnum quanta post eius obitum aetas filii deprehenditur.

33. Post hactenus dicta id omnino tenendum est quod tertio regnorum (3) scribitur, nempe ab egressu ex Aegypto usque ad Solomonem templique aedificium annos effluxisse CCCCLXXX. Iam ab Abrahamo ad exitum duce Mose anni erant DV. Et a diluvio ad primum annum Abrahami anni DCCCCXLII. Denique ab Adamo ad diluvium anni MMCCXLII. Summa autem ab Adamo ad Solomonem templumque conditum, annorum est MMMMCLXX (4).

De temporibus Solomonis eiusque ad condendum templum collatis curis Iosephus historiographus primo Iudaeorum priscorum libro phoenicios homines testes invocat. Haud inutile mihi videtur memoratorum ab eo virorum suffragium. In laudata igitur historia sic ille scribit.

(*) Υἱὸς ἐνιαυτοῦ ἦν Σαοὺλ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτὸν, καὶ δύο ἔτη ἐβασίλευσεν ἐπὶ Ἰσραήλ. *I. Reg. XIII. 1.*

(†) Υἱὸς ὡς ἐνιαύσιος Σαοὺλ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν. *Ab Hexaplis.*

---

(1) II. *Reg.* II. 10.

(2) I. *Reg.* XIV. 49.

(3) Cap. VI. 1.

(4) Codex arm. MMMMCL; sed Eusebius apud Syncellum p. 181. D. habet, ut heic, MMMMCLXX: et hanc summam, uno dempto, praedicti numeri conflant.

CAPVT XVII.

Iosephi testimonium a Phoenicibus sumptum de templo Hierosolymis condito.

1. Nunc iuvat hinc progredi ad Phoenicum de gente nostra scripturas, atque ex his testimonia proferre. Profecto apud Tyrios ex omni antiquitate supersunt praeteritorum annorum monumenta regiis scriptis commendata diligentissimeque servata, in quibus res ab ipsis gestae, itemque aliarum gentium facinora, quaecumque memoriâ digna sunt, continentur. In his perscriptum est, templum Hierosolymis a Solomone rege fuisse constructum antiquitus, nempe annis CXLIII cum mensibus octo ante quam Tyrii Carthaginem conderent. Quin adeo templi nostri structura non obscuris verbis a Phoenicibus historiae commendata est. Namque Hiromus (1) Tyriorum rex, regis nostri Solomonis familiaris, patriaeque amicitiae heres, munifico studio ductus Solomonis in eo aedificio iuvandi, talenta auri CXX ad templi ornatum contulit, materiemque optimam in monte, cui nomen Libano, caesam ad tecti contignationem submisit. Huic autem Solomon remunerandi causa tum alia multa, tum loca aliquot in provincia

1. Βούλομαι τοίνυν ἀπὸ τούτων ἔτι μετελθεῖν ἐπὶ τὰ παρὰ τοῖς Φοίνιξιν ἀναγεγραμμένα περὶ τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ τὰς ἐξ ἐκείνων μαρτυρίας παρασχεῖν. Ἔστι τοίνυν παρὰ Τυρίοις πολλῶν ἐτῶν γράμματα, δημοσίᾳ γεγραμμένα, καὶ πεφυλαγμένα λίαν ἐπιμελῶς, περὶ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς γενομένων καὶ πρὸς ἀλλήλους πραχθέντων μνήμης ἀξίων. Ἐν τούτοις γέγραπται, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδομήθη ναὸς ὑπὸ Σολομῶνος τοῦ βασιλέως, ἔτεσι θᾶττον ἑκατὸν τεσσαράκοντα καὶ τρισὶν καὶ μησὶν ὀκτὼ τοῦ κτίσαι Τυρίους Καρχηδόνα· ἀνεγράφη δὲ παρ᾽ ἐκείνοις ἡ τοῦ ναοῦ κατασκευὴ τοῦ παρ᾽ ἡμῖν· Εἴρωμος γὰρ ὁ τῶν Τυρίων βασιλεὺς φίλος ἦν τοῦ βασιλέως ἡμῶν Σολομῶνος, πατρικὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν διαδεδεγμένος· αὐτὸς οὖν συμφιλοτιμούμενος εἰς τὴν τοῦ κατασκευάσματος τῷ Σολομῶνι λαμπρότητα, χρυσίου μὲν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἔδωκε τάλαντα· τεμὼν δὲ καλλίστην ὕλην ἐκ τοῦ ὄρους, ὃ καλεῖται

(1) Qui heic dicitur *Hiromus*, is scribitur *Hiram*. II. *Reg*. V. 11 in latina Vulgata; Χειρὰμ apud LXX et apud Biblia armeniaca; Σούρων apud Eusebium *Praep. ev*. IX. 33 et 34; Ἱέρωμος denique apud Theophilum *ad Autolyc*. III. 22.

Galilaea possidenda concessit, nomine Chabula. Maxime vero amicitiam eorum auxit sapientiae studium. Nam problemata inter se missitabant solvique iubebant: porro in his eminebat Solomon, et in aliis etiam plurimis sapientia praestabat. Multae adhuc apud Tyrios supersunt epistolae, quas illi mutuo scripserunt (1).

2. Iam quae hactenus dixi a me non esse conficta, testem tyriorum quidem scriptorum gravissimum excitabo hominem, qui Phoenicum historiam summa fide scripsisse putatur; Dium, inquam, qui in phoenicia historia sic ait. Mortuo Abibalo, regnum filius eius Hiromus obtinuit. Hic in orientali urbis plaga humum exaggerans, ipsam urbem ampliorem effecit, et olympii Dei Iovis fanum, quod erat seiunctum in insula, interiectis locis aggere oppletis, urbi admiscuit, oblatisque ex auro signis ornavit. Tum et in Libanum montem cedris abundantem conscendens, ligna caedebat ad fanorum aedificium. Solomon autem Hierosolymorum tyrannus misisse ad Hiromum aenigmata fertur, vicissimque ab hoc scripta eiusmodi repoposcisse (2): ea

Λίβανος, εἰς τὴν ὄροφον ἀπέστειλεν. Ἀντεδωρήσατο δὲ αὐτῷ ὁ Σολομὼν ἄλλοις τε πολλοῖς, καὶ γῇ κατὰ χώραν τῆς Γαλιλαίας τῇ Χαβουλῶν λεγομένῃ. Μάλιστα δὲ αὐτοὺς εἰς φιλίαν τῆς σοφίας συνῆγεν ἐπιθυμία· προβλήματα γὰρ ἀλλήλοις ἀντεπέστελλον λύειν κελεύοντες, καὶ κρείττων ἐν τούτοις ἦν ὁ Σολομὼν, καὶ τἄλλα σοφώτερος. Σώζονται δὲ μέχρι νῦν παρὰ τοῖς Τυρίοις πολλαὶ τῶν ἐπιστολῶν, ἃς ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους ἔγραψαν.

2. Ὅτι δ' οὐ λόγος ἐστὶν ὑπ' ἐμοῦ συγκείμενος, ὁ περὶ τῶν παρὰ τοῖς Τυρίοις γραμμάτων, παραθήσομαι μάρτυρα Δῖον, ἄνδρα περὶ τὴν φοινικὴν ἱστορίαν ἀκριβῆ γεγονέναι πεπιστευμένον. Οὗτος τοίνυν ἐν ταῖς περὶ Φοινίκων ἱστορίαις γράφει τὸν τρόπον τοῦτον. Ἀβιβάλου τελευτήσαντος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εἴρωμος ἐβασίλευσεν. Οὗτος τὰ πρὸς ἀνατολὰς μέρη τῆς πόλεως προσέχωσεν, καὶ μεῖζον τὸ ἄστυ πεποίηκεν, καὶ τοῦ ὀλυμπίου Διὸς τὸ ἱερὸν καθ' ἑαυτὸ ὂν ἐν νήσῳ, χώσας τὸν μεταξὺ τόπον, συνῆψε τῇ πόλει, καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασιν ἐκόσμησεν. Ἀναβὰς δὲ εἰς τὸν Λίβανον ὑλοτόμησε πρὸς τὴν τῶν ναῶν κατασκευήν. Τὸν δὲ τυραννοῦντα Ἱεροσολύμων Σολομῶνα πέμψαι φασὶ πρὸς τὸν Εἴρωμον

(1) Ex his epistolis supersunt binae apud III. *Reg.* V. tum apud Iosephum *Antiq.* VIII. 2. quas verbis saepe immutatis recitat etiam Eusebius *Praep. ev.* IX. 33-34. Easdem epistolas commemorat et Theophilus *ad Autolyc.* III. 22. Clemens autem *Strom.* I. 21. p. 396. easdem extitisse ait apud Polyhistorem, quam rem innuit ipse Eusebius *Praep. ev.* IX. 37.

(2) Interpres arm. explicat verbum ἀξιοῦν *dignatum esse*: nobis tamen aliter interpretandum videbatur.

lege ut qui minus aenigma, pecuniam certe solveret. Ei conditioni quum acquievisset Hiromus, moxque aenigmata haud potuisset exsolvere, magnas opes multae nomine pendebat. Postremo autem eruditus quidam vir sagax, Abdemonus dictus, et aenigmata a Solomone proposita explicuit, et alia invicem exhibuit; quae quum Solomon non expedivisset, multas opes Hiromo persolvit. Atque ita Dius testimonio suo dicta nostra comprobat.

3. Ei tamen et Menandrum ephesium addam: nam et hic singulorum regnorum res praeclare gestas apud Graecos et Barbaros scripsit, adhibito studio ad historiam e cuiusque regionis monumentis cognoscendam. Scribens autem de Tyri regibus, ubi devenit ad Hiromum haec ait: Mortuo Abibalo regnum excepit filius eius Hiromus, qui annis vixit LIII, regnavitque XXXIV. Is humo opplevit spatium quod inter urbem fanumque Iovis interiacebat: in eodemque Iovis fano auream columnam dicavit: pergensque in cedrinam montis, qui Libanus dicitur, silvam ligna cecidit quibus fanorum tecta construerentur. Tum antiquis delubris sublatis, templa Herculis Astartaeque fundavit. Primum Herculis condidit mense peritio (1), bello moto adversus Tyrios, qui

αἰνίγματα, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβεῖν ἀξιοῦν· τὸν δὲ μὴ δυνηθέντα διακρῖναι, τῷ λύσαντι χρήματα ἀποτίνειν· ὁμωλογήσαντα δὲ τὸν Εἴρωμον, καὶ μὴ δυνηθέντα λύσαι τὰ αἰνίγματα, πολλὰ τῶν χρημάτων εἰς τὸ ἐπιζήμιον ἀναλῶσαι. Εἶτα δὴ Ἀβδήμονόν τινα τύριον ἄνδρα τὰ προτεθέντα λύσαι, καὶ αὐτὸν ἄλλα προβαλεῖν ἃ μὴ λύσαντα τὸν Σολομῶνα, πολλὰ τῷ Εἰρώμῳ προσαποτίσαι χρήματα. Διος μὲν οὕτω περὶ τῶν προειρημένων ἡμῖν μεμαρτύρηκεν.

3. *Ἀλλὰ πρὸς τούτῳ παραθήσομαι Μένανδρον τὸν ἐφέσιον· γέγραφε δὲ οὗτος τὰς ἐφ' ἑκάστου τῶν βασιλέων πράξεις παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ Βαρβάροις γενομένας, ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ἐπιχωρίων γραμμάτων σπουδάσας τὴν ἱστορίαν μαθεῖν. Γράφων δὴ περὶ τῶν βεβασιλευκότων ἐν Τύρῳ, ἔπειτα γενόμενος κατὰ τὸν Εἴρωμον, ταῦτα φησί. Τελευτήσαντος δὲ Ἀβιβάλου, διεδέξατο τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εἴρωμος, ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τρία, ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα τέσσαρα. Οὗτος ἔχωσε τὸν εὐρύχωρον, τόν τε χρυσοῦν κίονα τὸν ἐν τοῖς τοῦ Διὸς ἀνέθηκεν· ἔτι τε ὕλην ξύλων ἀπελθὼν ἔκοψεν, ἀπὸ τοῦ λεγομένου ὄρους Λιβάνου, κέδρινα ξύλα εἰς τὰς τῶν ἱερῶν στέγας· καθελών τε τὰ ἀρχαῖα ἱερὰ καινοὺς ναοὺς ᾠκοδόμησε, τό τε τοῦ Ἡρακλέους καὶ τῆς Ἀστάρτης τέμενος ἀνιέρευσεν, καὶ τὰ μὲν τοῦ Ἡρακλέους πρῶτον ἐποιήσατο ἐν τῷ περιτίῳ μηνὶ, εἶτα τὸ τῆς Ἀστάρτης, ὁπότε Τιτυοῖς (2) ἐπεστράτευσεν*

(1) Nempe februario, ut docet Suidas.

(2) Ex armeniaca interpretatione constat ponendum esse in Iosephi textu Τυρίοις, quod iampridem critici faciendum censuerunt.

tributum mutata fide non solvebant. Hos quidem ille perdomitos ad obedientiam revocavit. Eo tempore inclaruit puer quidam Abdemonus, qui in cunctis abs Hierosolymorum rege Solomone propositis sibi problematis superior evadebat.

4. Ac tempus ab hoc rege ad Carthaginem conditam hac ratione supputatur. Extincto Hiromo, potitus est regno filius eius Bahalbalerus, qui vixit annis XLIII, et regnavit XVII (1). Post hunc Abdastartus eius filius, qui vixit annis XXXIX (2) regnavitque IX. Hunc quatuor nutricis filii (3) insidiis exceptum interemerunt, quorum natu maximus regnum occupavit. Deinde Astartus Eleastarti filius, qui vixit annis LIV regnavitque XII. Postea frater eius Astharimus, qui vixit annis LVIII, regnavitque IX. Hic a fratre suo Phelite occisus est, qui et dominationem obtinuit mensibus octo, et ad quinquagesimum (4) annum vitam produxit. Hunc interfecit Itholbalus Astartae sacerdos (5), qui

μὴ ἀποδιδοῦσι τοὺς φόρους· οὓς καὶ ὑποτάξας ἑαυτῷ πάλιν ἀνέστρεψεν. Ἐπὶ τούτου δὲ τὶς ἦν Ἀβδήμονος (6) παῖς νεώτερος, ὃς ἐνίκα τὰ προβλήματα, ἃ ἐπέτασσε Σολομὼν ὁ Ἱεροσολύμων βασιλεύς.

4. *Ψηφίζεται δὲ ὁ χρόνος ἀπὸ τούτου τοῦ βασιλέως ἄχρι τῆς Καρχηδόνος κτίσεως οὕτως. Τελευτήσαντος Εἰρώμου διεδέξατο τὴν βασιλείαν Βαλεάζαρος ὁ υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τεσσαράκοντα τρία, ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά. Μετὰ τοῦτον Ἀβδάστρατος, ὁ αὐτοῦ υἱὸς, βιώσας ἔτη εἴκοσι ἐννέα, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. Τοῦτον οἱ τῆς τροφοῦ αὐτοῦ υἱοὶ τέσσαρες ἐπιβουλεύσαντες ἀπώλεσαν, ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐβασίλευσεν ἔτη δεκαδύο. Μεθ' οὓς Ἄσταρτος ὁ Δελαιαστάρτου, ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα, ἐβασίλευσεν ἔτη δώδεκα. Μετὰ τοῦτον ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀσέρυμος, βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ πεντήκοντα, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. Οὗτος ἀπώλετο ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Φέλητος, ὃς λαβὼν τὴν βασιλείαν ἦρξε μῆνας ὀκτὼ, βιώσας ἔτη πεντήκοντα. Τοῦτον ἀνεῖλεν Εἰθώβαλος ὁ τῆς Ἀστάρτης ἱερεὺς, ὃς βασιλεύσας ἔτη τριάκοντα δύο, ἐβίωσεν ἔτη ἑξήκοντα ὀκτώ. Τοῦτον*

---

(1) Graece VII. Sed etiam Theophilus (III. 22) habet XVIII; et, quod pluris est, idem Iosephus apud Syncellum p. 183. C.

(2) Graece XXIX.

(3) Interpres arm. utitur heic voce TAIAGORTI, quae componitur ex TAIAG *nutrix*, et ORTI *filius*. In Actis autem Apost. XIII. 1. quo loco graece est *σύντροφος* et latine *collactaneus*, Armenii scribunt TAIAGORTI. Ita et I. *Machab*. I. 6, et II. *Machab*. IX. 29. Videtur igitur Abdastartus occisus a pueris cum eo nutritis. Sed enim graece quoque est uti nos scripsimus *nutricis filii*.

(4) Ita graece *quinquagesimum*, quae est vera lectio, confirmaturque a Theophilo. At codex arm. habet *decimum* mendose propter numeralium harum notarum in ea lingua levem differentiam.

(5) Codex arm. *Astartorum rex* pro *Astartae sacerdos*.

(6) Textus arm. *Abdemonis minor natu filius*, quia Ἀβδήμονος visus est heic armenio interpreti casus genitivus, sed immerito.

annis XXXII regnavit, vixitque XLVIII (1). Huic Balelorus filius successit, qui vixit annis XLV et regnavit VIII (2). Hunc excepit Metenus filius, qui annis XXXII vixit et XXIX imperavit. Successit in huius locum Physmanon, qui annis LVIII vixit, et XLVII dominatus est. Septimo eius regni anno Soror eiusdem, coloniâ abstractâ, Carthaginem in Libya condidit.

5. Summa temporis ab Hiromi regno ad Carthaginem conditam, anni sunt CLV mensesque VIII. Anno Hiromi duodecimo templum Hierosolymis fundatum est. Igitur a templi ad Carthaginis aedificium anni CXLIII mensesque octo elapsi sunt. Iamvero Phoenicum testimonio plura aggerere quid interest? Sane patrum nostrorum in eam regionem adventus aedificio templi antiquior est. Quippe hi regione universa in potestatem suam redacta, tum demum templo condendo operam dederunt. Id autem ego e venerabilibus libris perspicue, ut arbitror, in Antiquitatibus (3) ostendi.

6. Hactenus Iosephus. Nostra vero chronologia, quam subteximus, a quarto Solomonis anno videlicet a templo condito usque ad eum locum a Babyloniis eversum, annos colligit CCCCXXXII qui ita recensentur.

διεδέξατο Βαδέζωρος υἱὸς, ὃς, βιώσας ἔτη τεσσάρακοντα πέντε, ἐβασίλευσεν ἔτη ἕξ. Τούτου διάδοχος γέγονε Μάτγηνος ὁ υἱὸς, ὃς, βιώσας ἔτη τριάκοντα δύο, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. Τούτου διάδοχος γέγονε Φυγμαλίων, βιώσας δ' ἔτη πεντήκοντα ἕξ, ἐβασίλευσεν ἔτη τεσσαράκοντα ἑπτὰ. Ἐν δὲ τῷ ἐπ' αυτοῦ ἑβδόμῳ ἔτει ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ φυγοῦσα, ἐν τῇ Λιβύῃ πόλιν ᾠκοδόμησε Καρχηδόνα.

5. Συνάγεται δὴ πᾶς ὁ χρόνος ἀπὸ τῆς Εἰρώμου βασιλείας ἄχρι Καρχηδόνος κτίσεως, ἤτη ρνέ, μῆνες ή. Ἐπεὶ δὲ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Εἰρώμου βασιλείας ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς. Γέγονεν οὖν ἀπὸ τῆς οἰκοδομήσεως τοῦ ναοῦ ἄχρι Καρχηδόνος κτίσεως, ἔτη ἑκατὸν τεσσαράκοντα τρία, μῆνες ὀκτώ. Τῆς μὲν οὖν παρὰ Φοινίκων μαρτυρίας τί δεῖ προσθεῖναι πλείω; βλέπεται γὰρ τἀληθὲς ἰσχυρῶς ὡμολογημένον. καὶ πολὺ δήπου προάγει τῆς τοῦ νεὼ κατασκευῆς ἡ τῶν προγόνων ἡμῶν εἰς τὴν χώραν ἄφιξις ὅτε γὰρ αὐτὴν πᾶσαν πολέμῳ παρέλαβον, τότε τὸν νεὼν κατεσκεύασαν. καὶ ταῦτα σαφῶς ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ὑπ' ἐμοῦ δεδήλωται δια τῆς ἀρχαιολογίας. *Ex opere contra Apionem I. 17 - 18.*

(1) Graece LXVIII.

(2) Ita Iosephus etiam apud Syncellum p. 183. C. At heic graece *VI*; Theophilus autem *VII*. In sequentibus etiam a graeco textu discrepat armenius.

(3) Lib. VIII. 2-3. Iamvero heic armenius interpres dicit in *priscorum oraculo*, quasi ἀρχαιολογία componatur ex ἀρχαίων et λόγιον *oraculum*; quod secus est.

I. Solomon reliquis, post tres praedictos, annis XXXVII.
II. Roboamus annis XVI.
III. Abias annis III.
IV. Asa annis XLI.
V. Iosaphatus annis XXV (1).
VI. Ioramus annis VIII.
VII. Ochosias anno I.
VIII. Godolia mater annis VII.
IX. Ioasus annis XL.
X. Amesias annis XXVIII.
XI. Ochosias annis LII.
Sub hoc prima olympias Graecorum instituta est.
XII. Ioramus annis XVI.
XIII. Achazus annis XVI.
XIV. Ezechias annis XXIX.
XV. Manasses annis LV.
XVI. Amosus annis II (2).
XVII. Iosias annis XXXI.
XVIII. Ioachasus mensibus III.
XIX. Ioachimus annis XII.
XX. Ioachimus filius eius, idem qui Ichonias, mensibus III.
XXI. Matthanias, idem qui Sedechias, annis XIV (3).
Summa annorum CCCCXXXII (4).

CAPVT XVIII.

De babylonica captivitate Iudaeorum reliquisque eorumdem temporibus (5).

I. SVBSEQVTA est Iudaeorum captivitas babylonica locique *sancti* vastitas annis LXX, qui circa alterum annum Darii regis Persarum et sexagesima quinta olympiade expliciunt, cuius rei testes sunt divinae Scripturae. Nobiscum de his sentit etiam Clemens, qui primo Stromatum haec scribit: (*) Et captivitas quidem ad LXX usque annum protracta est, alteroque demum anno Darii Vestaspis, qui Persis, Assyriis et Aegyptiis regia auctoritate imperavit, antiquata est. Tunc Aggaeus et Zacharias e prophetarum duodecim ordine vaticinia

(*) Καὶ ἔμεινεν ἡ αἰχαλωσία ἐπὶ ἔτη ἑβδομήκοντα, καταλήξασα εἰς τὸ δεύτερον ἔτος τοῦ Δαρείου τοῦ Ὑστάστου, τοῦ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων. καὶ Αἰγυπτίων· γεγενημένου βασιλέως· ἐφ' οὗ Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας, καὶ ὁ ἐκ τῶν δώδεκα Ἄγγελος προφητεύουσι· καὶ ἦν ἀρχιερεὺς Ἰησους ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ. *Ex Clemente Strom.* I. 21. p. 395.

(1) Codex arm. XLV, sed error est propter notarum similitudinem. Confer tabulas et posteriorem librum.

(2) De annis quibus regnavit Amosus recole cap. V. p. 20. n. 4.

(3) Horum regum anni saepe aliter se habent in tabulis deinceps addendis, et in posteriore libro.

(4) Ita se habet numerus in codice arm. quem nos intactum relinquimus.

(5) Hunc capitis titulum nos supplemus. Nam in codice arm. nihil aliud scribitur nisi vox CLEMENTIS, quam nos omittendam putavimus.

canebant; itemque Angelus, nimirum Malachias, qui explicatur nuntius: pontificatum autem Iesus Iosedechi filius gerebat. Haec praedictus vir ait. Sed enim, quod usque ad alterum Darii annum septuagenarium illud templi exitium manserit, testis de proximo adest Zacharias propheta, qui anno Darii secundo in haec verba erumpebat: « (*) Quousque te, Domine omnipotens, Hierosolymorum non miseret » ceterarumque Iudaeae urbium, quas abhinc annis septuaginta con» temnis »? Quae tu reputans, rogabis, cur nam initio librorum Esdrae dictum sit: « (†) Anno primo Cyri Persarum regis, ut Dei » verba, Hieremiae ore prolata, in rem conferrentur, excitavit Do» minus Cyri regis Persarum spiritum, qui iussa eiusmodi scriptis » litteris universo regno proposuit » ? Iam et ea, quae ibi sequuntur, liberationem Iudaeorum declarant, et Cyri de instaurando templo mandatum. Atqui haec nonne persuadeant, septuagenariam captivitatis periodum sub Cyro potius quam sub Dario fuisse conclusam?

2. His ego occurrens aio: duo tempora septuagenaria prophetico sermone esse praenuntiata, quorum primum a templo everso exordiens, desinit in annum secundum Darii, quod diserte dicitur a Zacharia; alterum a Iudaeis in servitutem redactis usque ad captam Babylonem Chaldaeorumque regnum sublatum, cuius temporis periodus ab ipso vaticinio initium capit, et sub Cyro concluditur, secundum Hieremiae dictum, qui futura praesagiens aiebat: « (⊕) Haec » inquit Dominus; postquam annos septuaginta Babylone exegeritis, » ego quidem vos invisam, meique oraculi tenax ad hunc locum » reducam ». Rursusque vaticinans « Universa, inquit, regio haec » ad excidium vastitatemque vocabitur, *eiusque incolae* inter regis Ba» byloniorum populos famulatu fungentur. Tum et illos populos,

(*) Κύριε παντοκράτωρ, ἕως τίνος οὐ μὴ ἐλεήσεις τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς πόλεις Ἰούδα, ἃς ὑπερίδες τοῦτο ἑβδομηκοστὸν ἔτος; E Zacharia I. 12.

(†) Καὶ ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει Κύρου τοῦ βασιλέως Περσῶν, τοῦ τελεσθῆναι λόγον Κυρίου ἀπὸ στόματος Ἱερεμίου, ἐξήγειρε Κύριος τὸ πνεῦμα Κύρου βασιλέως Περσῶν, καὶ παρέγγειλε φωνὴν ἐν πάσῃ βασιλείᾳ αὐτοῦ καί γε ἐν γραπτῷ λέγων. Ex Esdra I. 1.

(⊕) Ὅταν μέλλῃ πληροῦσθαι Βαβυλῶνι ἑβδομήκοντα ἔτη, ἐπισκέψομαι ὑμᾶς, καὶ ἐπιστήσω τοὺς λόγους μου ἐφ᾽ ὑμᾶς τοῦ ἀποστρέψαι τὸν λαὸν ὑμῶν εἰς τὸν τόπον τοῦτον. Ex Hieremia xxxvi seu xxix. 10.

» inquit Dominus, et Chaldaeorum regionem subvertam (*) ». Quae omnia sub Cyro evenerunt. Captivitatis tamen tempus haudquaquam a templo everso percensendum est, sed paulo altius repetendum, nempe ab altero Ioachimi Iudaeorum regis anno (1), quo regnante prima captivitas a Nabuchodonosoro rege Babyloniorum invecta est; immo vero ab eo tempore, quo Hieremias vaticinandi initium fecit. Inde enim usque ad *urbem* obsessam templumque inflammatum, anni XL excurrunt; ad primum vero Cyri annum, septuaginta: itaque ex eo spatio quod a Hieremia vaticinium exorso ad Cyrum interiacet, prior periodus septuagenaria conflatur. Rursus a templo sublato ad Cyrum anni sunt XXX, ita ut altero Darii anno septuaginta item anni existant (2): denique octavo (3) Darii *anno templum* restitutum est.

3. (†) Deinceps Iudaeis nullus indigena rex fuit: pontificibus suis tamquam principibus ducibusve utebantur: ceterum Persarum regibus obtemperabant, quamdiu Persidis regnum mansit. Exin in Macedonum potestate fuerunt, qui post Alexandrum regia auctoritate praefulserunt, usque ad Antiochum Epiphanem qui Syriae regno potitus iudaeam gentem vexare coepit ut ad ethnicam superstitionem traduceret. Sub hoc videlicet Matathias Asamonis filius hierosolymitanus sacerdos, eiusdemque

(*) Καὶ ἔσται πᾶσα ἡ γὴ εἰς ἀφανισμὸν καὶ εἰς ἐρήμωσιν, καὶ δουλεύσουσιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος. Ἐκδικήσω καὶ ἐπὶ τὸ ἔθνος ἐκεῖνο, φησὶ Κύριος, καὶ ἐπὶ τὴν γὴν Χαλδαίων καὶ θήσομαι αὐτοὺς εἰς ἀφανισμὸν αἰώνιον. *Ex Hieremia XXV. 11-12.*

(†) Διέμειναν τε ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου Ἰουδαῖοι ἀβασίλευτοι, ὅσα ἐπὶ ἰδίοις βασιλεῦσιν, ἄρχουσι μὲν καὶ ἡγεμόσι χρώμενοι τοῖς οἰκείοις ἀρχιερεῦσι, τοῖς δὲ Ἀσσυρίων βασιλεῦσι τὸ πρῶτον ἢ τοῖς Περσῶν ὑπακούοντες, καὶ μετ᾽ ἐκείνους τοῖς μετ᾽ Ἀλέξανδρον ἄρξασι Μακεδόσι, μέχρις Ἀντιόχου Ἐπιφανοῦς, ὃς τῆς Συρίας βασιλεύσας ἑλληνίζειν ἐξηνάγκασε τὸ Ἰουδαίων ἔθνος. *Ab excerptis Scaligeri ed. amstel. p. 51.*

(1) Ita codex arm. *anno*; sed confer posteriorem librum.

(2) Audiendus Syncellus p. 217. B-C. apud quem Eusebius paulo aliter loquitur, errore ut puto scribarum. Ἀπὸ ιγ´ ἔτους Ἰωσίου τινὲς τῶν ἐξηγητῶν, ἐν οἷς καὶ Εὐσέβιος, τὸ ἑβδομηκονταετηρικὸν τῆς αἰχμαλωσίας χρόνον βούλονται μετρεῖσθαι ἕως τοῦ πρώτου ἔτους Κύρου γινόμενον ἔτη ἑβδομήκοντα. Κατὰ δὲ δεύτερον τρόπον, ὁ αὐτὸς ἑβδομηκονταετὴς χρόνος συνάγεται ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος δ´ ἔτους Ἰωακεὶμ, ἀφ᾽ οὗ καὶ Θεὸς διὰ προφήτου ἐγκαλεῖ τοῦ λαοῦ τοῦ Ἰούδα περὶ τῆς ἀπειθείας, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος τοῦ αὐτοῦ Κύρου. Κατὰ δὲ γ´ καὶ τελευταῖον ἀπὸ τοῦ ια´ ἔτους Σεδεκίου, ἕως τοῦ δευτέρου ἔτους Δαρείου. Τισὶν δὲ ἀκριβέστερον δοκεῖ ἀπὸ τοῦ ι´ ἔτους τῆς προφητείας Ἱερεμίου, ὥς φησιν Εὐσέβιος, τὰ ο´ ἐπὶ τὸ α´ ἔτος Κύρου ἀριθμεῖν.

(3) Atqui cap. XI. 5. p. 34. dictum est *sexto*.

filius Iudas, cognomento Machabaeus, tum et horum successores principatum iudaicum redintegrarunt, eumdemque ad Augustum usque retinuerunt, cuius aetate regnum primus alienigena, Romanorum iussu, obtinuit Herodes. Atque eo demum tempore vivifici nostri IESV CHRISTI natalia fuerunt, relatoque a Mose oraculo finis impositus; (*) « Nun- » quam scilicet desideratum iri principem ex Iuda ducemque e femore » eius, donec is adventaret cui servatum est, in quo gentes spem » suam collocaverunt ». Atque haec ita se habent.

4. Summa vero temporum a Solomone templique primordiis usque ad Darii persae secundum templique instaurationem, anni sunt DII. Tum a Mose egressuque ex Aegypto ad Solomonem et conditum templum, anni sunt CCCCLXXX. A primo autem anno Abrahami ad exitum, anni DV. Et a diluvio ad primum annum Abrahami, anni DCCCCXLII. Et ab Adamo ad diluvium anni MMCCXLII. Denique ab Adamo ad Darii alterum annum secundumque Hierosolymis templi aedificium cumulantur anni MMMMDCLXXX (1). Reliqua tempora post alterum Darii annum, qui fuit sexagesimae quintae olympiadis annus primus, efficiunt olympiadas CXXXVII, annos DXLVIII. Quae *tempora* singillatim ita supputantur.

5. Post Cyrum regem primum Persarum, diadema ad Cambysen recidit. Ab hoc ad Darium, qui annis omnino regnavit VI supra XXX. Huius anno altero templum Hierosolymis instauratum est (2). Reliqui sunt anni Darii XXXIV. Teneantur igitur Darii anni XXXIV. Tum Xerxis anni XX (3), sub quo Estheris res agebantur. Deinde Artaxerxis anni XLI. Sub hoc Esdras sacrorum apud Iudaeos librorum peritus florebat. Is etiam fertur cunctas a Deo dictatas scripturas in mentem sibi revocasse, easque Iudaeis tradidisse novis hebraicarum litterarum formis expressas (4): idque post bella quae regionem illam vastaverant. Praeterea et Nehemias pincerna cognoscebatur, qui mandante

(*) *Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν.* Ex Genesi XLIX. 10.

(1) Syncellus p. 181. D. ait: Εἰσὶν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως ή ἔτους Σολομῶντος κατὰ Εὐσέβιον, ͵δρό: *Ab Adamo ad octavum Solomonis annum Eusebius annos MMMMCLXX ponit.* Templum conditum est anno IV Solomonis. Ergo a MMMMDCLXXX subductis DCII et XV, supersunt anni MMMMLXXIV.

(2) Nempe anno altero instaurari coeptum, octavo vel potius sexto absolutum est.

(3) In codicis textu XL; at in margine XX.

(4) Rem hanc celeberrimam rursus attingit Eusebius in secundo libro, quod facit etiam in praefatione Psalmorum, itemque in commentario ad

rege in Iudaeam progressus Hierosolyma excitabat, urbemque moenibus ambiebat: eatenus enim urbs in ruinis consederat, templo excepto, quod sub Dario revixerat. Post Artaxerxem dominati sunt Persis hi: Darius annis XIX (1). Artaxerxes Mnemon annis XL. Ochus annis XXVI. Arses annis IV. Darius annis VI. Post hos Alexander macedo Persarum imperium delevit, regnavitque ipse annis VI: qui quidem et antequam Darium interimeret iam regnaverat annis VI. Summa temporis ab altero Darii anno ad Alexandri obitum, qui in primum annum incidit olympiadis centesimae quartae decimae, anni sunt CLXXXXVII.

6. Post Alexandri obitum, Aegypti et alexandrinae urbis imperium tenuerunt hi:

I. Ptolemaeus Lagi annis XL.

II. Ptolemaeus Philadelphus annis XXXVIII (2). Sub hoc Hebraeorum sacri libri ad graecam linguam translati sunt, et in alexandrinae urbis bibliothecam recepti.

III. Ptolemaeus Evergetes annis XXIV.

IV. Ptolemaeus Philopator annis XXI.

V. Ptolemaeus Epiphanes annis XXII.

VI. Ptolemaeus Philometor annis XXXIV.

7. Huius aetate regnavit in Syria Antiochus cognomento Epiphanes, sub quo ea contigerunt quae in libro (3) Machabaeorum narrantur. Nempe quod Antiochus iudaeam gentem ad superstitiones ethnicas relabi coëgerit, templumque dedicatis ibi signis temeraverit, tum et sacram supellectilem olympiade centesima quinquagesima prima (4) diripuerit. Interiacent autem inter macedonis Alexandri obitum primumque annum Epiphanis Antiochi anni CL (5): et inter alterum Darii annum atque *ipsum* Antiochum anni CCCXLVII (6). Huius (*) Antiochi temporibus Matathias Asamonis filius patriorum sacrorum zelum prae se ferens, dux

(*) *Κατὰ δὲ Ἀντίοχον τουτονὶ Ματταθίας Ἀσαμωναίου παῖς ζῆλον τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίου θρησκείας ἀναλαβὼν τὴν Ἰουδαίων ἀρχὴν ἀνεκτήσατο, καὶ ἡγήσατο τοῦ*

Psalmum LXII. Et quidem de Esdra librorum sacrorum instauratore, itemque de litterarum apud Hebraeos mutatione, iudicia veterum Patrum nec non Iudaeorum commode coacervavit Calmetus in perdoctis dissertationibus Esdrae praepositis, ad quas lectores ablegamus.

(1) Ita etiam in tabulis et in posteriore libro. At superius cap. XV scribuntur anni VII.

(2) Codex arm. XXVIII sed inferius XXXVIII.

(3) Nempe *primo*.

(4) In secundo libro dicuntur haec ab Eusebio contigisse olympiade CLIII.

(5) Vide posteriorem librum.

(6) Vide rursus posteriorem librum.

gentilis exercitus extitit. Huic successit Iudas filius cognomento Machabaeus. Post hunc rursus frater Ionathas: post quem frater item Simon, in quo liber (1) Machabaeorum finem facit, annorum quadraginta res complexus (2) nempe usque ad olympiadem centesimam sexagesimam primam expletam: a qua ad Augustum Romanorum regem anni LXXXVIII supersunt.

8. Post Simonem, testibus Africano et Iosepho (3), Iudaeorum ductavit exercitum Ionathas (4), qui et Hyrcanus, annis XXVI. Deinde Aristobulus anno uno. Is regium primus diadema gestavit, regem una pontificemque iudaeae genti se praebens (5) post babylonicam captivitatem anno CCCCLXXXIV. Post eum Alexander, qui et Iannaeus, Iudaeorum regnum tenuit annis XXVII (6). Deinde uxor eius Alexandra, quae et Messalina (7), annis IX. Denique Aristobulus atque Hyrcanus (8). Hac aetate Pompeius romani exercitus imperator Iudaeos stipendiarios fecit Romanorum; Hyrcanoque praefecto eis rege, vinctum Aristobulum

λαοῦ. Μεθ' ὃν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ιούδας ὁ ἐπικληθεὶς Μακκαβαῖος. Ἰωνάθης μετὰ τοῦτον. Σίμων τουτονὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ διαδέχεται. Εἰς τοῦτον ἡ βίβλος τῶν Μακκαβαίων περαιοῦται περιέχουσα χρόνον ἐτῶν τεσσαράκοντα μέχρι τέλους ρξα' ὀλυμπιάδος.

Μετὰ δὲ Σίμωνα Ἰουδαίων ἡγεῖται, καθὼς Ἀφρικανὸς καὶ Ἰώσηππος ἱστορεῖ, Ἰωνάθης ὁ καὶ Ὑρκανὸς ἔτη κϛ'. Μεθ' ὃν Ἀριστόβουλος ἔτη α'· οὗτος πρῶτος διάδημα περιέθετο ὁμοῦ καὶ βασιλεὺς καὶ ἀρχιερεὺς γεγονὼς τῶν Ἰουδαίων ἔθνους, μετὰ ἔτη υπδ' τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας. Μεθ' ὃν Ἀλέξανδρος ὁ καὶ Ἰανναῖος ἔτη κβ'. Μεθ' ὃν Ἀλεξάνδρα ἡ καὶ Σααλίνα, γυνὴ αὐτοῦ ἔτη θ'. Μεθ' ὃν Ἀριστόβουλος καὶ Ὑρκανὸς· καθ' οὓς Πομπήϊος Ῥωμαίων στρατηγὸς ὑποφόρους Ῥωμαίοις ἐποιήσατο Ἰουδαίους, Ὑρκανὸν μὲν ἐπιστήσας αὐτῶν βασιλέα, τὸν δὲ Ἀριστόβουλον δέσμιον εἰς Ῥώμην ἀγαγών.

---

(1) Scilicet *primus*.

(2) Ergo mendose scribitur apud Syncellum *triginta*. En autem eius verba p. 288. A. Ὁ ἀπὸ Ματθαδίου τοῦ πατρὸς τῶν Μακκαβαίων Ἰούδα καὶ Ἰωνάθου καὶ Σίμωνος χρόνος κατὰ Εὐσέβιον ἐτῶν ἐστὶ λ: *Summa temporis, quo Matathias Machabaeorum pater nec non filii Iudas, Ionathas et Simon rem publicam administrarunt, anni sunt xxx ad Eusebii rationes.* Dicendum erat igitur *quadraginta*, uti est in graeco textu, utque a posteriore Eusebii libro confirmari videtur.

(3) *Antiq.* XIII. 8.

(4) Ita *Ionathas* in textu armenio et graeco; quin etiam in armeniacis Bibliis I. *Machab.* XIII. 53. Ab Eusebio tamen in posteriore libro scribitur *Iohannes*, quae est longe communior lectio, occurritque etiam in Bibliis arm. *I. Machab.* XVI. 1. et 2.

(5) Confer Iusephum *Antiq.* XIII. 11.

(6) Codex arm. XXV, sed in posteriore libro XXVII. Et quidem harum notarum facilis est confusio in lingua armeniaca.

(7) Haec pro *Salina*, uti graece est, dicitur *Messalina* etiam a Chorenensi *Hist. II.* 13. Armenius tamen Samuel scribit *Salina*.

(8) Codex arm. mendose *qui et Hyrcanus*.

Romam transtulit. Tunc Romanorum principatum invadit olympiade centesima octogesima quarta Iulius Caesar solus imperans annis IV et mensibus V. Post eum Augustus, qui et Sebastus (1), annis LVI et mensibus VI. Sub hoc Herodes primus ex alienigenis, cui, viro nimirum genere ascalonio, ius nullum in iudaicum regnum erat, a Romanis potestate insignitus est. Sub eo VNCTVS DEI nascitur Bethleemi in Iudaea (2). Post Augustum Romanorum imperator fuit Tiberius. Huius anno quinto decimo DOMINVS NOSTER IESVS VNCTVS DEI in humana vita manifestatus est olympiadis ducentesimae primae anno quarto.

9. Quare fiunt ab Epiphane Antiocho ad quintum decimum annum Tiberii, anni CCI. Tum ab Alexandro macedone ad eumdem annum Tiberii, anni CCCLII (3). Et ab altero anno Darii, anni DXLVIII. Rursus a quinto decimo anno Tiberii ad supremam Hierosolymorum obsidionem, quae in alterum Vespasiani annum incidit, conficiuntur anni XLII. Erant (*) autem ab Adamo ad alterum annum Darii, anni MMMMDCLXX (4): tum ab altero Darii anno ad quintum decimum annum Tiberii, anni DXLVIII.; ergo ab Adamo ad quintum decimum

Κατὰ τοῦτον τὸν Ὑρκανὸν, Ῥωμαίων βασιλεύει ἐπὶ τῆς ρπδ' ὀλυμπιάδος Ἰούλιος Καῖσαρ ἔτη γ', μῆνας ξ'. Μεθ' ὃν Αὔγουστος, ὁ καὶ Σεβαστὸς, ἔτη νϛ', μῆνας ϛ'· καθ' ὃν Ἡρώδης πρῶτος ἀλλόφυλος οὐδὲν προσήκουσαν αὐτῷ τὴν Ἰουδαίων βασιλείαν ὑπὸ Ῥωμαίων χειρίζεται, γένος ὢν ἀσκαλωνίτης. Ἐν τούτῳ καὶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς (6) τοῦ Θεοῦ ἐν Βηθλεὲμ γεννᾶται τῆς Ἰουδαίας. Μετὰ δὲ Αὔγουστον Ῥωμαίων ἐβασίλευσε Τιβέριος· τούτου ἔτος ἦν πεντεκαιδέκατον ἐν ᾧ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Θεὸς (7) ἀνεφάνη ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ. *Ab excerptis Scaligeri p. 51-52.*

(*) Ἦν δὲ ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως δευτέρου ἔτους Δαρείου ἔτη ͵δχό. Καὶ τὰ ἀπὸ δευτέρου ἔτους Δαρείου ἔτη φμή. Ὁμοῦ τὰ πάντα ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸ πεντεκαιδέκατον ἔτος Τιβερίου ἔτη (͵εσκή). Ἀπὸ δὲ πεντεκαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου ἐπὶ τὴν εἰκοσαετηρίδα Κωνσταντίνου τοῦ νικητοῦ σεβαστοῦ ἔτη τ'. Συνάγεται ὁ πᾶς χρόνος εἰς ἔτη (͵εφκή) κατὰ τὴν τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνείαν. *Ab excerptis Scaligeri p. 52.*

---

(1) Recole cap. XV. 8. p. 48 cum nota 5.

(2) Haec Hebraeorum tempora a soluta captivitate usque ad Christum perspicue exponit, praeter alios historicos, etiam Augustinus *de civ. D.* XVIII. 45.

(3) Ita codex arm. CCCLII.

(4) Ita codex arm. in margine; at in textu MMMMDCLXXX.

(5) Ὁ υἱὸς *filius* abest heic a codice arm. Est tamen in Eusebii posteriore libro.

(6) Armenius interpres legebat Χριστὸς Θεοῦ.

Tiberii annum, summa annorum MMMMMCCXXVIII (1) est. Iamvero a quinto decimo Tiberii anno ad Constantini victoris augusti vicennalia anni excurrunt CCC. Summa ergo temporum hebraicorum consurgit in annos MMMMMDXXVIII (2) secundum septuaginta virorum interpretationem. Nam secundum quidem hebraica Iudeorum exemplaria detrahuntur anni MCCXXXV (3); secundum autem hebraica item exemplaria Samaritanorum detrahuntur anni DCCCCXXXV (4). Atque apud Hebraeos ratio temporum praedicto modo se habet.

CAPVT XIX.

Quomodo in Aegyptiorum chronologia *tempora* quoque Aethiopum contineantur. *Quomodo item* Ptolemaei Aegyptum Alexandriamque tenuerint. Ex Aegyptiorum chronicis.

Peractis Chaldaeorum et Assyriorum atque Hebraeorum chronologiis, res postulat, ut ad fastorum aegyptiacorum tractationem accedamus. Diodorus primo historicae bibliothecae suae libro haec verba scribit: Fabulantur (*) apud eos quidam, initio Deos et Heroas dominatos esse in Aegypto annis paulo minus sexdecim millibus (5):

(*) Μυθολογοῦσι δ' αὐτῶν τινὲς τὸ μὲν πρῶτον ἄρξαι τῆς Αἰγύπτου Θεούς τε καὶ ἥρωας ἔτη βραχὺ λείποντα τῶν μυρίων καὶ ὀκτακισχιλίων, καὶ Θεῶν

(1) Pressius sic conficitur summa secundum septuaginta interpretes: Ab Adamo ad diluvium anni MMCCXLII; a diluvio ad Abrahamum anni DCCCCXLII; ab Abrahamo ad Tiberii decimum quintum, ut videre est in posteriore libro, anni MMXLIV; quae est summa annorum VMCCXXVIII.

(2) Confer cap. XVI. 14.

(3) Confer cap. XVI. 11.

(4) Codex arm. heic MMMMMDXVIII. Iam operae pretium est huic loco verba Syncelli p. 35. D. subiungere: Μέμφονται τὸν Εὐσέβιον Ἀνιανὸς καὶ Πανόδωρος εὐλόγως, ὅτι ἐν τῇ ἀνακεφαλαιώσει τοῦ χρονογραφίου σϛ' ἔτη ἐσφάλη· ἀντὶ γὰρ ͵εωκϛ' ἔγραψε ͵εφκϛ'. Ἐστοιχείωσε δὲ οὕτως· ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τῆς γεννήσεως Ἀβραὰμ συνῆξεν ἔτη ͵γρπδ'· καὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως τῆς εἰκοσαετηρίδος Κωνσταντίνου ἐν τῷ κατὰ πλάτος συνῆξεν χρόνον ἐτῶν ͵βτμβ', ἃ γίνεται ἔτη ͵εφκϛ': *Anianus et Panodorus* (chronographi) *Eusebium merito incusant, quod in temporum definienda summa, nonaginta annos et ducentos omiserit. Pro annis enim VMDCCCXVI, scripsit annos VMDXXVI* (dic. XXVIII). *Sic autem rationes duxit: Ab Adamo ad Abrahami natalia confecit annos MMMCLXXXIV; ab Abrahamo autem ad Constantini vicennalia in ampliore historia* (primo Chronicorum libro) *annos numeravit MMCCCXLII; unde summa consurgit annorum MMMMMDXXVI.* Pergit autem ibidem Syncellus exponere quo pacto ab Eusebio anni CCX (seu CCXCI) praetermissi sint; nempe quia non scripserit Cainani arphaxadaei annos ante procreandum CXXX, deinde Avodi iudicis annos X, tum Alienigenarum ex intervallo dominantium annos CXI, denique post Sampsonis obitum annos libertatis seu pacis XL. Conferatur Syncellus etiam pp. 92. C. 111. B. 169. B. Iam de Syncelli ipsius rationibus et de eiusdem saepe iniquo iudicio super Eusebii calculis nihil nos disserendum putamus.

(5) Graece XVIIIM.

quorum extremum regnavisse Orum Isidis filium. Aiunt deinde potitos esse regionis homines, ducto initio a Myride, annis paulo minus quinque millibus usque ad olympiadem octogesimam supra centesimam (1), qua aetate nos in Aegyptum venimus, potiente regni Ptolemaeo, qui novus Dionysus appellabatur. Ceterum eorum qui regioni cum imperio praefuerunt, plurimi numerantur indigenae; minima pars Aethiopum, Persarum atque Macedonum. Aethiopes dominati sunt quatuor, et hi quidem haud continua serie sed ex intervallo, annis paulo minus XXXVI. Persae autem nationi huic Cambysis regis armis subactae imperaverunt annis CXXXV, computatis etiam temporibus, quibus Aegyptii rebellaverunt, propter gravissimae tyrannidis impatientiam, *Persarumque* impietatem in indigenas Deos. Extremi Macedones gubernacula tenuerunt, eorumque successores annis CCLXXVI. Reliquo omni tempore regibus indigenis usi sunt, viris quidem CCCCLXX, feminis autem V. Horum omnium consignatas litteris memorias sacerdotes tenebant in templis, ab ultima aetate perpetuo ordine traditas, quantus nimirum quisque rex fuisset viribus, strenuitate, natura, victoriis, rebusque ceteris sua aetate perpetratis. Sed

ἔσχατον βασιλεῦσαι τὸν Ἴσιδος Ὧρον· ὑπ' ἀνθρώπων δὲ τὴν χώραν βεβασιλεῦσθαι φασὶν ἀπὸ Μύριδος (2) ἔτη βραχὺ λείποντα τῶν πεντακισχιλίων, μέχρι τῆς ἑκατοστῆς καὶ ὀγδοηκοστῆς ὀλυμπιάδος· καθ' ἣν ἡμεῖς μὲν παρεβάλομεν εἰς Αἴγυπτον, ἐβασίλευε δὲ Πτολεμαῖος, ὁ νέος Διόνυσος χρηματίζων. Τούτων δὲ τὰ μὲν πλεῖστα κατασχεῖν τὴν ἀρχὴν ἐγχωρίους βασιλεῖς, ὀλίγα δὲ Αἰθίοπας καὶ Πέρσας καὶ Μακεδόνας. Αἰθίοπας μὲν οὖν ἄρξαι τέσσαρας, οὐ κατὰ τὸ ἑξῆς, ἀλλ' ἐκ διαστήματος, ἔτη τὰ πάντα βραχὺ λείποντα τῶν ἓξ καὶ τριάκοντα. Πέρσας δ' ἡγήσασθαι, Καμβύσου τοῦ βασιλέως τοῖς ὅπλοις καταστρεψαμένου τὸ ἔθνος, πέντε πρὸς τοῖς ἑκατὸν καὶ τριάκοντα ἔτεσι· σὺν ταῖς τῶν Αἰγυπτίων ἀποστάσεσιν, ἃς ἐποιήσαντο, φέρειν οὐ δυνάμενοι τὴν τραχύτητα τῆς ἐπιστασίας, καὶ τὴν εἰς τοὺς ἐγχωρίους Θεοὺς ἀσέβειαν. Ἐσχάτους δὲ Μακεδόνας ἄρξαι καὶ τοὺς ἀπὸ Μακεδόνων ἓξ ἔτη πρὸς τοῖς διακοσίοις καὶ ἑβδομήκοντα. Τοὺς δὲ λοιποὺς χρόνους ἅπαντας διατελέσαι βασιλεύοντας τῆς χώρας ἐγχωρίους, ἄνδρας μὲν ἑβδομήκοντα πρὸς τοῖς τετρακοσίοις, γυναῖκας δὲ πέντε. Περὶ ὧν ἁπάντων οἱ μὲν ἱερεῖς εἶχον ἀναγραφὰς ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἐκ παλαιῶν χρόνων ἀεὶ τοῖς διαδόχοις παραδεδομένας, ὁπηλίκος ἕκαστος τῶν βασιλευσάντων ἐγένετο τῷ μεγέθει, καὶ ὁποῖός τις τῇ

(1) Codex arm. CLXX.

(2) Graecus textus vulgo corruptus ἀπὸ μυριάδος, sed restituitur a codice vaticano ἀπὸ Μύριδος. Codex arm. *sub Myride*.

enim singulorum actus scribi a nobis plane nullius usus est atque supervacaneum, praesertim quum multi ex his nihil admodum utile sua aetate aggressi sint. Hactenus Diodorus. Opportunum commodumque est etiam ex Manethone res aegyptiacas heic subnectere, in quo praesertim *auctore* historia ista niti videtur.

CAPVT XX.

Ex aegyptiacis Manethonis monumentis, qui in tres libros historiam suam tribuit. De Diis et de Heroibus, de Manibus (1) et de mortalibus regibus qui Aegypto praefuerunt usque ad regem Persarum Darium.

1. Primvs homo Aegyptiis Vulcanus est (2), qui etiam ignis repertor apud eos celebratur. Ex eo Sol; postea Agathodaemon (3); deinde Saturnus; tum Osiris; exin Osiridis frater Typhon; ad extremum Orus Osiridis et Isidis filius. Hi primi inter Aegyptios rerum potiti sunt. Deinceps continuata successione delapsa est regia auctoritas usque ad Bydin per annos tredecim mille ac nongentos. Lunarem tamen annum intelligo, videlicet triginta diebus constantem: quem enim nunc mensem dicimus, Aegyptii olim anni nomine indigitabant. Post Deos regnaverunt Heroes annis MCCLV: rursusque alii reges dominati sunt annis MDCCCXVII: tum alii triginta reges Memphitae annis MDCCXC.: deinde alii Thynitae decem reges annis CCCL. Secuta est Manium Heroumque dominatio annis MMMMMDCCCXIII. Summa temporum in mille myriadas consurgit annorum (4), qui tamen lunares, nempe menstrui, sunt. Sed revera dominatio, quam narrant Aegyptii, Deorum, Heroum et Manium tenuisse putatur lunares annos omnino viginti quatuor mille et nongentos, ex quibus fiunt solares anni MMCCVI.

φύσει, καὶ τὰ κατὰ τοὺς ἰδίους χρόνους ἑκάστῳ πραχθέντα. Ἡμῖν δὲ περὶ ἑκάστου τὰ κατὰ μέρος μακρὸν ἂν εἴη καὶ περίεργον γράφειν, ὡς ἂν τῶν πλείστων ἀχρήστων περιειλημμένων. Ex Diodoro sic. I. 44.

---

(1) De voce armeniaca, quam in Eusebio interpretamur *Manes*, recole prooemium huius libri p. 3. n. 4.

(2) Confer Syncellum pp. 19. 51.

(3) In codicis arm. textu lacuna est, quae suppletur in margine scribendo *postea Agathodaemon*.

(4) De his immanibus Aegyptiorum antiquitatibus confer Syncellum p. 51-52. apud quem Sol Vulcani filius myriadibus tribus annorum regnat.

2. Atque haec quidem si cum Hebraeorum chronologia conferre volueris, in eamdem plane conspirare sententiam videbis. Namque Aegyptus ab Hebraeis Mestraimus appellatur: Mestraimus autem multo post diluvium tempore extitit (1). Quippe e Chamo Noachi filio post diluvium ortus est Aegyptus sive Mestraimus, qui primus ad Aegypti incolatum profectus est, qua tempestate gentes hac illac spargi coeperunt. Erat autem summa temporis ab Adamo ad diluvium, secundum Hebraeos, annorum MMCCXLII (2).

3. Ceterum quum Aegyptii praerogativa antiquitatis quadam seriem ante diluvium tenere se iactent Deorum, Heroum et Manium annis plus viginti mille *regnantium*; plane aequum est, ut hi *anni* in menses tot convertantur quot ab Hebraeis memorantur anni: nempe ut qui menses continentur in memoratis apud Hebraeos annis, ii totidem intelligantur Aegyptiorum lunares anni (3), pro ea temporum summa quae a primo condito homine ad Mestraimum usque colligitur. Sane Mestraimus generis aegyptiaci auctor fuit, ab eoque prima Aegyptiorum dynastia manare credenda est. Quod si temporum copia adhuc exuberet, reputandum est plures fortasse Aegyptiorum reges una eademque aetate extitisse: namque et Thynitas regnavisse aiunt et Memphitas et Saitas et Aethiopes eodemque tempore alios. Videntur praeterea alii quoque alibi imperium tenuisse: atque hae dynastiae suo quaeque in nomo (4) semet continuisse: ita ut haud singuli reges successivam potestatem acceperint, sed alius alio loco eadem aetate regnaverit. Atque hinc contigit, ut tantus cumulus annorum conficeret. Nos vero his omissis, persequamur singillatim Aegyptiorum chronologiam.

4. Post Manes (*) atque Heroas, primam dynastiam numerant VIII regum, quorum primus fuit Menes (5) gloria regni administrandi

(*) *Περὶ τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν Αἰγυπτίων δυναστειῶν, ὡς Εὐσέβιος. Μετὰ νέκυας καὶ τοὺς ἡμιθέους πρώτην δυναστείαν καταριθμοῦσι βασιλέων*

(1) Mestraimus dicitur quartus a Noacho et tertius a Chamo, filius nempe Chusi, apud Chorenensem *Hist.* I. 4. qui eam notitiam ex eruditi cuiusdam Syri scriptis hausisse se ait. Sane ita Mestraimus multo post diluvium tempore extitisset, ut heic ait Eusebius (nisi forte locus corruptus est.) Sed enim Mestraimus dicitur Chami filius a divinis Bibliis *Gen.* x. 6, et ab ipso mox Eusebio.

(2) Intellige apud Hebraeos in LXX virorum interpretatione; et recole cap. XVI. 8. p. 55.

(3) Confer de his annorum aegyptiacorum rationibus Syncellum p. 18. D.

(4) Aliter armenius interpres qui *νόμον legem* et *περιγεγράφθαι scriptum esse* intellexit. Atqui *νόμος* est heic *regio* seu *praefectura*, et *περιγράφεσθαι circumscribi*. *Νόμον* etiam in sequentibus armenius interpres perperam *legem* convertit.

(5) In textu codicis heic et inferius *Memes*, at in margine *Menes*.

praepollens: a quo exorsi singulas regnantium familias diligenter scribemus, quarum successiva series ita contexitur.

Menes Thynites eiusque posteri septem (quem Herodotus Mina (1) nuncupavit). Hic annis XXX (2) regnavit. Idem et extra regionis suae fines cum exercitu progressus est, et gloria rerum gestarum inclaruit. Ab hippopotamo genio raptus est (3).

Athothis huius filius regno potitus est annis XXVII (4). Is regia sibi palatia Memphi construxit, et medicam item artem coluit, quin et libros de ratione secandorum corporum scripsit.

Cencenes eius filius annis XXXIX.

Vavenephis annis XLII, cuius aetate fames regionem corripuit. Is pyramides prope Cho oppidum excitavit.

Usaphaës annis XX.

Niebaës annis XXVI.

Mempses annis XVIII. Sub hoc multa prodigia itemque maxima lues acciderunt.

Vibesthes annis XXVI.

Summa dominationis annorum CCLII.

ὀκτὼ, ὧν γέγονε α' Μήνης, ὃς διασήμως αὐτῶν ἡγήσατο· ἀφ' οὗ τοὺς ἐξ ἑκάστου γένους βασιλεύσαντας ἀναγραψαμένων ἡ διαδοχὴ τούτων ἔχει τὸν τρόπον.

α' Μήνης Θενίτης, καὶ οἱ τούτων ἀπόγονοι ζ', ὃν Ἡρόδοτος Μῆνα ὠνόμασεν, ἐβασίλευσεν ἔτεσιν ξ'. Οὗτος ὑπερόριον στρατείαν ἐποιήσατο, καὶ ἔνδοξος ἐκρίθη· ὑπὸ Ἵσπου δὲ ἱπποποτάμου ἡρπάσθη.

β' Ἄθωθις ὁ τούτου υἱὸς ἦρξεν ἔτεσιν κζ', καὶ τὰ ἐν Μέμφει βασίλεια ᾠκοδόμησεν, ἰατρικήν τε ἐξήσκησεν, καὶ βίβλους ἀνατομικὰς συνέγραψεν.

γ' Κενκένης ὁ τούτου υἱὸς ἔτη λθ'.

δ' Οὐενέφης ἤτη μβ', ἐφ' οὗ ὁ λιμὸς κατέσχεν τὴν χώραν, ὃς καὶ τὰς πυραμίδας τὰς περὶ Κωχώνην ἤγειρεν.

ε' Οὐσαφαὴς ἔτη κ'.

ς' Νιεβὲς ἔτη κς'.

ζ' Σεμένψης ἔτη ιη', ἐφ' οὗ πολλὰ παράσημα ἐγένετο, καὶ μεγίστη φθορά.

η' Οὐβιένθης ἔτη κς'.

Οἱ δὲ πάντες ἐβασίλευσαν ἔτη σνβ'.

(1) Lib. II. 4. 99. quo altero loco legitur in variis lectionibus Herodoti Μῖνα, uti reapse legisse videtur armenius interpres, et est item in variis lectionibus Diodori I. 45.

(2) Graece LX.

(3) Menis utique substructiones ad Nilum avertendum commemorat Herodotus II. 99.

(4) Ita in codicis margine; at in textu XXV.

Secunda dynastia regum IX.

Primus Bochus. Sub eo specus ingens Bubasti subsedit multosque *mortales* hausit.

Post eum Cechous idemque Apis, et Mnevis atque Mendesius hircus (1) Dii esse putabantur.

Deinde Biophis, sub quo lege statutum est ut feminae quoque regiam dignitatem obtinerent.

Tum alii tres, quorum aetate nullum insigne facinus patratum est. Sub septimo mythici aiunt flumen Nilum melle simul et aqua fluxisse undecim diebus.

Postea Sesochris annis XLVIII, quem aiunt quinque cubitos altum, tres vero palmos latum.

Sub nono tandem nihil memoria dignum actum est. Hi regnaverunt annis CCXCVII (2).

Tertia dynastia Memphitarum VIII regum.

Necherochis, sub quo Libes ab Aegyptiis defecerunt: mox immaniter crescente luna territi ad obsequium reversi sunt. Deinde Sosorthus, qui ob medicam artem Aesculapius ab Aegyptiis vocitatus est. Is etiam sectis lapidibus aedificiorum struendorum auctor fuit:

Δευτέρα δυναστεία βασιλέων ἐννέα.

α΄ Βῶχος, ἐφ' οὗ χάσμα κατὰ Βούβαστον ἐγένετο, καὶ πολλοὶ ἀπώλοντο.

β΄ Μεθ' ὃν καὶ δεύτερος Χοὸς, ὅτε καὶ ὁ Ἄπις, καὶ ὁ Μνεύις, ἀλλὰ καὶ ὁ Μενδήσιος τράγος Θεοὶ ἐνομίσθησαν.

γ΄ Βίοφις ἐφ' οὗ ἐκρίθη καὶ τὰς γυναῖκας βασιλείας γέρας ἔχειν· καὶ μετὰ τούτους ἄλλοι τρεῖς, ἐφ' ὧν οὐδὲν παράσημον ἐγένετο.

ζ΄ Ἐπὶ τοῦ ἑβδόμου μυθεύεται τὸν Νεῖλον μέλιτι κεκραμμένον ἡμέρας ἕνδεκα ῥυῆναι.

η΄ Σέσωχρις ἤτη μή, ὃς ὕψος εἶχε πηχῶν ε΄ πλάτος γ΄.

θ΄ Χενερὴς ἔτη λ΄.

Ὁμοῦ ἔτη τβ΄.

Τρίτη δυναστεία Μεμφιτῶν βασιλέων ὀκτώ.

Ναχερώχις, ἐφ' οὗ Λίβυες ἀπέστησαν Αἰγυπτίων, καὶ τῆς σελήνης παρὰ λόγον αὐξηθείσης, διὰ δέος ἑαυτοὺς παρέδοσαν. Μεθ' ὃν Σέσορθος ὃς Ἀσκλήπιος παρὰ Αἰγυπτίοις ἐκλήθη διὰ τὴν ἰατρικὴν· οὗτος καὶ τὴν διὰ ξεστῶν

(1) In codice arm. est vox CAVRIT. Armenii autem *hircum* dicunt NOCHAZ aut CAUSCH. Iam de hirco Mendesio videndus certe Herodotus II. 46.

(2) Ita codex arm.

libris praeterea scribendis curam impendit. Sex reliqui nihil commemorandum gesserunt. Regnatum est annis CXCVII (1).

Quarta dynastia Memphitarum regum XVII ex alia regia familia, quorum tertius Suphis, maximae pyramidis auctor; quam quidem Herodotus (2) a Cheope structam ait: qui in Deos ipsos superbiebat: tum facti poenitens sacrum librum conscribebat, quem Aegyptii instar magni thesauri habere se putant.

De reliquis *regibus* nihil memorabile litteris mandatum est. Regnatum est annis CCCCXLVIII.

Quinta dynastia regum XXXI Elephantinorum, quorum primus Othius qui a satellitibus suis occisus est. Quartus Phiophis, qui regiam dignitatem a sexto aetatis anno ad centesimum usque tenuit.

Sexta dynastia. Femina quaedam nomine Nitocris regnavit, omnium aetatis suae virorum fortissima et mulierum formosissima, flava rubris genis. Ab hac tertia pyramis excitata dicitur (3), speciem collis prae se ferens. Ab his quoque regnatum est annis CCIII.

λίθων οἰκοδομὴν εὕρατο, ἀλλὰ καὶ γραφῆς ἐπεμελήθη. Οἱ δὲ λοιποὶ ἕξ οὐδὲν ἀξιομνημόνευτον ἔπραξαν· οἱ καὶ ἐβασίλευσαν ἔτη ρϟή.

Τετάρτη δυναστεία βασιλέων ιζ' Μεμφιτῶν συγγενείας ἑτέρας βασιλείας, ὧν τρίτος Σοῦφις, ὃς τὴν μεγίστην πυραμίδα ἐγείρας, ἥν φησιν Ἡρόδοτος ὑπὸ Χέοπος γεγονέναι, ὃς καὶ ὑπερόπτης εἰς Θεοὺς γέγονεν, ὡς μετανοήσαντα αὐτὸν τὴν ἱερὰν συγγράψαι βίβλον, ἣν ὡς μέγα χρῆμα Αἰγύπτιοι περιέπουσι. Τῶν δὲ λοιπῶν οὐδὲν ἀξιομνημόνευτον ἀνεγράφη. Οἱ δὲ ἐβασίλευσαν ἔτη υμή.

Πέμπτη δυναστεία βασιλέων τριάκοντα ἑνὸς ἐξ Ἐλεφαντίνης, ὧν πρῶτος Ὀθόης· οὗτος ἀπὸ τῶν δορυφόρων ἀνῃρέθη. Ὁ δὲ δ' Φίωψ ἑξαετὴς ἀρξάμενος ἐβασίλευσεν μέχρις ἐτῶν ἑκατόν.

Ἕκτη δυναστεία. Γίνη Νίτωκρις ἐβασίλευσεν τῶν κατ' αὐτὴν γεννικωτάτη καὶ εὐμορφοτάτη, ξανθή τε τὴν χροιὰν ὑπάρξασα, ἣ καὶ λέγεται τὴν τρίτην πυραμίδα ᾠκοδομηκέναι. Οἱ καὶ ἐβασίλευσαν ἔτη σγ'.

(1) Graece CXCVIII.

(2) Lib. II. 124 seqq. ubi late Cheopis facinora commemorantur.

(3) Memorans pyramides arm. interpres in prima quidem dynastia scribit IAVRAN, hoc autem loco etiam ZVRAN; quae vocabula ab amanuensibus fortasse corrupta sunt, neque nobis adhuc satis considerata. De hac autem tertia pyramide loqui videtur Strabo lib. XVII ed. oxon. p. 1145. Ἐστὶν ἐν ὕψει μείζονι τῆς ὀρεινῆς ἡ τρίτη πολὺ ἐλάττων ταῖν δυοῖν, πολὺ δὲ μείζονος δαπάνης κατεσκευασμένη: *est in maiore montis altitudine tertia* (pyramis) *ceteris quidem duabus minor, valde tamen graviore impendio constructa.* Hanc autem tertiam pyramidem Strabo dicit sepulcrum feminae cuiusdam, quae regi aegyptio in matrimonium convenerit.

Septima dynastia Memphitarum quinque regum, qui annis LXXV dominati sunt.

Octava dynastia Memphitarum IX (1) regum, quorum dominatio annos C occupavit.

Nona dynastia Heracleopolitarum IV regum, annis C. Horum primus Ochitois saevissimus regum fuit qui sibi praecesserant, universamque Aegyptum diris calamitatibus affecit. Idem denique vesania correptus est, et a crocodilo peremptus.

Decima dynastia Heracleopolitarum XIX regum, annis CLXXXV.

Undecima dynastia Diospolitarum XVI regum, annis XLIII. Post hos Ammenemes annis XVI.

Hactenus primum librum Manethon produxit. Sunt autem reges CXCII, anni MMCCC.

5. E MANETHONIS LIBRO SECVNDO.

Duodecima dynastia Diospolitarum VII regum, quorum primus Sesonchosis Ammenamis filius annis XLVI.

Ammanemes annis XXXVIII qui a suis eunuchis interemptus est.

Sesostris annis XLVIII cuius mensura fertur cubitorum quatuor,

Ἑβδόμη δυναστεία Μεμφιτῶν βασιλέων πέντε, οἱ ἐβασίλευσαν ἡμέρας οέ.

Ὀγδόη δυναστεία Μεμφιτῶν βασιλέων πέντε, οἱ ἐβασίλευσαν ἔτη ἑκατόν.

Ἐννάτη δυναστεία Ἡρακλεωπολιτῶν βασιλέων τεσσάρων, οἱ ἐβασίλευσαν ἔτη ἑκατόν. Ὧν πρῶτος Ἄχθος δεινότατος τῶν πρὸ αὐτοῦ γενόμενος, τοῖς ἐν πάσῃ Αἰγύπτῳ κακὰ εἰργάσατο· ὕστερον μανίᾳ περιέπεσεν, καὶ ὑπὸ κροκοδείλου διεφθάρη.

Δεκάτη δυναστεία Ἡρακλεωπολιτῶν βασιλέων ιθ', οἱ ἐβασίλευσαν ἔτη ρπέ.

Ἑνδεκάτη δυναστεία Διοσπολιτῶν βασιλέων ιϛ', οἱ ἐβασίλευσαν ἔτη μγ'· μεθ' οὓς Ἀμμενένης ἔτη ιϛ'.

Μέχρι τοῦδε τὸν πρῶτον τόμον καταγήοχεν ὁ Μανεθῶ. Ὁμοῦ βασιλεῖς ρϟβ', ἔτη βτ', ἡμέραι οθ' (2).

ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΤΟΜΟΥ ΜΑΝΕΘΩ.

Δωδεκάτη δυναστεία Διοσπολιτῶν βασιλέων ἑπτὰ, ὧν

Πρῶτος Σεσόγχωρις Ἀμμενέμου υἱὸς ἔτη μϛ'.

β'. Ἀμμενέμης ἔτη λή, ὁ ὑπὸ τῶν ἰδίων εὐνούχων ἀνῃρέθη.

γ'. Σέσωστρις ἔτη μή, ὃς λέγεται γεγονέναι πηχῶν δ', παλαιστῶν γ', δακτύλων

(1) Ita in textu arm. at in margine *xix*. Scaliger etiam legebat *xix*. At Eusebius graece nunc certe habet *v*. Syncellus p. 58. C. scribit *xxvii*. Haec iamdiu notavit etiam Marshamus *Chron.* ed. londin. p. 90.

(2) Hi dies LXXIX non commemorantur in codice arm.

palmorumque trium cum digitis duobus. Is universam Asiam annorum novem spatio sibi subdidit, itemque Europae partem usque ad Thraciam. Idem et suae in singulas gentes dominationis monumenta ubique constituit; apud gentes quidem strenuas virilia, apud vero imbelles feminea pudenda ignominiae causa columnis insculpens. Quare is ab Aegyptiis proximos post Osirim honores tulit.

Secutus est Lampares, annis VIII. Hic in Arsinoite (1) labyrinthum cavernosum sibi tumulum fecit. Regnaverunt successores eius annis *quisque* XLII. Summa universae dominationis annorum CCXLV.

Tertia decima dynastia Diospolitarum LX regum, qui regnaverunt annis CCCCLIII.

Quarta decima dynastia Xoitarum LXXVI regum, qui regnaverunt annis CCCCLXXXIV.

Quinta decima dynastia Diospolitarum regum, qui regnaverunt annis CCL.

Sexta decima dynastia Thebaeorum V regum, qui regnaverunt annis CXC.

Decima septima dynastia Pastorum, qui fratres erant phoenices exterique reges, et Memphim occupaverunt. Ex his

β'· ὃς πᾶσαν ἐχειρώσατο τὴν Ἀσίαν ἐν ἐνιαυτοῖς ἐννέα, καὶ τῆς Εὐρώπης τὰ μέχρι Θράκης· πανταχόσε μνημόσυνα ἐγείρας τῆς τῶν ἐθνῶν κατασχέσεως, ἐπὶ μὲν τοῖς γενναίοις, ἀνδρῶν· καὶ ἐπὶ ταῖς ἀγεννέσι, γυναικῶν μόρια ταῖς στήλαις ἐγχαράσσων· ὡς καὶ ὑπὸ Αἰγυπτίων μετὰ Ὄσιριν νομισθῆναι.

Μεθ' ὃν Λάβαρις ἔτη η', ὃς τὸν ἐν Ἀρσενοΐτῃ λαβύρινθον ἑαυτῷ τάφον κατεσκεύασεν.

Οἱ δὲ τούτου διάδοχοι ἐπὶ μβ', οἱ πάντες ἐβασίλευσαν σμε (2).

Τρισκαιδεκάτη δυναστεία Διοσπολιτῶν βασιλέων ξ', οἱ ἐβασίλευσαν ἔτη υνγ'.

Τεσσαρεσκαιδεκάτη δυναστεία Ξοιτῶν βασιλέων ος', οἱ ἐβασίλευσαν ρπδ'· ἐν ἄλλῳ υπδ'.

Πεντεκαιδεκάτη δυναστεία Διοσπολιτῶν βασιλέων, οἱ ἐβασίλευσαν ἔτη σν'.

Ἑκκαιδεκάτη δυναστεία Θηβαῖοι βασιλεῖς ε', οἱ καὶ ἐβασίλευσαν ρς'.

Ἑπτακαιδεκάτη δυναστεία ποιμένες ἦσαν ἀδελφοὶ φοίνικες ξένοι βασιλεῖς, οἱ καὶ Μέμφιν εἷλον, ὧν

---

(1) Scilicet nomo.

(2) Goarus hunc locum sic interpretatur: *Eius posteri XLII, annis CCXLV regnaverunt.* Atqui praedictum est, hanc dynastiam constare regibus VII. Dicendum ergo, Lamparis successores regnavisse annis quemque fere XLII. Sic enim cum praecedentibus regibus consurget summa quae immodice non excedit definitum numerum τῶν CCXLV.

Primus Saites imperavit annis XIX, a quo Saitarum quoque nomos nomen traxit. Iidem in Sethroite nomo urbem condiderunt, unde incursione facta Aegyptios perdomuerunt.

Secundus Benon (1) annis XL (2).

Deinde Archles (3) annis XXX.

Aphophis annis XIV.

Summa annorum CIII. Horum aetate regnavisse in Aegypto Iosephus videtur (4).

Decima octava dynastia Diospolitarum XIV regum, quorum primus

Amoses (5) annis XXV.

Chebron annis XIII.

Πρῶτος Σαΐτης ἐβασίλευσεν ἔτη ιθ', ἀφ' οὗ καὶ ὁ Σαΐτης νομὸς ἐκλήθη· οἳ καὶ ἐν τῷ Σεθροΐτῃ νομῷ πόλιν ἔκτισαν, ἀφ' ἧς ὁρμώμενοι Αἰγυπτίους ἐχειρώσαντο.

β'. Βηὼν ἔτη μγ'.

γ'. Ἄφωφις ἔτη ιδ'.

Μεθ' ὃν Ἄρχλης ἔτη λ'.

Ὁμοῦ ἐστὶν ργ'. Κατὰ τούτους Αἰγυπτίων βασιλεὺς Ἰωσὴφ δείκνυται.

Ὀκτωκαιδεκάτη δυναστεία Διοσπολιτῶν βασιλέων ιδ' (6), ὧν

Πρῶτος Ἀμώσης ἔτη κε'

β'. Χεβρὼν δεύτερος ἔτη ιγ'.

---

(1) In codicis arm. margine *Anon.*

(2) In graeco textu XLIII.

(3) *Archles* quartus est in textu graeco.

(4) Neque ingratam neque inutilem rem nos facturos esse opinamur, si huic loco attexemus animadversionem Syncelli p. 62. A: Σημειωτέον πῶς ὁ Εὐσέβιος πρὸς τὸν οἰκεῖον σκοπὸν τοὺς τῆς πεντεκαιδεκάτης δυναστείας παρὰ τῷ Ἀφρικανῷ φερομένους κατὰ τὴν ιζ' δυναστείαν γεγονέναι λέγει· ἐπεὶ γὰρ πᾶσι συμπεφώνηται, ὅτι ἐπὶ Ἀφώφεως ἦρξεν Ἰωσὴφ τῆς Αἰγύπτου, μὴ ἔχων ὁπωσοῦν ἐπὶ ἄλλου τινὸς αὐτὸν παραθέσθαι, μετήγαγεν τὸν Ἄφωφιν ἀπὸ τῆς ιε' δυναστείας, εἰς τὴν ιζ' κολοβώσας τὰ ἔτη αὐτοῦ ξα' ὑπάρχοντα εἰς ιδ'· τὰ δὲ τῆς ὅλης δυναστείας ρνα', ργ' παραθεὶς, καὶ ἀντὶ τῶν ἓξ βασιλέων, δ' μόνους: *Animadvertendum est, Eusebium instituti sui studio ductum, quos reges Africanus in quinta decima dynastia collocat, eos in decimam septimam transtulisse. Quippe quum omnium una vox sit, sub Aphophi Iosephum Aegypto praefuisse; is quidem hunc sub alio quovis non collocavit; verum ipsum Aphophim a quinta decima dynastia in decimam septimam submovit, annis eius LXI redactis ad XIV; totiusque dynastiae annis CLI contractis in CIII; neque sex regibus, sed quatuor tantummodo scriptis.* Eadem fere oggerit Syncellus etiam p. 69. C-D.

(5) Hunc Amosim dicit Assethi filium Syncellus p. 63. B, eumque secundum in hac dynastia collocat, primo autem loco Assethum, cuius Assethi nullam mentionem vere ait apud Eusebium occurrere.

(6) Numerus excidit a graeco textu; sed Eusebium scripsisse XIV, praeter arm. interpretem, testis est Syncellus p. 62. C. Κἀνταῦθα δύο βασιλεῖς ὁ Εὐσέβιος παρέκρυψεν· ἔτη δὲ προσέθηκεν πε', τμη' παραθεὶς, ἀντὶ σξγ' τῶν παρ' Ἀφρικανῷ: *Heic quoque duos reges omittit Eusebius* (namque Africanus scripserat XVI); *addit autem annos LXXXV; quandoquidem scribit CCCXLVIII, quum Africanus CCLXIII scripsisset.*

Amophis annis XXI.
Memphres annis XII.
Mispharmuthosis annis XXVI (1).
Tuthmosis annis IX.
Amnophis annis XXXI. Hic est qui Memnon putabatur, petra loquens.
Orus annis XXVIII (2).
Achencheres annis XVI. Huius aetate Moses ducem se praebuit Hebraeis ab Aegypto excedentibus (3).
Ancheres annis VIII.
Cheres annis XV.

γ΄. Ἀμμενῶφις ἔτη κα΄.
δ΄. Μιφρὶς ἔτη ιβ΄.
ε΄. Μισφραγμούθωσις ἔτη κϛ΄.
ϛ΄. Τούθμωσις ἔτη θ΄.
ζ΄. Ἀμένωφις ἔτη λα. Οὗτος ὁ Μέμνων εἶναι νομιζόμενος καὶ φθεγγόμενος λίθος.
η΄. Ὧρος ἔτη λϛ΄· ἐν ἄλλῳ λη.
θ΄. Ἀχενχέρσης ἔτη ιβ΄.
ι΄. Ἄθωρις ἔτη λθ΄.
ια΄. Χενχέρης ἤτη ιϛ΄.
Κατὰ τοῦτον Μωϋσῆς τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας τῶν Ἰουδαίων ἡγήσατο.
ιβ΄. Ἀχεῤῥῆς ἔτη η΄.
ιγ΄. Χεῤῥῆς ἔτη ιε΄.

---

(1) Ait heic Syncellus p. 71. D. Ὁμοῦ ἀπὸ Ἀμώσιος τοῦ πρώτου τῆς προκειμένης ιη΄ δυναστείας, ἕως Μισφραγμουθώσεως ἀρχῆς κατὰ Εὐσέβιον ἔτη γίνονται οα΄, βασιλεῖς πέντε ἀντὶ τῶν ἕξ· τὸν γὰρ τέταρτον Ἀμένσην παραδραμὼν, ὃν ὁ Ἀφρικανὸς, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ, μέμνηται, ἔτη κβ΄ αὐτοῦ ὑφελόμενος: *Ab Amosi rege huius dynastiae primo ad Mispkragmuthosis regnum anni congeruntur LXXI de Eusebii sententia et reges quinque, quum sex scribendi forent: quartum enim Amensem, quem Africanus et ceteri posuerunt, Eusebius cum eiusdem annis XXII subtraxit.*

(2) Graece XXXVIII.

(3) In graeco textu Moses exit Aegypto sub undecimo rege. Tum et aliae varietates ibidem occurrunt: et quidem sexdecim scribuntur reges, quum ab Eusebio quatuordecim tantum numerati sint, teste Syncello p. 62. C, quem locum recitavimus p. 100. n. 6. Rursus adnotat heic Syncellus p. 72. D: Μόνος Εὐσέβιος ἐπὶ τούτου λέγει τὴν τοῦ Ἰσραὴλ διὰ Μωσέως ἔξοδον, μηδενὸς αὐτῷ λόγου μαρτυροῦντος, ἀλλὰ καὶ πάντων ἐναντιουμένων τῶν πρὸ αὐτοῦ ὡς μαρτυρεῖ: *Unus Eusebius sub hoc rege egressum ex Aegypto Israëlem duce Mose narrat, nulla historia sibi suffragante, immo sibi adversantibus, ut ipse testatur, cunctis aetate superioribus.* Sed vide omnino animadversiones Scaligeri ad suum Chron. Euseb. p. 32-33.

Armais, qui et Danaus (1) annis V, quibus peractis, Aegyptiorum regione pulsus Aegyptumque fratrem suum fugiens evasit in Graeciam, Argisque captis, imperitavit Argivis.

Ramesses, qui et Aegyptus, annis LXVIII.

Amenophis annis XL.

Summa dominationis anni CCCXLVIII (2).

Decima nona dynastia Diospolitarum V regum.

Sethus annis LV.

Rampses annis LXVI.

Ameniphthis annis XL (3).

Ammenemes annis XXVI.

Thuoris Homero dictus Polybus vir strenuus atque fortissimus (4), cuius aetate Ilium captum est, annis VII.

Summa annorum CLXXXXIV. Manethonis secundo libro conflatur summa LXXXXII regum, annorum MMCXXI.

ιδ΄. Ἀρμὲς ὁ Δαναὸς ἔτη ε΄· μεθ᾽ ἃ ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐκπεσὼν καὶ φεύγων τὸν ἀδελφὸν Αἴγυπτον εἰς τὴν Ἑλλάδα ἀφικνεῖται· κρατήσας τε τοῦ Ἄργους βασιλεύει Ἀργείων.

ιε. Ἀμμεσῆς, ὁ καὶ Αἴγυπτος, ἔτη ξή.

ιϛ. Μέμωφις ἔτη μ΄.

Ὁμοῦ ἔτη τμή.

Ἐννεακαιδεκάτη δυναστεία βασιλέων ε΄ Διοσπολιτῶν.

α΄. Σέθως ἔτη νέ.

β΄. Ῥάψης ἔτη ξϛ΄.

γ΄. Ἀμμενεφθὴς ἔτη μ΄.

δ΄. Ἀμμενεμμῆς ἔτη κϛ΄.

ε΄. Θούωρις, ὁ παρ᾽ Ὁμήρῳ καλούμενος Πολύβους, ἄλκανδρος ἀνὴρ, ἐφ᾽ οὗ τὸ Ἴλιον ἑάλω, ἔτη ζ΄.

Ὁμοῦ ἔτη ρϞδ΄. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ β΄ τόμου Μανεθῶ βασιλέων ϞΒ, ἔτη ͵βρκα.

---

(1) Codex arm. *Davonus* ut cap. I. 2.

(2) Huius decimae octavae dynastiae reges non sine varietate recenset etiam Theophilus *ad Autolyc. III.* 20. Adnotat autem heic Syncellus p. 73. A. Προσέθηκεν ἐπὶ τὸν Ἀφρικανὸν ἔτη πέ Εὐσέβιος κατὰ τὴν ιη΄ δυναστείαν *Dynastiae decimae octavae annos LXXXV addidit Eusebius praeter definitos ab Africano* (qui nimirum apud Syncellum p. 72. B. scribit CCLXIII).

(3) Cod. arm. *VIII* heic et in tabulis pro XL. Sed locum corrigunt et summa quae subiicitur annorum et posterior Eusebii liber et textus graecus.

(4) Dicendum potius *Alcandrae maritus* Ἀλκάνδρας ἀνὴρ uti est apud Homerum *Odyss.* IV. 126.

6. E MANETHONIS TERTIO LIBRO.

Vigesima dynastia Diospolitanorum XII regnum, qui imperaverunt annis CLXXII (1).

Vigesima prima dynastia Tanitarum VII regum.
Smendis annis XXVI.
Psusennes annis XLI.
Nephercheres annis IV.
Amenophthis annis IX.
Osochor annis VI.
Psinnaches annis IX.
Psosennes annis XXXV.
Summa annorum est annis CXXX.

Vigesima secunda dynastia Bubastitarum III regum.
Sesonchusis annis XXI.
Osorthon annis XV.
Tacelothis annis XIII.
Summa annorum XLIX.

ΤΡΙΤΟΥ ΤΟΜΟΥ ΜΑΝΕΘΩ.

Εἰκοστὴ δυναστεία βασιλέων Διοσπολιτῶν ιβ΄, οἱ ἐβασίλευσαν ἔτη ροή΄
Πρώτη καὶ εἰκοστὴ δυναστεία βασιλέων Τανιτῶν ἑπτά.
α΄. Σμένδις ἔτη κϛ΄.
β΄. Ψουσέννης ἔτη μα΄.
γ΄. Νεφερχερὴς ἔτη δ΄.
δ΄. Ἀμενωφθὶς ἔτη θ΄.
ε΄. Ὀσοχὼρ ἔτη ϛ΄.
ϛ΄. Ψινάχης ἔτη θ΄.
ζ. Ψουσέννης ἔτη λε΄.
Ὁμοῦ ἔτη ρλ΄.
Εἰκοστὴ δευτέρα δυναστεία Βουβαστιτῶν βασιλέων τριῶν.
α΄. Σεσέγχωσις ἔτη κα΄.
β΄. Ὀσωρθὼν ἔτη ιε΄.
γ΄. Τακέλλωθις ἔτη ιγ΄.
Ὁμοῦ ἔτη μθ΄.

(1) Graece CLXXVIII.

Vigesima tertia dynastia Tanitarum III regum.
Petubastis annis XXV.
Deinde Osorthon, quem Aegyptii Herculem nuncupaverunt.
Psamus annis X.
Summa annorum XLIV.

Vigesima quarta dynastia.
Boccharis saites annis XLIV, sub quo agnus locutus est (1).

Vigesima quinta dynastia Aethiopum III regum.
Sapacon, qui captum Boccharim vivum combussit, regnavitque annis XII.
Sebichus eius filius annis XII.
Taracus (2) annis XX.
Summa annorum XLIV.

Vigesima sexta dynastia Saitarum IX regum.
Ameres aethiops annis XII (3).
Stephinathis annis VII.
Necepsus annis VI.

Εἰκοστὴ τρίτη δυναστεία Τανιτῶν βασιλέων τριῶν.
α΄. Πετουβάστης ἔτη κε΄.
β. Μεθ' ὃν Ὀσωρθὼν ἔτη θ΄, ὃν Ἡρακλέα Αἰγύπτιοι ἐκάλεσαν.
γ΄. Ψαμμοὺς ἔτη δέκα.
Ὁμοῦ ἔτη μδ΄.
Εἰκοστὴ τετάρτη δυναστεία.
Βόχχωρις σαΐτης ἔτη μδ΄, ἐφ' οὗ ἀρνίον ἐφθέγξατο.
Ὁμοῦ ἔτη μδ΄.
Εἰκοστὴ πέμπτη δυναστεία Αἰθιόπων βασιλέων τριῶν.
α΄. Σαββάκων, ὃς Βόχχωριν αἰχμάλωτον ἑλὼν ἔκαυσε ζῶντα, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ιβ΄.
β΄. Σεύηχος υἱὸς ἔτη ιβ΄.
γ΄. Ταρακὸς ἔτη κ΄.
Ὁμοῦ μδ΄.
Ἕκτη καὶ εἰκοστὴ δυναστεία Σαϊτῶν βασιλέων θ΄.
α΄. Ἄμμερις αἰθίωψ ἔτη ιβ΄.
β΄. Στεφανάθις ἔτη ζ.
γ΄. Νεκέψως ἔτη ς΄.

---

(1) *Pecudesque locutae; infandum!* Virgil. *Georg.* I. 478. Vide Aelianum *Hist. anim.* XII. 3.

(2) Ita graece et in margine codicis arm. At in textu *Saracus.*

(3) Ita in margine codicis arm. et in graeco textu; at in textu codicis XVIII.

Nechaus annis VIII (1).
Psametichus annis XLIV (2).
Nechaus alter annis VI. Ab hoc Hierosolyma capta sunt, Ioachasusque rex in Aegyptum captivus abductus.
Psamuthes alter, qui et Psametichus, annis XVII.
Vaphres annis XXV, ad quem reliquiae Iudaeorum, Hierosolymis in Assyriorum potestatem redactis, confugerunt.
Amosis annis XLII.
Summa annorum CLXVII.

Vigesima septima dynastia Persarum VIII regum.

Cambyses, qui regni sui quinto (3) anno Aegyptiorum potitus est, annis III.
Magi mensibus VII.
Darius annis XXXVI.
Xerxes Darii annis XXI.
Artaxes annis XL.
Xerxes alter mensibus II.
Sogdianus mensibus VII.

δ΄. Νεχαὼ ἔτη η΄.
ε΄. Ψαμμιτιχὸς ἔτη με΄.
ϛ΄. Νεχαὼ δεύτερος ἔτη ϛ΄. Οὗτος εἷλεν τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ Ἰωαχὰς τὸν βασιλέα αἰχμάλωτον εἰς Αἴγυπτον ἀπήγαγεν.
ζ΄. Ψαμμοῦθις ἕτερος, ὁ καὶ Ψαμμιτιχὸς, ἔτη ιζ΄.
η΄. Οὔαφρις ἔτη κε΄, ᾧ προσέφυγον ἁλούσης ὑπὸ Ἀσσυρίων τῆς Ἱερουσαλὴμ οἱ τῶν Ἰουδαιων ὑπόλοιποι.
θ. Ἄμωσις ἔτη μβ΄.
Ὁμοῦ ἔτη ρξγ΄ (4).

Εἰκοστὴ ἑβδόμη δυναστεία Περσῶν βασιλέων η΄.

α΄. Καμβύσης ἔτει πέμπτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου ἔτη γ΄.
β΄. Μάγοι μῆνας ζ΄.
γ΄. Δαρεῖος ἔτη λϛ΄.
δ΄. Ξέρξης ὁ Δαρείου ἔτη κα΄.
ε΄. Ἀρταξέρξης ὁ Μακρόχειρ ἔτη μ΄.
ϛ΄. Ξέρξης ὁ δεύτερος μῆνας β΄.
ζ΄. Σογδιανὸς μῆνας ζ΄.

(1) In margine codicis arm. *VI*.
(2) Graece *XLV*.
(3) Ita in graeco textu et in margine codicis arm. At in textu codicis *XV*.
(4) Scribe ρξϛ.

Darius Xerxis annis XIX.

Summa annorum CXX, mensiumque IV.

Vigesima octava dynastia.

Amyrtes saites annis (1) VI.

Vigesima nona dynastia Mendesiorum IV (2) regum.

Nepherites annis VI.

Achoris annis XIII.

Psammuthes anno I.

Muthes anno I (3).

Nepherites mensibus IV.

Summa annorum XXI, mensiumque IV.

Trigesima dynastia Sebennytarum III regum.

Nectanebis annis X.

Teus annis II.

Nectanebis annis VIII.

Summa annorum XX.

ή. Δαρεῖος ὁ Ξέρξου ἔτη ιθ΄.

Ὁμοῦ ἔτη ρκ΄, μῆνας δ΄.

Εἰκοστὴ ὀγδόη δυναστεία.

Ἀμυρτάνος σαΐτης ἔτη ϛ΄.

Εἰκοστὴ ἐννάτη δυναστεία. Μενδήσιοι βασιλεῖς δ΄.

α΄. Νεφερίτης ἔτη ϛ΄.

β΄. Ἀχωρὶς ἔτη ιγ΄.

γ΄. Ψάμμουθις ἔτη α΄.

δ΄. Ἀναφερίτης (4) μῆνας δ΄.

ε΄. Μοῦθις ἔτος α΄.

Ὁμοῦ ἔτη κά, καὶ μῆνας δ΄.

Τριακοστὴ δυναστεία Σεβεννυτῶν βασιλέων τριῶν.

α΄. Νεκτανέβης ἔτη ί.

β΄. Τέως ἔτη β΄.

γ΄. Νεκτανέβης ἔτη ή.

Ὁμοῦ ἔτη κ΄.

---

(1) Ita in margine codicis arm. et in graeco textu; at in textu codicis arm. *mensibus*.

(2) Ita etiam in graeco textu; sed revera sunt *quinque*.

(3) Graece *Muthes* est quintus, *Nepherites* quartus in ordine.

(4) Monet Goarus scribendum Νεφερίτης. Atque ita legebat etiam armenius interpres.

Trigesima prima dynastia Persarum.

Ochus vigesimo iam anno Persis imperitans, Aegyptum occupavit, *tenuitque* annis VI (1).

Postea Arses Ochi annis IV.

Tum Darius annis VI, quem macedo Alexander interfecit. Atque haec (2) e Manethonis tertio (3) libro.

Quae consecuta sunt, ea petere oportet e graecis libris. Hactenus enim *vetus* regnum Aegyptiorum pertingit. Sed quoniam et Flavius Iosephus, de priscis Hebraeis disserens, e Manethonis libris testimonia excitavit, operae pretium est eiusdem quoque verba in medium afferre, quae in priore de veteribus Hebraeis libro eiusmodi sunt.

CAPVT XXI.

Iosephi e Manethonis libris.

1. Age (*) vero initium capiam ab Aegyptiorum litteris, quas quidem ipsas per se in medium afferre non licet: verum Manethon genere aegyptius, vir graeca eruditione imbutus, uti vel inde apparet quod patriam historiam graeca lingua conscripsit, e sacris, ut ipse ait, interpretatus historiis, quique etiam Herodotum saepe arguit in aegyptiacis rebus ob inscitiam mentitum; hic, inquam, Manethon

Τριακοστὴ πρώτη δύναστεία Περσῶν βασιλέων τριῶν.

α΄. Ὦχος εἰκοστῷ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας κρατεῖ τῆς Αἰγύπτου ἔτη β΄.

β΄. Μεθ᾽ ὃν Ἄρσις Ὄχου ἔτη δ΄.

γ΄. Μεθ᾽ ὃν Δαρεῖος ἔτη ἕξ, ὃν Ἀλέξανδρος μακέδων καθεῖλεν. Ταῦτα τοῦ τρίτου Μανεθῶ. Μέχρι τῶνδε Μανεθῶς. Τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἐξ ἑλληνικῶν παρίσταται συγγραφέων. *Ex Syncello pp. 55 - 78.*

1. (*) Ἄρξομαι δὴ πρῶτον ἀπὸ τῶν παρ᾽ Αἰγυπτίοις γραμμάτων, αὐτὰ μὲν οὖν οὐχ οἷόντε παρατίθεσθαι τἀκείνων· Μανεθὼν δ᾽ ἦν τὸ γένος ἀνὴρ αἰγύπτιος, τῆς ἑλληνικῆς μετεσχηκὼς παιδείας, ὡς δῆλός ἐστι· γέγραφε γὰρ ἑλλάδι φωνῇ τὴν πάτριον ἱστορίαν, ἔκ τε τῶν ἱερῶν, ὥς φησιν αὐτὸς, μεταφράσας, καὶ πολλὰ τὸν Ἡρόδοτον ἐλέγχει τῶν αἰγυπτιακῶν ὑπ᾽ ἀγνοίας ἐψευσμένον. Αὐτὸς δὴ τοίνυν ὁ Μανεθὼν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν αἰγυπτιακῶν ταῦτα περὶ

(1) Graece apud Syncellum *duobus*, verum apud Scaligerum *sex*.

(2) Codex arm. addit *omnia*.

(3) Ita graece et in margine codicis arm. At textus codicis *secundo*.

primo (1) aegyptiacarum rerum ita de nobis scribit. Utar autem eius verbis, plane ceu si ipsum testem producerem. *Regem, inquit, habuimus* (2) Timaeum (3) nomine. Sub hoc Deus nescio quo pacto iratus est, praeterque opinionem ab orientali tractu homines obscuro genere, audacia tamen pleni, in hanc regionem impetum fecerunt, universamque armis nemine resistente occupaverunt. Tum principes capiebant, et Deorum fana evertebant, cunctisque incolis crudelissime abutebantur, quorumdam etiam liberos et uxores in servitutem abducebant. Denique et quemdam ex suis regem creabant nomine Silitin. Hic vero Memphim profectus superiorem provinciam ab inferiore secernebat (4), atque orientalem maxime plagam muniebat, nimirum prospiciens, fore ut Assyrios, ea tempestate viribus pollentes, cupiditas arriperet eiusmodi regnum incursandi (5). Tum nactus in Methraite nomo commodissimam urbem in orientali Bubastitae fluminis ripa sitam, atque ex antiqua quadam theologia Avarin appellatam, ipsam construebat, moenibusque amplioribus augebat, collocatis item inibi

ἡμῶν γράφει παραθήσομαι δὴ τὴν λέξιν αὐτοῦ, καθάπερ αὐτὸν ἐκεῖνον παραγαγὼν μάρτυρα. Ἐγένετο βασιλεὺς ἡμῖν, Τίμαιος ὄνομα, ἐπὶ τούτου οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ὁ Θεὸς ἀντέπνευσεν, καὶ παραδόξως ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὴν μερῶν ἄνθρωποι τὸ γένος ἄσημοι, καταθαρσήσαντες ἐπὶ τὴν χώραν ἐστράτευσαν, καὶ ῥᾳδίως ἀμαχητὶ ταύτην κατὰ κράτος εἷλον. Καὶ τοὺς ἡγεμονεύσαντας ἐν αὐτῇ χειρωσάμενοι, τὸ λοιπὸν τάς τε πόλεις ὠμῶς ἐνέπρησαν, καὶ τὰ ἱερὰ τῶν Θεῶν κατέσκαψαν. Πᾶσι δὲ τοῖς ἐπιχωρίοις ἐχθρότατά πως ἐχρήσαντο, τοὺς μὲν σφάζοντες, τῶν δὲ καὶ τὰ τέκνα καὶ γυναῖκας εἰς δουλείαν ἄγοντες. Πέρας δὲ καὶ βασιλέα ἕνα ἐξ αὐτῶν ἐποίησαν, ᾧ ὄνομα ἦν Σάλατις. Καὶ οὗτος ἐν τῇ Μέμφιδι κατεγίνετο, τήν τε ἄνω καὶ κάτω χώραν δασμολογῶν, καὶ φρουρὰν ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις καταλείπων τόποις. Μάλιστα δὲ καὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν, ἠσφαλίσατο μέρη, προορώμενος Ἀσσυρίων, τότε μεῖζον ἰσχυόντων, ἐσομένην ἐπιθυμίαν τῆς αὐτῆς βασιλείας ἐφόδου. Εὑρὼν δὲ ἐν νομῷ τῷ Σαΐτῃ πόλιν ἐπικαιροτάτην, κειμένην μὲν πρὸς ἀνατολὴν τοῦ Βουβαστίτου ποταμοῦ, καλουμένην δ᾽ ἀπό τινος ἀρχαίας θεολογίας Αὔαριν, ταύτην ἔκτισέν τε, καὶ τοῖς τείχεσιν ὀχυρωτάτην ἐποίησεν ἐνοικίσας αὐτῇ καὶ πλῆθος ὁπλιτῶν

(1) Textus graecus in Iosephi operibus et apud Eusebium *Praep. ev.* x. 13. habet *secundo*: et quidem superius dynastia pastorum occurrit in secundo Manethonis libro.

(2) Haec verba absunt ab exemplari nostro arm. itemque alia inferius.

(3) Codex arm. *pretiosum* pro *Timaeum*, quia nimirum interpres nomen proprium non agnovit, legitque τίμιον, uti est in variis Iosephi lectionibus.

(4) Graece aliter se habet hic locus.

(5) Ab hac sententia videtur aberrare arm. interpres.

militum myriadibus viginti quatuor ad eiusdem custodiam. Illuc autem aestivo tantum tempore ventitabat, ad stipendia nimirum et munera vulgo largienda atque armatos sedulo exercendos quô terrorem extraneis incuteret. Is annis XV (1) dominatus decessit.

2. Deinde alius regnavit annis XLIII nomine Banon. Deinde alius quidam, Apachnas nomine, annis XXXVI cum mensibus VII. Deinde Aphosis annis LXI. Tum Anan annis L cum mense uno. Postremus omnium Assethus annis XLIX cum mensibus duobus. Atque hi sex primi ex eorum genere principes regionem assidue vexabant, immo et stirpem aegyptiae gentis nitebantur exscindere. Haec universa familia appellabatur hycusos idest reges pastores: namque hyc sacratiore Aegyptiorum lingua regem significat, usos autem pastorem et pastores vulgari loquela. Tum facta copula consurgit hycusos. Nonnulli eos arabes fuisse aiunt. Porro in alio exemplari (2) vox hyc non reges sed captivos potius denotat: adeoque hyc aegyptiaca lingua et hac cum alpha et adspiratione tria haec etiam diserte significant. Idque mihi verisimilius videtur priscaeque historiae consentaneum. Iam praedictos

εἰς εἴκοσι καὶ τέσσαρας μυριάδας ἀνδρῶν πρὸς φυλακήν. Ἐνθάδε κατὰ θέρειαν ἤρχετο, τὰ μὲν σιτομετρῶν καὶ μισθοφορίαν παρεχόμενος, τὰ δὲ καὶ ταῖς ἐξοπλισίαις πρὸς φόβον τῶν ἔξωθεν ἐπιμελῶς γυμνάζων. Ἄρξας δ' ἐννεακαίδεκα ἔτη τὸν βίον ἐτελεύτησεν.

2. Μετὰ τοῦτον δὲ ἕτερος ἐβασίλευσεν τέσσαρα καὶ τετταράκοντα ἔτη, καλούμενος Βηῶν. Μεθ' ὃν ἄλλος Ἀπαχνὰς ἓξ καὶ τριάκοντα ἔτη καὶ μῆνας ἑπτά. Ἔπειτα δὲ καὶ Ἄπωφις ἓν καὶ ἑξήκοντα, καὶ Ἰανίας πεντήκοντα καὶ μῆνα ἕνα. Ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ Ἄσσις ἐννέα καὶ τεσσαράκοντα καὶ μῆνας δύο. Καὶ οὗτοι μὲν ἓξ ἐν αὐτοῖς ἐγενήθησαν πρῶτοι ἄρχοντες, πολεμοῦντες ἀεὶ καὶ ποθοῦντες μᾶλλον τῆς Αἰγύπτου ἐξᾶραι τὴν ῥίζαν. Ἐκαλεῖτο δὲ τὸ σύμπαν αὐτῶν ἔθνος υκσως, τοῦτο δέ ἐστι βασιλεῖς ποιμένες. Τὸ γὰρ υκ καθ' ἱερὰν γλῶσσαν βασιλέα σημαίνει, τὸ δὲ σως ποιμήν ἐστι καὶ ποιμένες κατὰ τὴν κοινὴν διάλεκτον, καὶ οὕτω συντιθέμενον γίνεται υκσως. Τινὲς δὲ λέγουσιν αὐτοὺς ἄραβας εἶναι. Ἐν δ' ἄλλῳ ἀντιγράφῳ, οὐ βασιλεῖς σημαίνεσθαι διὰ τῆς τοῦ υκ προσηγορίας ἀλλὰ τοὐναντίον αἰχμαλώτους δηλοῦσθαι ποιμένας. Τὸ γὰρ υκ πάλιν αἰγυπτιαστὶ καὶ τὸ ἁκ δασυνόμενον, αἰχμαλώτους ῥητῶς μηνύει. Καὶ τοῦτο μᾶλλον πιθανώτερόν μοι φαίνεται, καὶ παλαιᾶς ἱστορίας ἐχόμενον. Τούτους δὲ τοὺς προκατωνομασμένους βασιλέας τοὺς τῶν

(1) Graece *xix*.

(2) Fortasse *lexico aegyptiaco*.

singillatim reges, qui pastores vocitati sunt, eorumque posteros ait Aegypto imperasse annis undecim supra quingentos.

3. Deinde a Thebanis aliisque aegyptiis regibus bello atroci diuturnoque appetitos pastores ait: sub rege autem cui nomen Misphragumthosis, victos pastores amissa omni Aegypto, confugisse quemdam in locum, cuius ambitus decem millia iugerum, et nomen Avaris. Hunc Manethon (1) *ait* totum magnis validisque moenibus a pastoribus cinctum fuisse, ut rem suam universam et praedam in eo castello adservarent. Tum Misphragumthosis filium Thutmosim conatum quidem summa vi eos expugnare, octo et quadraginta myriadibus militum ad obsidionem murorum adductis: sed obsidionis successu desperato per internuntios transegisse, ut ii relicta Aegypto indemnes abirent: eosdemque foedere fretos cum armentis et familiis omnique re sua excessisse Aegypto, militum nempe myriadas haud minus viginti quatuor, atque itinere per deserta habito in Syriam venisse. Mox a copiosissimis Assyriorum viribus sibi metuentes, qui ea tempestate Asiam imperio tenebant, in regione, cui nunc Iudaeae nomen

ποιμένων καλουμένων, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γενομένους, κρατῆσαι τῆς Αἰγύπτου φησὶν ἔτη πρὸς τοῖς πεντακοσίοις ἕνδεκα.

3. Μετὰ ταῦτα δὲ, τῶν ἐκ τῆς Θεβαΐδος καὶ τῆς ἄλλης Αἰγύπτου βασιλέων γενέσθαι φησὶν ἐπὶ τοὺς ποιμένας ἐπανάστασιν, καὶ πόλεμον αὐτοῖς συῤῥαγῆναι μέγαν καὶ πολυχρόνιον. Ἐπὶ δὲ βασιλέως, ᾧ ὄνομα εἶναι Ἀλισφραγμούθωσις, ἡττωμένους φησὶ τοὺς ποιμένας ὑπ᾽ αὐτοῦ, ἐκ μὲν τῆς ἄλλης Αἰγύπτου πάσης ἐκπεσεῖν, κατακλεισθῆναι δ᾽ εἰς τόπον, ἀρουρῶν ἔχοντα μυρίων τὴν περίμετρον· Αὔαριν ὄνομα τῷ τόπῳ. Τοῦτον φησὶν ὁ Μανεθὼν ἅπαντα τείχει τε μεγάλῳ καὶ ἰσχυρῷ περιβαλεῖν τοὺς ποιμένας, ὅπως τήν τε κτῆσιν ἅπασαν ἔχωσιν ἐν ὀχυρῷ καὶ τὴν λείαν τὴν ἑαυτῶν. Τὸν δὲ Ἀλισφραγμουθώσεως υἱὸν Θούμμωσιν ἐπιχειρῆσαι μὲν αὐτοὺς διὰ πολιορκίας ἑλεῖν κατὰ κράτος, ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα μυριάσι προσεδρεύσαντα τοῖς τείχεσιν· ἐπεὶ δὲ τῆς πολιορκίας ἀπέγνω, ποιήσασθαι συμβάσεις, ἵνα τὴν Αἴγυπτον ἐκλιπόντες ὅποι βούλονται πάντες ἀβλαβεῖς ἀπέλθωσι. Τοὺς δὲ ἐπὶ ταῖς ὁμολογίαις πανοικεσίᾳ μετὰ τῶν κτήσεων οὐκ ἐλάττους μυριάδων ὄντας εἴκοσι καὶ τεσσάρων ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου τὴν ἔρημον εἰς Συρίαν ὁδοιπορῆσαι. Φοβουμένους δὲ τὴν Ἀσσυρίων δυναστείαν, τότε γὰρ ἐκείνους τῆς Ἀσίας κρατεῖν, ἐν τῇ

(1) Codex arm. *Aurais. Hunc totum Emancivus* etc.

est, condidisse urbem, quae tot hominum myriadas caperet, eamque Hierosolyma nuncupavisse. Alio autem aegyptiacarum rerum libro ait Manethon, gentem hanc qui pastores vocantur, in sacris quidem litteris dici captivos. Et ille equidem recte narravit: maiorum quippe nostrorum patria reapse conditio fuit vita pastoralis, quumque in gregibus pascendis occuparentur, idcirco dicebantur pastores. Rursus libri Aegyptiorum haud inepte sic loquuntur: progenitor enim noster Iosephus captivum se coram rege aegyptio testatus est, tum et fratres suos regis iussu in Aegyptum accersivit. Verumtamen de his rebus alio in loco diligentius inquiram.

4. Interim huiusce priscorum nostrorum historiae testes validos sistam Aegyptios, atque ad Manethonem revolvar, et quonam is pacto tempora digerat, hoc meo tractatu perscribam. Sic ergo ait: Postquam ex Aegypto pastorum gens se contulit Hierosolyma, is qui Aegypto pepulerat illam Thutmosis (1), postea regnavit annis XXV cum mensibus IV, ac dein obiit. Successitque in imperium filius eius Chebron annis XIII. Deinde Amenophis annis XX et mensibus VII. Tum et eiusdem soror Amenses annis XXI et mensibus IX. Deinde huius *Amensis* filius

νῦν Ἰουδαίᾳ καλουμένῃ πόλιν οἰκοδομησαμένους τοσαύταις μυριάσιν ἀνθρώπων ἀρκέσουσαν, Ἱεροσόλυμα ταύτην ὀνομάσαι. Ἐν ἄλλῃ δέ τινι βίβλῳ τῶν Αἰγυπτιακῶν Μανεθὼν τοῦτο φησὶν ἔθνος τοὺς καλουμένους ποιμένας, αἰχμαλώτους ἐν ταῖς ἱεραῖς αὐτῶν βίβλοις γεγράφθαι, λέγων ὀρθῶς. Καὶ γὰρ τοῖς ἀνωτάτω προγόνοις ἡμῶν τὸ ποιμαίνειν πάτριον ἦν, καὶ νομαδικὸν ἔχοντες τὸν βίον, οὕτως ἐκαλοῦντο ποιμένες. Αἰχμάλωτοί τε πάλιν οὐκ ἀλόγως ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἀνεγράφησαν, ἐπειδή περ ὁ πρόγονος ἡμῶν Ἰώσηπος ἑαυτὸν ἔφη πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων αἰχμάλωτον εἶναι, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς εἰς τὴν Αἴγυπτον ὕστερον μετεπέμψατο, τοῦ βασιλέως ἐπιτρέψαντος. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν ἄλλοις ποίησομαι τὴν ἐξέτασιν ἀκριβεστέραν.

4. *Νυνὶ δὲ τῆς ἀρχαιότητος ταύτης παρατίθεμαι τοὺς Αἰγυπτίους μάρτυρας. Πάλιν οὖν τὰ τοῦ Μανεθῶνος, πῶς ἔχει πρὸς τὴν τῶν χρόνων τάξιν, ὑπογράψω. Φησὶ δὲ οὕτω· μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐξ Αἰγύπτου τὸν λαὸν τῶν ποιμένων εἰς Ἱεροσόλυμα, ὁ ἐκβαλὼν αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου βασιλεὺς Τέθμωσις, ἐβασίλευσεν μετὰ ταῦτα ἔτη εἴκοσι πέντε καὶ μῆνας τέσσαρας, καὶ ἐτελεύτησεν, καὶ παρέλαβε τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ υἱὸς Χέβρων ἔτη δεκατρία. Μεθ' ὃν Ἀμένωφις εἴκοσι καὶ μῆνας ἑπτά. Τοῦ δὲ ἀδελφὴ Ἀμεσσὴς εἰκοσιὲν καὶ μῆνας ἐννέα.*

(1) Codex arm. heic *Sethmosis*.

Mephres annis XII et mensibus IX. Deinde huius filius Mephrathmuthosis annis XXV et mensibus IX (1). Deinde huius filius Thmothosis annis IX et mensibus VIII. Deinde huius filius Amenophis annis XXX et mensibus X. Deinde huius filius Orus annis XXXVIII et mensibus VII (2). Deinde huius filia Chencheres annis XII et mense I. Deinde huius frater Athosis annis IX. Deinde huius filius Chencheres annis XII et mensibus V. Deinde huius filius Achencheres annis XII et mensibus III. Deinde huius filius Armais annis IV et mense I. Deinde Rameses Miammi filius annis LXVI et mensibus II. Deinde huius filius Amenophis annis XIX et mensibus VI. Deinde huius filius Sethosis idemque Rameses equestribus et navalibus copiis pollens.

5. Hic fratrem suum Armaim Aegypto procuratorem praefecit, ad eumque et reliquam potestatem regiam contulit, ita tamen ut ei diademate interdiceret, et reginâ ex qua iam susceperat liberos abuti vetaret, ac reliquis etiam concubinis regiis abstinere iuberet. Ipse vero in Cyprum atque in Phoeniciam profectus est, rursusque Assyrios et Medos ditione complexus est, universitatisque potitus est partim quidem armis, partim etiam sine certamine atque uno virium terrore. Exin res suae gestae spiritus tumidiores illi attulerunt, coepitque per

Τῆς δὲ Μήφρης δώδεκα καὶ μῆνας ἐννέα. Τοῦ δὲ Μηφραμούθωσις εἴκοσι πέντε καὶ μῆνας δέκα. Τοῦ δὲ Θμῶσις ἐννέα καὶ μῆνας ὀκτώ. Τοῦ δ' Ἀμένωφις τριάκοντα καὶ μῆνας δέκα. Τοῦ δὲ Ὧρος τριακονταὲξ καὶ μῆνας πέντε. Τοῦ δὲ θυγάτηρ Ἀκεγχρὴς δώδεκα καὶ μῆνα ἕνα. Τῆς δὲ Ῥάθωτις ἀδελφὸς ἐννέα. Τοῦ δὲ Ἀκεγχήρης δώδεκα καὶ μῆνας πέντε. Τοῦ δὲ Ἀκεγχήρης ἕτερος δώδεκα καὶ μῆνας τρεῖς. Τοῦ δὲ Ἀρμαῒς τέσσαρα καὶ μῆνα ἕνα. Τοῦ δὲ Ῥαμέσσης (3) ἓν καὶ μῆνας τέσσαρας. Τοῦ δὲ Ἀρμέσσης Μιαμμοῦ ἑξηκονταὲξ καὶ μῆνας δύο. Τοῦ δὲ Ἀμένωφις, δέκα καὶ ἐννέα καὶ μῆνας ἕξ. Τοῦ δὲ Σέθωσις καὶ Ῥαμέσσης ἱππικὴν καὶ ναυτικὴν ἔχων δύναμιν.

5. *Οὗτος τὸν μὲν ἀδελφὸν Ἅρμαϊν ἐπίτροπον τῆς Αἰγύπτου κατέστησεν, καὶ πᾶσαν μὲν αὐτῷ τὴν ἄλλην βασιλικὴν περιέθηκεν ἐξουσίαν, μόνον δὴ ἐνετείλατο διάδημα μὴ φορεῖν, μηδὲ τὴν βασιλίδα μητέρα τε τῶν τέκνων ἀδικεῖν, ἀπέχεσθαι δὲ καὶ τῶν ἄλλων βασιλικῶν παλλακίδων. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ Κύπρον καὶ Φοινίκην καὶ πάλιν Ἀσσυρίους τε καὶ Μήδους στρατεύσας, ἅπαντας, τοὺς μὲν δόρατι τοὺς δὲ ἀμαχητὶ, φόβῳ δὲ τῆς πολλῆς δυνάμεως, ὑποχειρίους ἔλαβε· καὶ μέγα φρονήσας ἐπὶ ταῖς εὐπραγίαις, ἔτι καὶ θαρσαλεώτερον ἐπορεύετο, τὰς πρὸς*

---

(1) Graece *x*.

(2) Graece *annis xxxvi, et mensibus v*.

(3) Hic locus desideratur in exemplari nostro arm.

orientales plagas superbia efferri urbesque et pagos subvertere. Multoque tempore post Armais qui in Aegypto substiterat, omnia secus ac frater iusserat gerere ausus est: nam et reginae stuprum intulit, et cum reliquis concubinis intemperanter rem habuit; tum etiam amicorum instinctu diadema usurpavit seque fratri adversarium professus est. Tunc qui apud Aegyptios rebus sacris praeerat, Sethosim per literas de omnibus certiorem faciebat, quodque frater Armais palam ab eo defecisset. Ergo *ille* propere Pelusium reversus est, suumque regnum obtinuit. Regio autem ex eius nomine audivit Aegyptus, quia Sethosi ipsi, ut ait, nomen erat Aegyptus, fratri autem Armai Danaus. Haec utique Manethon.

6. Igitur si tempus ad praedictorum annorum rationem exigatur, prorsus constabit, eos qui pastores vocabantur, maiores nempe nostros, ex Aegypto elapsos ad hanc regionem contendisse trecentis ante ac nonaginta tribus annis quam Danaus Argum iret, quem tamen Argivi antiquissimum putant. Atque ita Manethon testimonia duo maxima nobis suppeditat ex Aegyptiorum libris; primum quidem quod aliunde in Aegyptum *maiores nostri* ingressi sint; deinde quod ex eadem recesserint tam vetusta aetate quae ferme mille annis iliacum bellum

ἀνατολὰς πόλεις τε καὶ χώρας καταστρεφόμενος. Χρόνου τε ἱκανοῦ γεγονότος, Ἅρμαϊς ὁ καταλειφθεὶς ἐν Αἰγύπτῳ, πάντα τοὔμπαλιν, οἷς ἀδελφὸς παρήνει μὴ ποιεῖν, ἀδεῶς ἔπραττεν. Καὶ γὰρ τὴν βασιλίδα βιαίως ἔσχεν, καὶ ταῖς ἄλλαις παλλακίσιν ἀφειδῶς διετέλει χρώμενος. Πειθόμενος δὲ ὑπὸ τῶν φίλων διάδημα ἐφόρει, καὶ ἀντῆρε τῷ ἀδελφῷ. Ὁ δὲ τεταγμένος ἐπὶ τῶν ἱερῶν τῆς Αἰγύπτου, γράψας βιβλίον ἔπεμψε τῷ Σεθώσει, δηλῶν αὐτῷ πάντα, καὶ ὅτι ἀντῆρεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἅρμαϊς. Παραχρῆμα οὖν ὑπέστρεψεν εἰς Πηλούσιον, καὶ ἐκράτησεν τῆς ἰδίας βασιλείας. Ἡ δὲ χώρα ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος Αἴγυπτος. Λέγει γὰρ ὅτι ὁ μὲν Σέθωσις ἐκαλεῖτο Αἴγυπτος, Ἅρμαϊς δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δαναός. Ταῦτα μὲν ὁ Μανεθών.

6. Δῆλον δέ ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων ἐτῶν τοῦ χρόνου συλλογισθέντος, ὅτι οἱ καλούμενοι ποιμένες, ἡμέτεροι δὲ πρόγονοι, τρισὶ καὶ ἐννενήκοντα καὶ τριακοσίοις πρόσθεν ἔτεσιν ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἀπαλλαγέντες τὴν χώραν ταύτην ἀπῴκησαν, ἢ Δαναὸν εἰς Ἄργος ἀφικέσθαι· καί τοι τοῦτον ἀρχαιότατον Ἀργεῖοι νομίζουσι. Δύο τοίνυν ὁ Μανεθὼν ἡμῖν τὰ μέγιστα μεμαρτύρηκεν ἐκ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων· πρῶτον μὲν τὴν ἑτέρωθεν ἄφιξιν εἰς Αἴγυπτον, ἔπειτα δὲ τὴν ἐκεῖθεν ἀπαλλαγὴν οὕτως ἀρχαίαν τοῖς χρόνοις, ὡς ἐγγύς που προτερεῖν αὐτὴν τῶν ἰλιακῶν ἔτεσι

praecesserit. Iam quae Manethon haud ex aegyptiacis libris, verum, ut ipse fatetur, ex incertis quibusdam fabulosisque temporibus addidit, ea deinceps coarguam.

7. Universa haec e Iosephi libris desumpta est dissertatio de aegyptiacis antiquitatibus, deque eorum chronographia usque ad ipsorum regem quemdam Nectanebin, quem ego iam superioribus accensui. Post Nectanebin Ochus Persarum rex obtinuit Aegyptum, regnavitque annis VI. Post hunc Arses Ochi annis IV. Deinde Darius annis VI. Ad extremum Alexander macedo Darium persam interfecit, atque una Asianis Aegyptiisque imperavit, sextoque regni sui anno Alexandriam in Aegypto condidit. Deinceps multi partes imperii sibi vindicarunt. Aegyptum quidem et Alexandriam insederunt Ptolemaei, quorum imperantium tempora eiusmodi sunt.

CAPVT XXII.

(*) Quinam post Alexandrum macedonem Aegypti alexandrinaeque urbis regnum tenuerint. E Porphyrii libris.

1. HVNC Alexandrum macedonem centesimae et quartae decimae olympiadis anno secundo regni successor excepit Aridaeus, qui Philippus dictus est, frater quidem Alexandri, haud ex eadem tamen

χιλίοις. Ὑπὲρ ὧν δ' ὁ Μανεθὼν οὐκ ἐκ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ὡμολόγηκεν, ἐκ τῶν ἀδεσπότως μυθολογουμένων προστέθεικεν, ὕστερον ἐξελέγξω κατὰ μέρος, ἀποδεικνὺς τὴν ἀπίθανον αὐτοῦ ψευδολογίαν. *Ex Opere contra Apionem I. 14 - 16.*

(*) Οἱ μετὰ Ἀλέξανδρον τὸν μακεδόνα Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας βασιλεύσαντες. Ἀπὸ τῆς Πορφυρίου γραφῆς.

1. Τελευτᾷ μὲν Ἀλέξανδρος ὁ μακεδὼν ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ὀλυμπιάδος ἄρξας ἔτη τὰ σύμπαντα δώδεκα. Διαδέχεται δὲ τὴν βασιλείαν Ἀριδαῖος ὁ μετονομασθεὶς Φίλιππος, ἀδελφὸς ὢν Ἀλεξάνδρου οὐχ

matre: nam de Philina larissaea (1) susceperat eum Philippus. Is regnavit annis VII, donec a Polysperchonte Antipatri filio in Macedonia interemptus est.

Ptolemaeus Arsinoës et Lagi filius post annum ex quo Philippus imperium obtinuerat, ad praefecturam Aegypti mittitur, eaque primum potestate fungitur annis XVII: deinde supremam regis dignitatem invadit annis XXIII, ita ut ante eius obitum anni omnino effluxerint XL. Hic tamen adhuc superstes in filium suum Ptolemaeum, cognomento Philadelphum, transtulit imperium, biennioque vitam produxit cum filio regnante: quare iam haud quadraginta sed octo supra triginta putabantur anni Ptolemaei primi cognomento Soteris.

Hunc successor consecutus est Ptolemaeus filius, cognomento ut diximus Philadelphus, qui parente superstite regnum biennio administravit, eoque mortuo, annis XXXVI (2): prorsus ut ipse, non secus atque parens, octo ac triginta annis regnasse dicendus sit.

Tertius ei successit Ptolemaeus, cognomento Evergetes qui mansit in potestate annis XXV (3).

ὁμομήτριος· γέγονε γὰρ ἐκ Φιλίννης τῆς λαρισσαίας τῷ Φιλίππῳ. Βασιλεύει δὲ ἐπὶ ἔτεσι ζ' καὶ ἀναιρεῖται ἐν τῇ Μακεδονίᾳ διὰ Πολυσπέρχοντος τοῦ Ἀντιπάτρου υἱοῦ.

Πτολεμαῖος δὲ ὁ Ἀρσινόης καὶ Λάγου υἱὸς μετ' ἐνιαυτὸν καὶ διὰ τῆς εἰς Φίλιππον ἀναγεγραμμένης ἡγεμονίας σατράπης εἰς Αἴγυπτον πέμπεται. Καὶ σατραπεύει μὲν τὰ πρῶτα ἔτη ζ' καὶ δέκα, βασιλεύει δὲ ἔτη τρία καὶ εἴκοσι· ὥστε πάντα μ' λογίζεσθαι αὐτῷ, ἄχρι τῆς τελευτῆς. Ἐπεὶ δὲ ζῶν ἔτι τῆς ἀρχῆς παρεχώρησε τῷ υἱῷ Πτολεμαίῳ τῷ παιδὶ τὴν ἀρχὴν διαδεξαμένῳ, οὐκέτι δὴ τεσσαράκοντα, τριάκοντα δὲ καὶ ὀκτὼ τὰ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου, ὃν Σωτῆρα ἐπεκάλουν, λογίζονται.

Τοῦτον διαδέχεται Πτολεμαῖος ὁ υἱὸς ὁ ἐπικληθεὶς, ὡς ἔφαμεν, Φιλάδελφος. Καὶ ζῶντος μὲν ἔτι τοῦ πατρὸς δύο πλήρη τῆς βασιλείας ἔτη, ἀποθανόντος δὲ, ὀκτὼ καὶ τριάκοντα. Ὡς καὶ τούτῳ ὀκτὼ καὶ τριάκοντα τοὺς τῆς βασιλείας ἐνιαυτοὺς ἴσους τοῖς τοῦ πατρὸς ἀποδιδοῦσθαι.

Τοῦτον διαδέχεται τρίτος Πτολεμαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Εὐεργέτης, καὶ βασιλεύει ἔτη πέντε καὶ εἴκοσι.

---

(1) In codice arm. corrupte *lagyrensi*.

(2) Graece *XXXVIII*. Clemens *Strom. I.* 21. p. 396 scribit *XXVII*.

(3) Mox *XXIV*, in posteriore libro *XXVI*.

Hunc quartus Ptolemaeus excepit, cognomento Philopator, qui regnavit annis XVII (1).

Mox quintus Ptolemaeus, cognomento Epiphanes, regnum tenuit annis XXIV (2).

2. Huius duo filii Ptolemaei in imperium deinde succedunt, quorum maior natu Philometor, minor autem Evergetes secundus dicebatur. Utriusque simul anni numerantur LXI (3). Nos enim horum annos in unam seriem contulimus, propterea quod ipsis bello inter se decertantibus, seque regno vicissim pellentibus, temporum permixtio consecuta est. Primus regnat Philometor annis XI. Mox Antiochus, oppressa armis Aegypto, eumdem diademate spoliabat. Tum Alexandrini regiam potestatem ad minorem *fratrem* deferebant, pulsoque Antiocho, ipsum Philometorem expediebant: dicebatur autem eis Philometoris annus duodecimus (4), Evergetis primus. Hinc potestate aequata usque ad decimum septimumque annum perrectum est. Mox ab octavo decimo unius Philometoris nomen scribebatur. Quum enim minor natu *frater* maiorem imperio deduxisset, hic a Romanis reductus est: qui Aegypti quidem dominationem capessit,

Ὃν ὁ τέταρτος διαδέχεται Πτολεμαῖος *ὁ κληθεὶς Φιλοπάτωρ, καὶ βασιλεύει ἔτεσιν ὅλοις ἑπτὰ καὶ δέκα.*

Ὁ δὲ μετ᾽ αὐτὸν πέμπτος Πτολεμαῖος Ἐπιφανὴς *μὲν ἐπεκλήθη, βασιλεύει δὲ τέσσαρσι καὶ εἴκοσι ἔτεσι.*

2. Τούτου *παῖδες δύο* Πτολεμαῖοι *μετ᾽ αὐτὸν τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενοι, ὅ, τε πρεσβύτερος ὁ κατ᾽ ἐπίκλησιν Φιλομήτωρ, καὶ ὁ νεώτερος ὁ ἐπικαλούμενος* Εὐεργέτης *δεύτερος.* Ἀμφοῖν *δὲ ἔτη τέσσαρα καὶ ἑξήκοντα λογίζονται.* Ὑφ᾽ *ἓν γὰρ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν ἐτάξαμεν, ὅτι διαστασιαζόντων πρὸς ἀλλήλους καὶ ἐναλλὰξ βασιλευόντων, σύγχυσις περὶ τοὺς χρόνους γέγονεν.* Ἄρχει *μὲν γὰρ ὁ Φιλομήτωρ πρότερος ἔτεσιν ἕνδεκα μόνος.* Ἀντιόχου *δ᾽ ἐπιστρατεύσαντος* Αἰγύπτῳ *καὶ περιελόντος αὐτοῦ τὸ διάδημα, οἱ* Ἀλεξανδρεῖς *τῷ νεωτέρῳ ἐπέτρεψαν τὰ πράγματα, καὶ διώξαντες* Ἀντίοχον *ἐῤῥύσαντο τὸν Φιλομήτορα, καὶ ἐχρημάτισεν αὐτοῖς Φιλομήτορος ιϛ´,* Εὐεργέτου *δὲ ἕν.* Ὁμονοοῦσι *δὲ ἄχρι τοῦ ἑπτακαιδεκάτου.* Ἀπὸ *δὲ τοῦ ὀκτωκαιδεκάτου μόνου χρηματίζει τοῦ Φιλομήτορος.* Ἀφαιρεθέντα *γὰρ τῆς ἀρχῆς τὸν πρεσβύτερον ὑπὸ τοῦ νεωτέρου κατάγουσι* Ῥωμαῖοι. Καὶ *ἄρχει μὲν αὐτὸς τῆς* Αἰγύπτου, *τῷ δὲ ἀδελφῷ τῆς*

(1) Ita etiam in posteriore libro, et apud Tertullianum *adv. Iud.* cap. VIII.

(2) Codex heic *XXIII*; sed graece itemque Clemens *XXIV*. Ita Eusebius in posteriore libro, et mox p. 123. saltem in margine.

(3) Ita heic codex arm. Sed mox Eusebii calculus dat *LXIV*, uti est in graeco textu.

(4) Ita textus codicis arm. At in margine eiusdem codicis et in textu graeco *XVI*.

fratri autem Libyam regendam concedit. Solus igitur regnum obtinet, in eoque manet annis XVIII. Post hunc denique in Syria extinctum (is enim eam quoque regionem ditione tenuit) Cyrene accersitus Evergetes rexque appellatus annos suos inde putare incipit ex quo rex habitus fuerat: ita ut fratre moriente, videretur ipse regnavisse iam annis XXV, eiusdemque anni censeantur LIV (1). Namque annum Philometoris trigesimum sextum, qui dicendus erat sui regnantis primus, ipse vigesimum quintum scribi iussit. Ita fiunt utriusque simul anni LXI (2); Philometoris quidem XXXV (3), reliqui Evergetis. Quod si hi segregentur separatimque putentur, error in rationes incurret.

3. Ptolemaeo Evergeti secundo nati sunt filii duo ex Cleopatra, uterque nomine Ptolemaeus, sed maior natu cognomento Soter, minor Alexander. Maior natu primus imperat, matris praesidio regnum adeptus: cui quum obsequens esse videretur, aliquamdiu certe matre benevolente usus est (4). Decimo sexto (5) tamen regni anno, extimulante animi crudelitate, patris matrisque suae familiares occidit: quo facto, matris iussu deiectus imperio est, fugaque in Cyprum

Λιβύης τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίζει· καὶ μόνος ἄρχει δεκαοκτώ. Ἀποθανόντος δὲ ἐν Συρίᾳ (καὶ γὰρ καὶ ἐκείνων ἐγκρατὴς ἦν τῶν τόπων) μετακληθεὶς ἐκ Κυρήνης ὁ Εὐεργέτης καὶ βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς, τὰ ἔτη αὑτοῦ ἀναγράφει ἀφ᾽ οὗ πρῶτον βασιλεὺς ἐνομίσθη, ὡς δοκεῖν μετὰ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ τελευτὴν ἄρξαντα αὐτὸν ἔτεσιν εἴκοσι πέντε ἀνατιθέναι ἑαυτῷ τέσσαρα καὶ πεντήκοντα. Τὸ γὰρ τριακοστὸν ἕκτον Φιλομήτορος, δέον προσαγορεύεσθαι τῆς τούτου βασιλείας πρῶτον, αὐτὸς εἰκοστὸν πέμπτον προσέταξε γράφεσθαι. Καὶ οὕτως ἀμφοτέρων μὲν ἑξήκοντα τέσσαρα, τοῦ μὲν Φιλομήτορος λέ, τὰ δ᾽ ὑπολειπόμενα τοῦ Εὐεργέτου. Ἡ δὲ ὑποδιαίρεσις ἐν τοῖς κατὰ μέρος ποιεῖ πλάνην.

3. Πτολεμαίου δὲ τοῦ δευτέρου Εὐεργέτου ἐκ Κλεοπάτρας γίνονται υἱοὶ δύο Πτολεμαῖοι καλούμενοι· ὧν ὁ μὲν πρεσβύτερος Σωτὴρ ἐπεκαλεῖτο, ὁ δὲ νεώτερος Ἀλέξανδρος. Ὁ πρεσβύτερος ὑπὸ τῆς μητρὸς ἀναδειχθεὶς, δοκῶν δὲ αὐτῇ εἶναι πειθήνιος, ἄχρι μέν τινος ἠγαπᾶτο. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸ δέκατον ἔτος τῆς ἀρχῆς τοὺς φίλους τῶν γονέων ἀπέσφαξεν, ὑπὸ τῆς μητρὸς, διὰ τὴν ὠμότητα, τῆς ἀρχῆς καθῃρέθη, καὶ εἰς Κύπρον ἐφυγαδεύθη. Τὸν δὲ νεώτερον ἡ μήτηρ ἐκ

(1) Nempe annis VI regnaverat Alexandriae cum fratre: tum annis XVIII solus in Cyrenaica; denique annis XXX (seu XXIX cum mensibus aliquot) Alexandriae solus post fratris obitum.

(2) Graece *LXIV*. Videsis p. 116 n. 3.

(3) Anni Philometoris hi: solus regnat annis XI; cum fratre annis VI; solus iterum XVIII; summa XXXV. Nam trigesimum sextum Philometoris inceptum Evergetes sibi scribi iussit.

(4) Codex arm. mendose DIRER *dominabatur* pro SIRER *amabatur*. Prior enim littera utriusque vocis prae se fert quamdam similitudinem in arm. scriptura.

(5) Ita in margine codicis; at textu *XV*. Confer et p. 123. Graece hic *decimo*.

evasit. Minorem natu accivit mater Pelusio urbe, secumque regem constituit. Regnavit ergo cum matre minor, communicato utrique imperii nomine: et Cleopatrae quidem dictus est annus XI (1), Ptolemaei vero Alexandri octavus: namque et hic fratris quoque tempora sibi sumpsit, a quarto illius regnantis anno, quo tempore ipse (2), in Cyprios dominari coeperat. Atque haec consuetudo viguit vivente Cleopatra: qua extinctâ, ad unum Alexandrum signa honoris deferri coeperunt. Hic annos omnino octodecim, postquam Alexandriam venerat, imperium retinuit: dicebatur tamen annum iam sextum supra vigesimum imperare. Decimo nono anno in copiarum praefectos irâ conceptâ, vires adversus eos contrahebat in Aegypto; hi vero eum insecuti sunt, duce Tyrro regum consanguineo. Mox navali quoque proelio conserto, ipse summo discrimine elapsus cum uxore et filia in Lyciorum urbem Myram fuga se proripuit. Inde etiam quum Cyprum aufugeret, bello appetitus a Cherea navarcho periit.

4. Interim post huius fugam Alexandrini, missis oratoribus, seniori eiusdem fratri Ptolemaeo Soteri, denuo regnum offerebant, qui Cypro

Πηλουσίου μεταπεμψαμένη βασιλέα ἀπέδειξε σὺν ἑαυτῇ. Συνεβασίλευεν οὖν ὁ νεώτερος τῇ μητρὶ, τῶν χρηματισμῶν ἀναφερομένων εἰς ἀμφοτέρους· καὶ ἑνδέκατον μὲν Κλεοπάτρας ἀνηγορεύθη, ὄγδοον δὲ Πτολεμαίου Ἀλεξάνδρου. Συνανέλαβε γὰρ ἀπὸ τοῦ τετάρτου ἔτους τῆς τοῦ ἀδελφοῦ βασιλείας εἰς ἑαυτὸν τοὺς χρόνους, ἀφ᾽ οὗ τῆς Κύπρου ἐβασίλευσε. Καὶ τοῦτο ζώσης Κλεοπάτρας τὸ ἔθος περιῆν. Εἰς μόνον δὲ ἤρξατο μετατίθεσθαι τὸν Ἀλέξανδρον μετὰ τὸν ἐκείνης θάνατον τὰ συμβόλαια, ὀκτωκαίδεκα τοὺς πάντας ἀντιλαβόμενος τῶν σκήπτρων ἐνιαυτοὺς, ἀφ᾽ οὗ κατῆλθεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ἓξ καὶ εἴκοσι βεβασιλευκὼς ἐχρημάτισε. Τῷ δὲ ἐννεακαιδεκάτῳ τοῖς στρατεύμασιν (3) ὀργισθεὶς ἐξῆλθε συλλέξων ἐπ᾽ αὐτοὺς δύναμιν εἰς Αἴγυπτον. Οἱ δ᾽ ἐπιδιώξαντες, ἡγουμένου Τύῤῥου συγγενοῦς τῶν βασιλέων, κατεναυμάχησαν αὐτὸν, καὶ φεύγειν ἠνάγκασαν, μετὰ γυναικὸς καὶ θυγατρὸς, τῆς Λυκίας εἰς πόλιν Μύρας. Ὅθεν εἰς Κύπρον μεταπηδηθεὶς, καὶ καταπολεμηθεὶς ὑπὸ ναυάρχου Χαιρέου, θνήσκει.

4. *Μετὰ δὲ τὴν τούτου φυγὴν, πρὸς τὸν πρεσβύτερον Πτολεμαῖον τὸν Σωτῆρα οἱ Ἀλεξανδρεῖς πρεσβευσάμενοι παραδιδόασι πάλιν τὴν βασιλείαν*

(1) Quia decem annis regnaverat cum filio Philometore.

(2) Nempe *Alexander*.

(3) Dic *στρατηγοῖς*.

reversus est. Hinc septem anni sexque menses labuntur: totidem enim is superfuit post reditum. Tempus autem universum post patris obitum in ipsum confertur, adscripto integro numero annorum XXXV, mensiumque VI. Sane Ptolemaeo Soteri tribuendi essent ex intervallo anni XVII mensesque VI, alteri autem, scilicet Alexandro, anni octodecim, iis videlicet interiecti quibus maior natu regnavit (neque enim hi *octodecim* de albo tolli potuerunt, licet pro viribus delerentur: cui rei Iudaeorum quoque studia obfuerunt (1)); verum, *ut dixi*, temporum *Alexandri* rationem non habent, universosque annos XXXVI (2) de maiore fratre recitant.

5. Sex praeterea menses ab obitu senioris *fratris* reliquos, quibus annus trigesimus sextus absolvitur, haud conferunt in senioris filiam Cleopatram, uxorem minoris, quae patre extincto regia negotia procuravit: neque item Alexandro, qui regnavit cum ea diebus XIX, hos ipsos dies XIX tribuunt. Porro hic *Alexander* filius erat minoris Ptolemaei sive Alexandri, privignus autem Cleopatrae, atque in urbe Roma habitabat: cumque ea tempestate stirps regia virilis in Aegypto deficeret, accitus venit Alexandriam, sibique uxorem copulavit quam

αὐτῷ ἐκ Κύπρου καταπλεύσαντι. Διαγενομένων δὲ ἄλλων ἐτῶν ἑπτὰ πρὸς μησὶν ἓξ (τοσαῦτα γὰρ ἐπέζησε μετὰ τὴν κάθοδον) ὁ πᾶς χρόνος ὁ μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς ἀμφοτέρων θάνατον εἰς τοῦτον ἀναφέρεται, τὸν μὲν ἀριθμὸν σώζων λέ ἐνιαυτῶν πρὸς μησὶν ἓξ. Διωκηκὼς δὲ κατὰ τὴν ἀλήθειαν εἰς μὲν τὸν Σωτῆρα Πτολεμαῖον κατὰ διαφόρους χρόνους δεκαεπτὰ ἔτη καὶ μῆνας ἓξ, εἰς δὲ τὸν δεύτερον, τὸν καὶ Ἀλέξανδρον, τοὺς μέσους, ὧν ἦρξεν ὁ πρεσβύτερος, ἐνιαυτοὺς δεκαοκτὼ, οὓς καίτοι μὴ δυνηθέντες ἐκ τῆς ἀναγραφῆς ἀφανίσαι, τὸ ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτοῖς ἀπαλείφουσι· προσέκρουσε γὰρ αὐτοῖς διά τινας ἰουδαϊκὰς ἐπικουρίας. Οὐ γὰρ ἀριθμοῦσι τούτους τοὺς χρόνους, τοὺς δὲ πάντας τὰ ἓξ καὶ τριάκοντα ἔτη τῷ πρεσβυτέρῳ προσνέμουσι.

5. *Πάλιν τοὺς ἓξ μῆνας τοὺς μετὰ τὸν θάνατον τοῦ πρεσβυτέρου, οἱ συνεπλήρουν τὰ τριάκοντα ἓξ ἔτη, μὴ ἀποδόντες Κλεοπάτρᾳ τῇ θυγατρὶ μὲν τοῦ πρεσβυτέρου, γυναικὶ δὴ τοῦ νεωτέρου, ἥτις μετὰ τὸν θάνατον τοῦ πατρὸς ἀντελάβετο τῶν πραγμάτων· οὐδὲ γὰρ Ἀλεξάνδρῳ τῷ μετ᾽ αὐτῆς ἡμέρας ἄρξαντι ιθ́, τὰς ιθ́ ἡμέρας ἀποδιδόασιν. Οὗτος δὲ υἱὸς μὲν ἦν τοῦ νεωτέρου Πτολεμαίου, τοῦ καὶ Ἀλεξάνδρου, πρόγονος δὲ Κλεοπάτρας, καταμένων δὲ ἐν Ῥώμῃ, τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δυναστείας ἀνδρῶν ἐρήμου γενομένης, μετάκλητος ἦλθεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, καὶ*

(1) Haec Iudaeorum studia commemorat Iosephus *contra Apionem* II. 5. tum etiam sibyllinus liber quartus decimus Mediolani editus anno MDCCCXVII v. 333.

antea dixi Cleopatram, invitaque muliere imperium sibi vindicavit. Mox et illam post novemdecim dies interfecit: tum ipse quoque turbae armatorum in gymnasio implicitus propter nefandum suum parricidium interemptus est (1).

6. Huic Alexandro successit Ptolemaeus, cui cognomentum fuit novus Dionysus (2), Ptolemaei Soteris filius, praedictae Cleopatrae frater. Huius imperantis numerantur anni XXIX (3). Filia eiusdem Cleopatra Lagidarum generis postrema fuit; eiusque imperantis recitantur anni XXII. Neque tamen hae dominationes continentem temporis seriem ab initio ad finem per se seorsimque descriptae tenent; verum inter se implicitae aliae alias vicissim occupant. Nam sub novo Dionyso, filiabus eius Cleopatrae, quae et Tryphonea (4), atque Berenici regni triennium attributum est; duabus quidem annus unus; post obitum vero Cleopatrae seu Tryphoneae (5), biennium uni Berenici. Nimirum accidit, ut Ptolemaeus Romam proficisceretur, ibique

γήμας τὴν προειρημένην Κλεοπάτραν, παραλαβών τε παρ' ἑκούσης τὴν ἐξουσίαν, ἐννεακαίδεκα διαγενομένων ἡμερῶν ἀνεῖλεν αὐτήν, καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν ἐνόπλων ἐν τῷ γυμνασίῳ διὰ τὴν μιαιφονίαν συνεχόμενος ἀπώλετο.

6. *Τοῦτον τὸν Ἀλέξανδρον διαδέχεται Πτολεμαῖος ὁ ἐπικληθεὶς νέος Διόνυσος υἱὸς μὲν ὢν Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆρος, ἀδελφὸς δὲ τῆς εἰρημένης Κλεοπάτρας, οὗ τῆς ἀρχῆς ἔτη κθ' λογίζονται. Τούτου θυγάτηρ Κλεοπάτρα ὑστάτη τῆς Λαγιδῶν γενεᾶς, ἧς ἔτη ἀριθμεῖται τῆς ἀρχῆς δύο καὶ εἴκοσι. Οὐδ' αὐταὶ αἵδε αἱ βασιλεῖαι τὸν εἱρμὸν τῶν χρόνων ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, κατὰ τὸ ἑξῆς ἀναγραφόμενον ἔσχον, ἀλλ' ἐγένετό τις αὐτῶν ἐν ἑκατέρῳ διὰ μέσου παρένθεσις εἰς ἄλλους. Ἐπὶ γὰρ τοῦ νέου Διονύσου εἰς τὰς αὐτοῦ θυγατέρας, Κλεοπάτραν, τὴν καὶ Τρύφαιναν, καὶ Βερενίκην, τριετὴς ὡς βεβασιλευκυίας ἀνεγράφη χρόνος, εἰς μὲν ἀμφοτέρας ἐνιαυτὸς εἷς, ἡ δ' ἑξῆς μετὰ τὸν Κλεοπάτρας, τῆς καὶ Τρυφαίνης, θάνατον διετία εἰς μόνην Βερενίκην, ἕνεκα τοῦ τὸν μὴν Πτολεμαῖον εἰς*

(1) Rem perspicue narrant Appianus *Bell. civ.* I. 102. itemque Cicero in fragmentis orationis *de rege alexandrino*, quae Mediolani primum edita sunt anno MDCCCXIV.

(2) Hunc Ptolemaeum dictum esse novum *Dionysum*, seu *Bacchum*, sive per assentationem sive ob formae illecebras arbitrantur magni duumviri Vaillantius et Eckhelius. Verumtamen, considerato Theophili (*ad Autolyc.* II. 7.) loco, in quo scriptor quidam Satyrus gentes alexandrinas describens, *Bacchum* auctorem generis Ptolemaeorum diligenti genealogia demonstrat; nobis quidem hinc potius *novi Dionysi*, seu *Bacchi* appellatio repetenda videbatur.

(3) Cod. arm. heic *xxix*, sed inferius p. 124. *xxx*.

(4) Codex arm. *Cleopatrae atque Tryphonaeae* manifesto mendo.

(5) Codex arm. *Cleopatrae atque Tryphoneae*.

aliquamdiu subsisteret; filiae autem, quum pater rediturus non videretur, regni gubernaculum sibi vindicarent; tum aliquot consanguinei Berenici opem ferentes (1), cum ea rebus praeessent: donec Ptolemaeus Roma reversus est, qui mox pietatis adfectuumque erga filiam oblitus, resque ab ea gestas exosus, eamdem morte multavit.

7. Regnante Cleopatra, primos quidem imperii annos ipsi fratrique eius natu maximo Ptolemaeo tribuebant: deinceps aliis ob eiusmodi causam. Novus Dionysus vita excessit, quatuor liberis relictis, Ptolemaeis nempe duobus, et Cleopatra atque Arsinoe. Idem maioribus natu (2) liberis imperium ita legavit, ut Ptolemaeus et Cleopatra simul regnarent. Hinc quadriennium exactum est. Id vero institutum mansisset, nisi Ptolemaeum, qui neglecto patris mandato uni sibi regnum adserere nisus est, fatalis necessitas vita orbasset navali proelio implicitum in Aegypto adversus Iulium Caesarem qui Cleopatrae suppetias tulit.

8. Post necem Ptolemaei, minor frater, dictus *item* Ptolemaeus, cum Cleopatra sorore consors regni fuit, iussu Caesaris. Scribebatur

Ῥώμην ἀπηρκέναι, καὶ τοῦτον ἐκεῖ διατετριφέναι τὸν χρόνον, τὰς δὲ θυγατέρας, ὡς οὐκέτι επανήξοντος τοῦ πατρὸς, ἀντιλῆφθαι τῶν πραγμάτων, συνεπιπσωμένης ἑαυτῇ κατὰ [τούτους] χρόνους τῆς Βερενίκης ἄνδρας τινὰς συγγενεῖς τοὺς συνάρξαντας· μέχρι ὅτου παραγενόμενος ὁ Πτολεμαῖος ἀπὸ Ῥώμης τῆς μὲν πρὸς τὴν θυγατέρα διαθέσεως ἐπελάθετο, στυγήσας δ' αὐτὴν διὰ τὰ πραχθέντα τοῦ ζῆν ἐστέρησεν.

7. *Ἐπί γε τῆς Κλεοπάτρας τὰ πρῶτα τῆς δυναστείας ἔτη εἰς ἐκείνην τε καὶ τὸν πρεσβύτερον αὐτῆς ἀδελφὸν ἀνενέχθη Πτολεμαῖον, τὰ δ' ἑξῆς εἰς ἑτέρας, διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Τελευτῶν ὁ νέος Διόνυσος ἐπὶ παισὶ τέτρασι, Πτολεμαίοις δυσὶ, καὶ Κλεοπάτρᾳ καὶ Ἀρσινόῃ διέταξε τοῖς πρεγενεστέροις αὐτοῦ παισὶ Πτολεμαίῳ καὶ Κλεοπάτρᾳ τὴν ἀρχήν. Ὧν συμβασιλευόντων τετραετὴς διεγένετο χρόνος. Καὶ τοῦτο διέμεινεν ἂν καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς τὸ ἔθος, εἰ μὴ Πτολεμαῖον παραβάντα τὰς τοῦ πατρὸς ἐντολὰς καὶ μόνον τῆς ἡγεμονίας ἀντιποιεῖσθαι βουλόμενον ἡ μοῖρα τοῦ ζῆν μετέστησεν ἐν Αἰγύπτῳ καταναυμαχηθέντα ὑπὸ Ἰουλίου Καίσαρος Κλεοπάτρᾳ συλλαμβανομένου.*

8. *Μετὰ δὲ τὴν ἀπώλειαν Πτολεμαίου, ὁ νεώτερος ἀδελφὸς Κλεοπάτρας συνεθρονίσθη τῇ ἀδελφῇ, Πτολεμαῖος καλούμενος, γνώμῃ Καίσαρος, καὶ*

---

(1) Paulo aliter in graeco textu: *Berenice per id tempus consanguineos aliquot sibi copulante, qui secum rebus praeessent.*

(2) In textu arm. *tribus liberis* pro *maioribus natu liberis*. Est autem mendum amanuensis qui scripsit *xxix tribus* pro *xxxx maioribus natu.*

autem quintus annus Cleopatrae et primus Ptolemaei. Hinc alii consecuti sunt usque ad huius necem anni duo.

9. Quo Cleopatrae insidiis perempto quarto sui anno et Cleopatrae octavo, reliquum tempus Cleopatrae uni adscriptum est ad quintum decimum usque annum. Sextus autem decimus nuncupatus est etiam primus. Namque in Syria mortuo Lysimacho rege Chalcidis (1), Marcus Antonius imperator Chalcidem cum adiacentibus provinciis Cleopatrae attribuit (2). Exin anni quoque reliqui usque ad vigesimum secundum, qui fuit postremus Cleopatrae, eadem ratione aucto numero scribebantur, uti Cleopatrae annus secundus supra vigesimum idem esset et septimus.

10. Porro autem Octavianus Caesar, qui et Augustus, actiaco proelio Aegypti regnum a Cleopatra abstulit anno altero olympiadis octogesimae quartae supra centesimam. Nunc inter centesimae undecimae olympiadis annum primum, quo Aridaeus idemque Philippus successit in imperium, et centesimae octogesimae quartae olympiadis annum alterum, septuaginta tres olympiades annusque unus interiacent, nempe anni

ἐχρημάτισε τὸ πέμπτον ἔτος Κλεοπάτρας τὸ καὶ πρῶτον Πτολεμαίου, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα, μέχρι τῆς ἀναιρέσεως αὐτοῦ, ἄλλα δύο.

9. *Τελευτήσαντος δὲ καὶ τούτου ταῖς Κλεοπάτρας ἀπάταις τῷ τετάρτῳ μὲν αὐτοῦ, τῆς δὲ Κλεοπάτρας ὀγδόῳ, ὁ μεταγενέστερος εἰς μόνην Κλεοπάτραν ἀνεγράφη χρόνος, ἕως ἐτῶν πεντεκαίδεκα. Τὸ δ' ἑκκαιδέκατον ὠνομάσθη τὸ καὶ πρῶτον, ἐπειδὴ τελευτήσαντος Λυσιμάχου τῆς ἐν Συρίᾳ Χαλκίδος βασιλέως, Μάρκος Ἀντώνιος ὁ αὐτοκράτωρ τήν τε Χαλκίδα καὶ τοὺς περὶ αὐτὴν τόπους παρέδωκε τῇ Κλεοπάτρᾳ. Καὶ ἀπὸ τούτου δὲ καὶ τὰ τούτων ἕτερα ἔτη μέχρι τοῦ εἰκοστοῦ δευτέρου, ὃ καὶ τελευταῖον ἐγένετο Κλεοπάτρας, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον προστιθεμένου τοῦ ἀριθμοῦ, ἐγράφετο, ὡς γενέσθαι τὸ δεύτερον καὶ εἰκοστὸν αὐτῆς τὸ καὶ ἕβδομον.*

10. *Ἀπὸ δὲ Κλεοπάτρας Ὀκτάουιος Καῖσαρ, ὁ καὶ Αὔγουστος, τὴν ἀρχὴν διαδέχεται κρατήσας Αἰγύπτου τῇ ἐπ' Ἀκτίῳ μάχῃ, κατὰ τὴν ἑκατοστὴν ὀγδοηκοστὴν τετάρτην ὀλυμπιάδα, ἐν ἔτει δευτέρῳ. Ἀπὸ τῆς ἑκατοστῆς ἑνδεκάτης ὀλυμπιάδος ἔτους πρώτου, ἀφ' οὗ Ἀριδαῖος, ὁ καὶ Φίλιππος, διεδέξατο τὴν ἀρχὴν, ἐπὶ τὴν ἑκατοστὴν ὀγδοηκοστὴν τετάρτην ὀλυμπιάδα, καὶ ταύτης ἔτος δεύτερον, ὀλυμπιάδες γίνονται ἑβδομήκοντα τρεῖς, καὶ ἐνιαυτὸς τούτων, ἔτη*

---

(1) Intellige Chalcidem ad Libanum.

(2) Conferendus Iosephus *Antiq.* XV. 4.

CCLXXXXIII (1). Totidem vero supputantur anni regum urbis Alexandriae usque ad Cleopatrae excessum.

II. Tempora igitur Ptolemaeorum sic omnino se habent. Alexander macedo primo anno olympiadis centesimae undecimae regnum auspicatur. Is Alexandriam in Aegypto condit. Diuturnitas imperii eius anni XII, mensesque VII. Post eum Alexandriae totique Aegypto dominati sunt hi:

Ptolemaeus Lagi annis XL.
Ptolemaeus Philadelphus annis XXXVIII.
Ptolemaeus Evergetes annis XXIV.
Ptolemaeus Philopator annis XXI.
Ptolemaeus Epiphanes annis XXIV (2).
Ptolemaeus Philometor annis XXX (3).
Ptolemaeus iunior cognomento item Evergetes annis XXIX.
Ptolemaeus Physcon cognomento Soter annis XVII (4) cum mensibus VI.

σϞγ΄. Τοσαῦτα δὲ καὶ ἀριθμεῖται τὰ ἔτη τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασιλευσάντων ἐπὶ τῆς Κλεοπάτρας τελευτῆς.

II. Οἱ Πτολεμαίων χρόνοι τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον βασιλευσάντων Αἰγύπτου. Ἀλέξανδρος ὁ μακεδὼν κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ἑκατοστῆς ἑνδεκάτης ὀλυμπιάδος βασιλεύει, κτίζει τε τὴν Ἀλεξάνδρειαν τὴν πρὸς Αἰγύπτῳ· ὁ δὲ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ χρόνος ἔτη ιβ΄, μῆνες ζ΄.

Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἔτη μ΄.
Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος ἔτη λη΄.
Πτολεμαῖος ὁ Εὐεργέτης ἔτη κδ΄.
Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἔτη κα΄.
Πτολεμαῖος ὁ Ἐπιφανὴς ἔτη κδ΄.
Πτολεμαῖος ὁ Φιλομήτωρ ἔτη λα΄.
Πτολεμαῖος ὁ νεώτερος Εὐεργέτης ἔτη κθ΄.
Πτολεμαῖος ὁ Φύσκων, ὁ καὶ Σωτὴρ ἔτη ιϛ΄, μῆνας ϛ΄.

---

(1) Aliter Epiphanius *de mens. et pond.* cap. XII ait: Ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου τοῦ υἱοῦ Λάγου, μέχρι Κλεοπάτρας, ἔτη τριακόσια ἕξ: *A primo Ptolemaeo Lagi filio ad Cleopatram anni sunt CCCVI.*

(2) Ita in margine codicis arm. et graece. At in textu codicis arm. *XXII.*

(3) Graece *XXXI.*

(4) Graece XVI.

Ptolemaeus, idemque Alexander, qui a patris sui matre (1) exagitatus est, annis III (2).

Ptolemaeus Philadelphus, a fuga redux postquam Alexandriâ pulsus fuerat, annis VIII (3).

Ptolemaeus Dionysus idemque Philadelphus annis XXX.

Ptolemaei filia Cleopatra annis XX (4).

Ea regnante Caius Iulius Caesar summum principatum Romanorum invasit. Post hunc Caesar Sebastus Octavianus, qui et Augustus (5), interfectâ Cleopatrâ, Ptolemaeorum imperium sustulit, qui annis CCLXXXXV (6) regnaverant.

Πτολεμαῖος ὁ καὶ Ἀλέξανδρος, ἐξωσθέντος μὴν τοῦ πρὸ αὐτοῦ . . . . .

Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος κατελθὼν ἀπὸ τῆς φυγῆς, ἐξωσθέντος τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἔτη ή.

Πτολεμαῖος ὁ Διόνυσος ἔτη λ΄.

Πτολεμαίου θυγάτηρ Κλεοπάτρα ἔτη κβ΄.

Κατὰ ταύτην Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ πρῶτος ἐμονάρχησε Ῥωμαίων. Μεθ᾽ ὃν Καῖσαρ Σεβαστὸς Ὀκτάουιος, ὁ καὶ Αὔγουστος, Κλεοπάτραν ἑλὼν καθεῖλε τὴν τῶν Πτολεμαίων ἀρχὴν, οἱ ἐβασίλευσαν ετη σϟγ΄. Ταῦτα καὶ τὰ παρ᾽ Αἰγυπτίοις.

(1) Haec erat Cleopatra, uxor Epiphanis; nam Alexander filius erat Evergetis, hic autem frater Philometoris et filius Epiphanis. Sed locus fortasse mendosus.

(2) Dicendum videtur: *Ptolemaeus, idemque Alexander, maiore fratre pulso matris iussu* etc. Numerum quidem annorum trium regnantis Alexandri quis probet? Recole superius p. 118. Huic Epiphanius tribuit annos XII.

(3) Ita scribit Eusebius etiam in tabulis regum et in canone posterioris libri. Sed enim paulo ante dixit idem Eusebius Ptolemaeo Alexandro successisse Soterem ab exilio reducem; huic autem filium Alexandri primi Alexandrum secundum, qui ob occisam statim uxorem ipse quoque parricidii eius caussa trucidatus sit: isti autem Alexandro successisse novum Dionysum. Ipse igitur aliam quodammodo rationem nunc inire videtur Eusebius; et fortasse merito. Quum enim satis constet, regem qui novum Dionysum praecessit mortuum esse in exilio Tyri, legato Romanis regno (Cic. II. *in Rull.* 16.) qui fieri potest ut novus Dionysus Alexandro II, qui Alexandriae interfectus est, successerit? Profecto haec est illa in Lagidarum successione famigerata quaestio in qua tantopere Critici aestuant, quamque nuper sapientissimus quoque Vicecomes denuo sibi versandam putavit (*Iconogr. gr.* T. III. p. 600). Alexandrum tertium quemdam Manutios secutus scribebat in albo Petavius (*de doctrin. temp.* lib. X. 48.) Vicecomes hunc Philadelphum existimabat eumdem esse Ptolemaeum octavum secundo regnantem, neque Alexandrum II occisum Alexandriae, sed exilio tantummodo multatum. Iam quod in hoc catalogo Eusebius Alexandrum II omittat, non est mirum, quandoquidem superius p. 119 dixit eiusdem regnum XIX dierum ab Aegyptiis in seriem non fuisse relatum.

(4) Scribendi sunt prorsus XXII, uti est in margine codicis arm. et in graeco textu: quamquam etiam Tertullianus *adv. Iud.* cap. VIII scribit annos Cleopatrae *XX*, tum alios eiusdem annos XIII narrat conregnante Augusto.

(5) Vide cap. XV. 8. p. 48 cum nota 5.

(6) Ita etiam cap. XV. 8. Neque tamen haec adamussim summa e praedictis numeris exsurgit. Superius p. 123 dicuntur anni CCLXXXXIII itemque heic in margine codicis arm. et graece. Ergo locus universus cubare in mendis videtur. De Ptolemaeorum temporibus consulendi Clemens alex. *Strom.* I. 21 Tertullianus *adv. Iud.* cap. VIII. Epiphanius *de mens. et pond.* cap. XII, atque alii, qui satis differunt âb Eusebio. Tum et Iohannis Malalae antiocheni hac de re lucubratio (*Chronogr. p.* 250-251) non mediocribus mendis laborat.

CAPVT XXIII.

GRAECORVM.

Qua ratione Graeci antiquitates suas scribant.

ATHENIENSIVM reges; Argivorum reges; Sicyoniorum reges; Lacedaemonum reges; Corinthiorum reges; quinam quamdiuque maris imperium tenuerint; olympiades quoque Graecorum prout singillatim scribuntur; tum Macedonum priores reges; tandemque post Alexandrum macedonem Thessalorum, Syrorum et Asianorum reges.

CAPVT XXIV.

Graecorum tempora.

1. OMNIVM Graecorum (*) antiquissima prorsus feruntur Sicyoniorum tempora, et reges qui Sicyoni praefuerunt, quorum dominationem primus auspicatus est Aegialeus Nini Belique aetate (qui feruntur Asiaticis primi in Assyria imperavisse): quare et Aegialea vocitata olim est, quae nunc dicitur Peloponnesus. Argivorum primus rex memoratur Inachus, Sicyoniorum imperio iunior annis CCLXXXXV. Atheniensibus primus imperitat Cecrops cognomento diphyes, Argivorum imperio trecentis fere annis posterior, Sicyoniorum autem iunior triginta tribus supra quingentos.

2. Age iam ab antiquioribus nostra haec chronologia exordiatur. Sicyonii primum reges perspicue recensendi sunt. Et quoniam multa est ambiguitas apud veteres qui graecanicae historiae tempora congesserunt, nos quidem pro viribus ex illo cinuo ea deligemus in quibus

1. (*) Πάντων μὲν Ἑλλήνων παλαιότατοι τοῖς χρόνοις ἀναγράφονται Σικυώνιοι βασιλεῖς, οἱ Σικυῶνος ἡγησάμενοι, ὧν πρῶτος ἦρξεν Αἰγιαλεὺς κατὰ Βῆλον καὶ Νῖνον γεγονὼς τοὺς πρῶτον Ἀσσυρίων βασιλεῦσαι καὶ τῆς Ἀσίας μνημονευομένους, ἐξ οὗ Αἰγιάλεια τὸ πρὶν, ἡ νῦν Πελοπόννησος, ἐκαλεῖτο. Ex Syncello p. 97. D.

auctores sibi invicem consonant. Sicyoniorum quoque regum tempora chronicis libris non sine ordine explicavit Castor (*), eaque brevi scripto hisce ipsis verbis complexus est: Sicyonios reges subiungimus, quorum princeps Aegialeus, postremus Zeuxippus. Et reges quidem dominati sunt annis CMLIX (1); post reges autem praefuerunt Carnii (2) sacerdotes sex, qui pontificatum gesserunt annis XXXIII: quorum postremus Charidemus sacerdos lectus, quum impensae ferendae impar esset, fugam arripuit. Haec ad verbum Castor. Est autem Sicyoniorum regum albus eiusmodi.

CAPVT XXV.

Sicyoniorum reges.

1. PRIMVS Aegialeus annis LII, ex quo etiam Aegialea, quae nunc est Peloponnesus, vocabatur. Initium regnandi Sicyone ab hoc factum aiunt circa decimum quintum annum Beli, eius qui primus regnum Assyriae tenuit Neptunique et Libyae filius dictitatur (3).

Secundus Europs annis XLV. Hic Nino Beli filio coaetaneus regnat.

Tertius Telchin annis XX. Is aetate Samiramidis regnat.

2. (*) Κάστορος περὶ τῆς βασιλείας τῶν Σικυωνίων.

Παρατίθεμεν δὲ καὶ τοὺς Σικυῶνος βασιλεύσαντας, ἀρχομένους μὲν ἀπὸ Αἰγιαλέως τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος, λήγοντας δὲ ἐπὶ Ζεύξιππον. Οἱ μὲν οὖν βασιλεῖς κατέσχον ἐτῶν χρόνον ϡνθ΄. Μετὰ δὲ τοὺς βασιλεῖς κατεστάθησαν ἱερεῖς τοῦ Καρνίου ἕξ· οὗτοι δ' ἱεράτευσαν ἔτη λγ΄· μεθ' οὓς κατεστάθη ἱερεὺς Χαριδήμοσος, καὶ οὐχ ὑπομείνας τὴν δαπάνην ἔφυγεν. *Ex Syncello p. 97. C.*

Εἰσὶν οἱ Σικυῶνος βασιλεῖς κατὰ τὴν τοῦ χρονογράφου Κάστορος ἔκθεσιν ὧδε.

1. Πρῶτος Αἰγιαλεὺς ἔτη νβ΄, ἀφ' οὗ καὶ Αἰγιάλεια, ἡ νῦν Πελοπόννησος, τὸ πρὶν ἐκαλεῖτο (4). Οὗτος λέγεται βασιλεῦσαι Σικυῶνος κατὰ τὸ ιε΄ ἔτος Βήλου τοῦ πρώτου τῆς Ἀσσυρίων ἀρχῆς ἡγησαμένου, ὃν Ποσειδῶνος υἱὸν εἶναι καὶ Λιβύης μυθεύουσι.

Δεύτερος Εὔρωψ ἔτη με΄.

Τρίτος . . . . . . (5).

---

(1) In posteriore libro ad an. DCCCLXXXVIII dicentur anni CMLVIII.

(2) Nempe *Apollinis* ita appellati. Iam adversus hanc Eusebii de Sicyoniorum dynastia doctrinam disputat Marshamus in Chronico pp. 16 et 336. Recte ne an secus, non indicamus.

(3) Apollodorus *Bibl.* II. 1. ait: Λιβύης καὶ Ποσειδῶνος γίνονται παῖδες δίδυμοι, Ἀγήνωρ καὶ Βῆλος: *E Libya et Neptuno nati sunt gemini Agenor et Belus.*

(4) Hanc particulam ab ἀφ' οὗ κ. τ. λ. supplemus in graeco textu ex Syncello p. 97. B.

(5) Scaliger tantum Τρίτος . . . cum lacuna. Syncellus p. 102. B. huic regi Telchini tribuit annos XXIX,

Quartus Apis annis XXV, ex quo Apia, quae nunc dicitur Peloponnesus.

Quintus Thelxion annis LII.

Sextus Aegydrus annis XXXIV.

Septimus Thurimachus annis XLV. Huius aetate primus Argivis imperat Inachus.

Octavus Leucippus annis LIII.

Nonus Messapus annis XLVII. Huius aetate contigit ut in Aegypto dominaretur Iosephus, de quo Hebraei loquuntur.

Decimus Eratus annis XLVI.

Undecimus Plemnaeus annis XLVIII.

Duodecimus Orthopolis annis LXIII.

Decimus tertius Marathonius annis XXX, quo tempore in Attica primus regnavit Cecrops diphyes.

Decimus quartus Marathon annis XX. Ea tempestate Hebraeis Aegypto excedentibus dux Moses fuit, uti suo tempore demonstrabitur.

Decimus quintus Chyreus (1) annis LV. Eo tempore Argivis imperabat Danaus.

Decimus sextus Corax annis XXX.

Τέταρτος Πέλοψ (2) ἔτη κέ. Ἡ Πελοππόννησος ἐκλήθη.

Πέμπτος Θελξίων ἔτη νβ΄.

Ἕκτος Αἴγυδρος ἔτη λδ΄.

Ἕβδομος Θουρίμαχος ἔτη μέ. Κατὰ τοῦτον πρῶτος βασιλεύει Ἴναχος.

Ὄγδοος Λεύκιππος ἔτη νγ΄.

Ἔνατος Μέσσαππος ἔτη μζ΄. Κατὰ τοῦτον συνίσταται ἄρξας τῆς Αἰγύπτου Ἰωσὴφ ὁ παρ᾽ Ἑβραίοις μνημονευόμενος.

Δέκατος Ἐρατὸς ἔτη μϛ΄.

Ἑνδέκατος Πιλημναῖος ἔτη μή.

Δωδέκατος Ὀρθόπολις ἔτη ξγ΄.

Τρισκαιδέκατος Μαραθώνιος ἔτη λ΄. Κατὰ τοῦτον πρῶτος τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευσε Κέκροψ ὁ διφυής.

Τεσσαρεσκαιδέκατος Μάρασος ἔτη κ΄. Κατὰ τοῦτον συνίσταται τῆς ἀπ᾽ Αἰγύπτου πορείας τῶν Ἑβραίων ἡγησάμενος Μωϋσῆς, ὡς κατὰ καιρὸν δειχθήσεται.

Πεντεκαιδέκατος Ἐχυρεὺς ἔτη νέ. Κατὰ τοῦτον Ἀργείων βασιλεύει Δαναός.

Ἑκκαιδέκατος Κόραξ ἔτη λ΄.

---

(1) *Chireus* sive *Echireus* est tertius decimus apud Syncellum p. 109. C.

(2) Ita apud Scaligerum *Pelops*. Sed etiam Syncellus p. 102. B. habet *Apin* ut hoc loco Eusebius. *Apin* omnino scribit quartum Sicyoniorum regem etiam Pausanias II. 5. quem auctorem pretium est consulere super ceteris quoque regibus Sicyoniorum.

Decimus septimus Epopeus annis XXXV.

Decimus octavus Laomedon annis XL.

Decimus nonus Sicyon annis XLV. Huius aetate desiverunt Argivorum reges, qui annis DXL permanserant.

Vigesimus Polybus annis XL.

Vigesimus primus Inachus annis XL.

Vigesimus secundus Phaestus (1) annis VIII.

Vigesimus tertius Adrastus annis IV.

Vigesimus quartus Polyphides annis XXXI. Huius aetate Ilium captum est.

Vigesimus quintus Pelasgus annis XX. Huius aetate Aeneas Latinorum regnum tenuit.

Vigesimus sextus Zeuxippus annis XXXI.

Summa regum Sicyoniorum XXVI, a quibus regnatum est annis CMLIX.

2. Exin iam non reges sed Carnii sacerdotes, quorum

Primus pontificatu functus est Archelaus anno I.

Secundus Automedon anno I.

Tertius Theoclytus annis IV.

Ἑπτακαιδέκατος Ἐποπεὺς ἔτη λέ.

Ὀκτωκαιδέκατος Λαομέδων ἔτη μ΄.

Ἐννεακαιδέκατος Σικυὼν ἔτη με΄. Κατὰ τοῦτον οἱ Ἀργείων βασιλεῖς ἐπαύσαντο διαρκέσαντες ἔτη φμ΄.

Εἰκοστὸς Πόλυβος ἔτη μ΄.

Εἰκοστὸς πρῶτος Ἴναχος ἔτη μ΄.

Εἰκοστὸς δεύτερος Φαῖστος ἔτη η΄.

Εἰκοστὸς τρίτος Ἄδραστος ἔτη δ΄.

Εἰκοστὸς τέταρτος Πολυφείδης ἔτη λα΄. Κατὰ τοῦτον Ἴλιον ἥλω.

Εἰκοστὸς πέμπτος Πελασγὸς ἔτη κ΄. Κατὰ τοῦτον Αἰνείας Λατίνων ἐβασίλευσεν.

Εἰκοστὸς ἕκτος Ζεύξιππος ἔτη λα΄.

Ὁμοῦ γίνονται Σικυῶνος βασιλεῖς οἱ πάντες κϛ΄· βασιλεύουσι δὲ χρόνον ἐτῶν ϡνθ΄.

2. Μετὰ Ζεύξιππον βασιλεῖς μὲν οὐκέτι, ἱερεῖς δὲ τοῦ Καρνίου.

Ὧν πρῶτος ἱεράσατο Ἀρχέλαος ἔτος α΄.

Δεύτερος Αὐτομέδων ἔτος α΄.

Τρίτος Θεόκλυτος ἔτη δ΄.

(1) Apud Syncellum p. 148. A. est Ἥφαιστος, nempe *Vulcanus*.

Quartus Euneus annis VI.

Quintus Theonomus (1) annis IX.

Sextus Amphichyes annis XII (2).

Septimus denique Charidemus (3), qui impensis exhaustus fugit. Ab hoc ad primam olympiadem anni labuntur CCCLII (4). Sicyoniorum regum et Sacerdotum temporibus anni conflantur CMXCVIII (5).

(*) Post Sicyoniorum praesides, par est et reges Argivorum presse percurrere, prout hi in certioribus veterum historiis occurrunt. Castor quoque hos commemorat, eiusmodi ratione scribendi utens.

CAPVT XXVI.

Castoris de Argivorum regno.

His addamus ordinatim etiam Argivorum reges, qui orsi ab Inacho in Sthenelum Crotopi filium desiverunt, quorum temporibus confiunt anni CCCLXXXII. Pulso Sthenelo Danaus Argum ipse obtinuit, eiusque posteri usque ad Eurystheum Stheneli qui Perseo natus erat. Exin Pelopidae regno potiti sunt. Ceterum tempora Danaidarum annos CLXII conficiunt; Pelopidarum autem, qui ducto initio ab Atreo regnaverunt (6), quique dignitatem usque ad Penthilum et Tisamenum et Cometem (7) Suresti filium retinuerunt (sub quo Heraclidarum descensus (8) accidit)

Τέταρτος Εὔνεος ἔτη ϛ΄.

Πέμπτος Θεόνομος ἔτη θ΄.

Ἕκτος Ἀμφιγύης ἔτη ιη΄.

Ἕβδομος Χαρίδημος τελευταῖος. Οὗτος οὐχ ὑπομείνας τὴν δαπάνην ἔφυγεν ἀφ᾽ οὗ ἐπὶ πρώτην ὀλυμπιάδα ἔτη τνα΄. Ὁμοῦ Σικυωνίων βασιλέων τε καὶ ἱερέων ἔτη ͵ϡϟη΄. *Ab excerptis Scaligeri p. 19-20.*

(*) Μετὰ τοὺς Σικυῶνος ἡγησαμένους, εὖ ἂν ἔχοι καὶ τοὺς Ἀργείων βασιλεῖς ἐν ἐπιτομῇ διελθεῖν, καθῶς τὰ ἀκριβῆ τῶν παλαιῶν περιέχει. Μνημονεύει, δὲ καὶ τούτων ὁ Κάστωρ ὧδε πως γράφων.

(1) Codex arm. *Theonamus.*

(2) Graece XVIII, nisi est mendum ιη΄ pro ιβ΄.

(3) Codex arm. *Charimedus*; superius tamen *Charidemus.*

(4) Graece CCCLI.

(5) Eumdem fere numerum tradit Eusebius etiam apud Syncellum p. 97. B.

(6) Syncellus quoque p. 155. C. primum e Pelopidis regem *Atreum* recitat.

(7) Codex arm. *Cnometem.*

(8) Sive potius *reditus*; Heraclidae enim Peloponneso ab Eurystheo pulsi, in eamdem regionem multo tempore post reversi sunt. In textu arm. est *incursio.*

feruntur anni CV. Age vero singulorum regum argivorum tempora haec sunt (1).

CAPVT XXVII.

Argivorum reges.

I. PRIMVS Inachus, a quo nomen regioni Inachiae, annis L. Inachus argivum imperium auspicatus est imperante septimo loco Thurimacho apud Sicyonios (2).

Secundus Phoroneus annis LX. Huius aetate Ogygus Eleusinem condidit.

Tertius Apis, de quo regio illa Apia dicta est, annis XXXV. Ea tempestate apud Aegyptios dominatum tenuit Iosephus, uti Hebraei narrant.

Quartus Argus Iovis (3) et Niobes filius; ex quo regionis nomen mutatum est, dictaque Argiva, annis LXX.

Quintus Criasus annis LIV.

Sextus Phorbas annis XXXV (4). Huius aetate Cecrops diphyes imperabat Atheniensibus.

Septimus Triopas annis XLVI. Eo regnante Moses Hebraeis exeuntibus ab Aegypto dux erat.

Περὶ τῶν Ἀργείων βασιλέων ὡς ἐν ἐπιτομῇ.

Πρῶτος Ἴναχος Ἀργείων κατὰ Θουρίμαχον, ὃς ἕβδομος ἦν τῆς Σικυωνίων ἀρχῆς.

Δεύτερος Φορωνεὺς ἔτη ξ. Κατὰ τοῦτον Ὤγυγος Ἐλευσῖνα ἔκτισε.

Τρίτος Ἆπις ἔτη λέ.

Τέταρτος Ἄργος ὁ Διὸς καὶ Νιόβης· ἀφ' οὗ ἡ χώρα μετωνομάσθη Ἀργεία ἔτη ὁ.

Πέμπτος Κρίασος ἔτη νδ.

Ἕκτος Φόρβας ἔτη λέ.

Ἕβδομος Τριόπας ἔτη μϛ.

---

(1) Castoris hunc locum, multis partim interpositis partim immutatis, exhibet graece Syncellus p. 124-125.

(2) Syncellus p. 124. C. dicit Inachum regnavisse aetate Plemnaei sicyonii.

(3) Codex arm. *Argus Odii et Niobes* etc. Nimirum ex graeco ὁ Διὸς corrupto (quis enim id non intellectum ab arm. interprete iudicet?) haec absurditas nata videtur.

(4) Codex noster arm. heic *XXV*, sed bis in posteriore libro legitur *XXXV*. Graece item XXXV.

Octavus Crotopus annis XXI.
Nonus Sthenelus annis XI.
Summa annorum CCCLXXXII.

2. Sthenelum Danaus pepulit Argumque ipse tenuit, et eiusdem deinceps posteri: quorum et successio et regnantium tempora ita se habent.
Decimus Danaus annis L (1).
Undecimus Lynceus annis XLI.
Duodecimus Abas annis XXIII.
Decimus tertius Proetus annis XVII.
Decimus quartus Acrisius annis XXXI.
Argivorum imperii summa annorum DXLIV (2). Hucusque Danaidae.

3. Post Acrisium translatum Mycenas est Argivorum imperium sub Eurystheo Stheneli filio, Pelopidaeque dominium obtinuerunt: primus autem regnavit in Peloponneso Pelops, qui olympiorum curator fuit. Translato Mycenas Argivorum imperio, post Acrisium regnavit
Eurystheus annis XLV.
Deinde Pelopidae Atreus et Thyestes annis LXVII (3).
Post hos Agamemnon annis XXX, cuius anno octavo decimo Ilium captum est.

Ὄγδοος Κροτωπὸς ἔτη κα΄.
Ἔννατος Σθένελος ἔτη ια΄.

2. Τοῦτον δὲ Δαναὸς ἐκβαλὼν ἐκράτησεν Ἄργους καὶ οἱ τούτου ἀπόγονοι.
Δέκατος Δαναὸς ἔτη ν΄.
Ἑνδέκατος Λυγκεὺς ἔτη μα΄.
Δωδέκατος Ἄβας ἔτη κγ΄.
Τρισκαιδέκατος Προῖτος ἔτη ιζ΄.
Τεσσαρεσκαιδέκατος Ἀκρίσιος ἔτη λα΄.
Ὁμοῦ τὰ πάντα τῆς Ἀργείων ἀρχῆς ἔτη φμε΄. Μέχρι τούτων οἱ Δαναΐδαι.

3. Μετὰ δὲ Ἀκρίσιον, εἰς Μυκήνας μετατεθείσης τῆς Ἀργείων ἀρχῆς κατὰ Εὐρυσθέα τοῦ Σθενέλου, οἱ Πελοπίδαι διεδέξαντο. Βασιλεύει δὲ πρῶτος Πελοποννήσου Πέλοψ. Πέλοψ ὀλυμπίων προέστη. Εἰς Μυκήνας μετατεθείσης τῆς Ἀργείων ἀρχῆς, μετὰ Ἀκρίσιον ἐβασίλευσεν Εὐρυσθεὺς ἔτη με΄.
Ἔπειτα οἱ Πελοπίδαι Ἀτρεὺς καὶ Θυέστης ἔτη ξε΄.
Ἀγαμέμνων μετὰ τούτους ἔτη λ΄.

---

(1) Syncellus p. 155. D. scribit LVIII.
(2) Graece DXLV.
(3) Graece LXV.

Aegisthus annis XVII (1).

Orestes, Tisamenus, Penthilus et Cometes annis LVIII usque ad Heraclidarum descensum qui Peloponnesum ceperunt: a quo usque ad Ionum e suis terris migrationem (2) anni excurrunt LXXX (3), et a migratione ionica usque ad primam olympiadem anni sunt CCLXVII.

CAPVT XXVIII.

Summatim de Atheniensium regibus (4).

1. HEIC dextrum est catalogum etiam Atheniensium regum attexere, e certioribus veterum memoriis praelibatâ summatim historiâ. Primus ab Atheniensibus memoratur Ogygus in cuius aetatem ingens illud et perantiquum diluvium incurrisse fertur. Huius aequalis habetur Phoroneus, Inachi filius, Argivorum rex, quem ipse Plato in Timaeo suo (5) commemorat his verbis: « Quum eos commovere stu- » deret (6) ad sermonem de huius urbis antiquitatibus, vetustissima

Αἴγισθος ἔτη ιζ΄.

Ὀρέστης καὶ Τισαμενὸς καὶ Πένθις καὶ Κομήτης ἔτη νή. Μέχρις Ἡρακλειδῶν καθόδου, ὅτε Πελοπόννησον εἷλον, ἐπὶ τὴν Ἰώνων ἀποικίαν ἔτη ξ. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἰώνων ἀποικίας ἐπὶ ὀλυμπιάδα πρώτην ἔτη σξζ΄. *Ab excerptis Scaligeri* p. 24.

Περὶ τῶν Ἀθηναίων βασιλέων ὡς ἐν ἐπιτομῇ.

1. *Ἑξῆς δ᾽ ἂν εἴη τούτοις καὶ τὸν τῶν Ἀθήνησι βασιλευσάντων κατάλογον συνάψαι. Πρῶτος παρ᾽ Ἀθηναίοις μνημονεύεται Ὤγυγος, καθ᾽ ὃν παρ᾽ Ἕλλησιν ὁ μέγας καὶ παλαιὸς ἱστορεῖται κατακλυσμός. Τούτῳ λέγεται συγχρονίσαι Φορωνεὺς ὁ Ἰνάχου Ἀργείων βασιλεύς. Τούτων τοῦ Φορωνέως χρόνων Πλάτων ἐν Τιμαίῳ τῷ διαλόγῳ ἐπιμέμνηται, ὡς πάνυ παλαιῶν, λέγων. « Καί ποτε » παραγαγεῖν βουληθεὶς αὐτοὺς περὶ τῶν ἀρχαίων εἰς λόγους τῶν τῇδε τῇ » πόλει, τὰ ἀρχαιότατα λέγειν ἐπιχειρεῖ περὶ Φορωνέως τε τοῦ πρώτου*

(1) Apud Syncellum p. 170. D. scribuntur ι.

(2) De hac migratione hisce verbis Velleius I. 4. loquitur: *Subsequenti tempore magna vis graecae inventutis abundantia virium sedes quaeritans, in Asiam se effudit. Nam Iones, duce Ione, profecti Athenis nobilissimam partem regionis maritimae occupavere, quae hodieque appellatur Ionia, urbesque constituere Ephesum, Miletum Colophona, Prienen, Lebedum, Myuntem, Erythram, Clazomenas, Phocaeam* etc.

(3) Graece LX. De hac re videsis Marshamum *Chron.* pp. 334. 343. 344.

(4) Hunc titulum de graeco exemplari expressimus.

(5) Edit. Ficini p. 1043. B. Meminit platonici huius loci etiam Syncellus p. 126. B.

(6) Solon videlicet aegyptios sacerdotes.

» narrare aggressus est de primo illo Phoroneo, de Niobe, deque » rebus quae diluvium consecutae sunt ». Ogygus autem incidit in aetatem Messapi regis noni Sicyoniorum, Belochique regis octavi Assyriorum. Iam post Ogygum, quia diluvius vasta omnia fecisset, regnatum esse negant in ea regione, quae nunc dicitur Attica, annis CXC (1) usque ad Cecropem.

2. Iam hi anni ex Argivorum quoque regno supputantur, quod ante Ogygi aetatem initium cepit. Nimirum a fine Phoronei Argivorum regis (sub quo ogygeum diluvium contigisse relatum est) ad Phorbantem, cui coaetaneus Cecrops diphyes hodiernae Atticae primus praefuit, congeruntur anni CXC (2). Tum a Cecrope ad primam olympiadem numerantur reges XVII et principes, quos mors finiebat, XII: sub quibus fabulosa portenta inter Graecos celebrantur. Hinc Graeci Atticorum reges digerere incipiunt: vetustiorum enim certas rationes non tenent. Eodem modo Castor quoque in sua historia haec breviter attingit.

» λεχθέντος καὶ Νιόβης, καὶ τὰ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ». Γίνεται δὲ Ὤγυγος κατὰ Μέσσαππον ἔννατον Σικυῶνος βασιλέα καὶ κατὰ Βήλοχον Ἀσσυρίων ὄγδοον βασιλέα. Μετὰ δὲ Ὤγυγον διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ πολλὴν φθοράν φασιν ἀβασίλευτον διαμεῖναι τὴν νῦν Ἀττικὴν, μέχρι Κέκροπος, ἔτη ϙϛ′.

2. Ταῦτα δὲ διαριθμεῖται τὰ ἔτη καὶ ἀπὸ τῆς Ἀργείων βασιλείας πρὸ Ὠγύγου ἀρξαμένης. Ἀπὸ δὲ τῶν τελευταίων Φορωνέως Ἀργείων βασιλέως (3), καθ᾽ ὃν μνημονεύεται ὁ ἐπὶ Ὠγύγου κατακλυσμὸς, ἐπὶ Φόρβαντα, ἐφ᾽ οὗ τῆς Ἀττικῆς πρῶτος ἐβασίλευσε Κέκροψ ὁ διφυὴς, συνάγεται ἔτη ρ′ (4). Ἀπὸ δὲ Κέκροπος ἐπὶ τὴν πρώτην ὀλυμπιάδα καταριθμοῦνται βασιλεῖς μὲν ἑπτακαίδεκα, ἄρχοντες δὲ διὰ βίου δώδεκα, ἐφ᾽ ὧν λέγεται γεγονέναι τὰ ἐν Ἕλλησι θαυμάσια μυθολογούμενα. Οἱ δ᾽ οὖν μετὰ τὸν Ὤγυγον καὶ τὸν κατακλυσμὸν Ἀθηναίων βασιλεῖς εἰσὶν οἵδε. *Ab Excerptis Scaligeri non sine varietate p. 24-27.*

(1) Codex arm. heic mendose *centum et novem.*

(2) Nimirum Apidis anni sunt XXXV, Argi LXX, Criasi LIV, Phorbantis XXXI (hoc enim Phorbantis anno regnum a Cecrope initum dicitur in posteriore Eusebii libro); summa annorum CXC.

(3) Ita lego pro *βασίλειον.*

(4) Dic ρϛ′.

CAPVT XXIX.

Castoris de Athenarum regno.

Athenarvm quoque reges ex ordine exponemus ducto initio a Cecrope cognomento Diphye; atque in Thymoeten desinemus. Regum quidem, qui Erechthidae dicti sunt, tempora annis constant CCCCL. Deinde regnum delapsum est ad Melanthum Andropompi pyliensem, atque ad eius filium Codrum, quorum amborum dominatio annos occupat LII (1). Sublato regno proxime consecuti sunt principes quos mors finiebat. Horum initium est a Medonte Codri, finis in Alcmaeone Aeschyli: tempora autem annorum CCIX. Deinde qui decennalem potestatem gerebant secuti sunt VII: hique annis LXX viguerunt. Tandem annui magistratus a Creonte orsi in Theophimum desiverunt, sub quo penitus terrae nostrae rebus et facinoribus finis est impositus. Haec Castor. Nos autem singulorum regum catalogum persequamur.

CAPVT XXX.

Athenarum reges.

(*) 1. Primvs Cecrops diphyes annis L (2), sub quo Prometheus, Epimetheus et Atlas. Is quidem regnat Athenis aequalis Triopae regis septimi Argivorum nec non Marathonii qui decimo tertio loco Sicyone dominatus est. Sub eodem Moses quoque apud Hebraeos cognoscebatur quod opportune deinceps demonstrabimus (3). Sub eodem item, nempe deucalionaea aetate, Thessalia diluvio obruta traditur: tum sub Phaëthonte Aethiopia ardentis iguis furore correpta est.

(*) 1. Πρῶτος Κέκροψ ὁ διφυὴς κατὰ Μαραθώνιον βασιλεύσας, ὃς ἦρξε Σικυῶνος τρισκαιδέκατος ἔτη ν'. Κατὰ δὲ τοῦτον καὶ Μωϋσῆς παρ' Ἑβραίοις ἐγνωρίζετο, ὡς κατὰ καιρὸν ἐπιδείξομεν, ἐφ' οὗ ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸς ἐν Θεσσαλίᾳ, ἦτε ἐπὶ Φαέθοντος ἐκπύρωσις ἐν Αἰθιοπίᾳ.

(1) Castoris hic locus recurrit in posteriore libro ad annum DCCCLXXXIX non sine varietate. Conferendus etiam Syncellus p. 178. B.

(2) Exemplar nostrum arm. heic ν; sed ι bis in posteriore libro.

(3) In posterioris libri prooemio. Iam ob hanc de Mosis sequiore aetate sententiam sexcenties vapulat apud Syncellum Eusebius.

Secundus Cranaus (1) indigena annis IX.

Tertius Amphictyon Deucalionis filius, Cranai gener, sub quo Danaidum res narrantur, annis IX.

Quartus Erichthonius Vulcani, qui ab Homero (2) Erechtheus appellatur, annis L. Sub hoc idaei Dactyli (3).

Quintus Pandion Erichthonii annis XL, sub quo raptus Proserpinae atque Triptolemus.

Sextus Erechtheus Pandionis annis L, sub quo res Persei.

Septimus Cecrops (4) frater Erechthei annis XL (5), sub quo res Bacchi.

Octavus Pandion Erechthei annis XXV. Hic fuga arrepta Megaris regnavit. Sub eodem Europa et Cadmus et quae de Spartis (6) narrantur.

Nonus Aegeus Pandionis annis XLVIII, sub quo Argonautae (rei superfluae studiosi (7)) et Centauri (8). Hercules item sua certamina peragebat.

Decimus Theseus Aegei annis XXX, sub quo Minos legislator cognoscebatur.

Δεύτερος Κραναὸς αὐτόχθων ἔτη θ'.

Τρίτος Ἀμφικτύων Δευκαλίωνος ἔτη ι'.

Τέταρτος Ἐριχθόνιος Ἡφαίστου, ὁ πάρ' Ὁμήρῳ Ἐρεχθεὺς, ἐφ' οὗ Ἰδαῖοι Δάκτυλοι, ἔτη ν'.

Πέμπτος Πανδίων Ἐριχθονίου, ἐφ' οὗ Κόρης ἁρπαγὴ καὶ τὰ περὶ Τριπτόλεμον, ἔτη μ'.

Ἕκτος Ἐρεχθεὺς Πανδίονος, ἐφ' οὗ τὰ περὶ Περσέα, ἔτη ν'.

Ἕβδομος Κέκροψ ἀδελφὸς Ἐρεχθέως, ἐφ' οὗ τὰ περὶ Διόνυσον, ἔτη μ'.

Ὄγδοος Πανδίων Ἐρεχθέως ἔτη κε', ὃς φεύγων ἐν Μεγάροις ἐβασίλευσεν· ἐφ' οὗ Εὐρώπη, Κάδμος, καὶ τὰ περὶ Σπάρτους.

Ἔννατος Αἰγεὺς Πανδίονος ἔτη μη', ἐν ᾧ τὰ περὶ τοὺς Ἀργοναύτας καὶ Κενταύρους, Ἡρακλῆς τε τοὺς ἄθλους ἐτέλει.

Δέκατος Θησεὺς Αἰγέως ἔτη λ', ἐφ' οὗ Μίνως ἐνομοθέτει.

---

(1) Codex arm. *Craunus.*

(2) *Iliad* II. 547. *Odyss.* VII. 81.

(3) Dactyli idaei traduntur ferri inventores ab Hesiodo apud Plinium VII. sect. 57. Clementem alex. *Strom.* I. 16. p. 362 ne aliorum testimonia frustra invocem.

(4) Alterum hunc Cecropem memorat etiam Clemens alex. *Strom.* I. 21. p. 381.

(5) Exemplar nostrum arm. *XX*; sed sunt XL bis in posteriore Eusebii libro, et heic graece, et apud Syncellum p. 161. A.

(6) De Spartis lege posteriorem librum in Pandionis temporibus.

(7) Graece tantum *Argonautae;* reliquis verbis etymologiam eius nominis rimari videtur armenius interpres vel potius scriba ex *ἀργὸν otiosum* et fortasse *αὐτίω*.

(8) Interpres arm. utitur voce *IVSOHARARIOH*, de qua locuti sumus p. 6. n. 4.

Undecimus Menestheus Petei, qui Ornei, qui Erechthei, annis XXIII, sub quo Ilium captum est.

Duodecimus Demophoon Thesei annis XXXIII, sub quo res Ulyxis et Orestis, itemque Aeneas Anchisae regnat Lavinii.

Decimus tertius Oxyntes Demophoontis annis XII, sub quo Amazones fanum Ephesi inflammaverunt.

Decimus quartus Aphidas Oxyntae anno I.

Decimus quintus Thymoetes frater Aphidantis annis VIII.

Decimus sextus Melanthus Andropompi pyliensis annis XXXVII, sub quo Heraclidae descenderunt, et Peloponnesus subacta est.

Decimus septimus Codrus Melanthi annis XXI, sub quo Iones amissa Achaia Athenas confugerunt.

2. ATHENARVM PRINCIPES QUOAD VIVERENT.

Decimus octavus Medon Codri dominatus est annis IX (1).

Decimus nonus Acastus Medontis annis XXXVI, cuius aetate migratio ionica fuit, in qua Homerum quoque fuisse traditum est. Eodem tempore Solomon item templum Hierosolymis condebat, quod ubi res feret demonstrabimus.

Ἑνδέκατος Μενεσθεὺς Πετεῶ τοῦ Ὀρνέως (2) τοῦ Ερεχθέως, ἐφ' οὗ Ἴλιον ἑάλω, ἔτη κγ'.

Δωδέκατος Δημοφῶν Θησέως ἔτη λγ', ἐφ' οὗ τὰ περὶ Ὀδυσσέα, καὶ Ὀρέστην· καὶ Αἰνείας ἐβασίλευσε Λαβινίου.

Τρισκαιδέκατος Ὀξύντης Δημοφῶντος ἔτη ιβ', ἐφ' οὗ τὸν ἐν Ἐφέσῳ ναὸν ἐνέπρησαν Ἀμαζόνες.

Τεσσαρεσκαιδέκατος Ἀφείδας Ὀξύντου ἔτη α'.

Πεντεκαιδέκατος Θυμοίτης Ἀφείδαντος ἀδελφὸς ἔτη η'.

Ἑκκαιδέκατος Μέλανθος Ἀνδροπόμπου πύλιος ἔτη λζ'· ἐφ' οὗ Ἡρακλειδῶν κάθοδος, καὶ κράτησις Πελοποννήσου.

Ἑπτακαιδέκατος Κόδρος Μελάνθου ἔτη κα', ἐφ' οὗ Ἴωνες ἐξ Ἀχαΐας ἐκπεσόντες εἰς Ἀθήνας κατέφυγον.

2. Ὀκτωκαιδέκατος Κόδρου Μέδων ἔτη η'.

Ἐννεακαιδέκατος Ἄκαστος Μέδοντος ἔτη λϛ'· ἐφ' οὗ Ἰώνων ἀποικία, ἐν εἷς Ὅμηρον ἱστοροῦσι. Κατὰ τοῦτον παρ' Ἑβραίοις Σολομῶν τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδόμει ναὸν, ὡς κατὰ καιρὸν ἐπιδείξομεν.

(1) Graece VIII. Verum in margine codicis arm. XX, uti apud Syncellum p. 178. C. Et quidem in posteriore Eusebii libro bis occurrit XX, in tabulis nempe et in canone.

(2) Vocem τοῦ Ὀρνέως restituimus graeco textui scaligeriano ex Syncello p. 172. D. et ex armeniaca interpretatione.

Vigesimus Archippus Acasti annis XIX.

Vigesimus primus Thersippus Archippi annis XLI.

Vigesimus secundus Phorbas Thersippi annis XXX.

Vigesimus tertius Megacles Phorbantis annis XXX.

Vigesimus quartus Diognetus Megaclis annis XXVIII. Lycurgus cognoscebatur.

Vigesimus quintus Pherecles Diogneti annis XIX.

Vigesimus sextus Ariphron Phereclis annis XX, cuius aetate imperium Assyriorum occiso Sardanapallo finitum est (1).

Vigesimus septimus Thespieus Ariphronis annis VII (2), cuius aetate iura scribebat Lacedaemoniis Lycurgus.

Vigesimus octavus Agamestor Thespiei annis XVII.

Vigesimus nonus Aeschylus Agamestoris annis XXIII, cuius anno duodecimo prima olympias instituta est, qua vicit stadium Choroebus eleus. Summa *temporum* Atheniensium ad primam olympiadem a Cecrope cognomento diphye anni sunt DCCLXXX, ab Ogygo anni CMLXX (3). Atque hinc olympiades notandis temporibus observandae sunt.

Εἰκοστὸς Ἄρχιππος Ἀκάστου ἔτη ιθ'.

Εἰκοστὸς πρῶτος Θέρσιππος Ἀρχίππου ἔτη μα'.

Εἰκοστὸς δεύτερος Φόρβας Θερσίππου ἔτη ....

Εἰκοστὸς τρίτος Μεγακλῆς Φόρβαντος ἔτη ....

Εἰκοστὸς τέταρτος Διόγνητος Μεγακλέους ἔτη .... ἐφ' οὗ Λυκοῦργος ἐγνωρίζετο.

Εἰκοστὸς πέμπτος Φερεκλῆς Διογνήτου ἔτη ιθ'.

Εἰκοστὸς ἕκτος Ἀρίφρων Φερεκλέους ἔτη κ', ἐφ' οὗ ἡ Ἀσσυρίων ἀρχὴ κατελύθη, καὶ Σαρδανάπαλος ἀνῃρέθη.

Εἰκοστὸς ἕβδομος Θεσπιεὺς Ἀρίφρονος ἔτη κζ', ἐφ' οὗ Λυκοῦργος ἐνομοθέτει Λακεδαιμονίοις.

Εἰκοστὸς ὄγδοος Ἀγαμήστωρ Θεσπιέως ἔτη ιζ'.

Εἰκοστὸς ἔννατος Αἰσχύλος Ἀγαμήστορος ἔτη κγ', ἐφ' οὗ ἔτει δωδεκάτῳ πρώτη ὀλυμπιὰς ἤχθη, ἣν ἐνίκα Κόροιβος ἠλεῖος στάδιον. Ὁμοῦ συνάγεται ἐπὶ τὴν πρώτην ὀλυμπιάδα, ἀπὸ μὲν Κέκροπος τοῦ Διφυοῦς, ἔτη ψπ' (4), ἀπὸ δὲ Ὠγύγου ἔτη ϡό. Ἐντεῦθεν δὲ κατὰ τὰς ὀλυμπιάδας ἀριθμητέον τοὺς χρόνους.

---

(1) Cap. XV. 7. Sardanapallus dicitur extinctus imperante Athenis Thespieo Ariphronis. In posteriore tamen Eusebii libro utraque sententia refertur. Imperium Assyriorum deletum esse sub Ariphrone videbatur communis auctorum sententia Syncello p. 185. B.

(2) Graece XXVII. Ita bis in posteriore Eusebii libro, nec non apud Syncellum p. 195. C.

(3) Lege cap. XXVIII.

(4) Ita emendamus editionem scribendo ψπ' pro ψϡ.

Post Aeschylum imperat Athenis Alcmaeon annis II (1).
Post hunc visum est reipublicae decennales esse magistratus.
Charops annis X.
Aesimides annis X.
Clidicus annis X.
Hippomenes annis X.
Leocrates annis X.
Apsander annis X.
Erexias annis X.

3. Mox placuit annuos magistratus creare. Et primus quidem annuus princeps fuit Creon vigesima quarta olympiade. Deinde singuli uno anno dominati sunt, quorum nomina scribere tanti non est. Haec sunt tempora, quae in antiquitatibus atheniensibus recensentur, atque instar gravis historiae ac vetustate firmatae habentur. Quamquam revera tempus ante captum Ilium et quidquid in eo memorabile actum est quum diligenti historiae non esset traditum, id nos, prout licuit, e pluribus memoriis summatim congessimus. Rursus ne tempora quidem ab Ilio capto ad primam olympiadem certis monumentis consignata fuerunt.

Τριακοστὸς δὲ μετὰ Αἰσχύλον Ἀθηναίων βασιλεύει Ἀλκμαίων ἔτη ιβ.
Μετὰ τοῦτον ἔδοξεν εἶναι τὰς ἀρχὰς δεκαετεῖς.
Χάροψ ἔτη ί.
Αἰσιμήδης ἔτη ί.
Κλειδιχος ἔτη ί.
Ἱππομένης ἔτη ί.
Λεωκράτης ἔτη ί.
Ἄψανδρος ἔτη ί.
Ἐρυξίας ἔτη ί.

Ἔδοξεν αἱρεῖσθαι ἄρχοντα κατ' ἐνιαυτὸν. Καὶ πρῶτος ἡγήσατο ἐνιαύσιος ἄρχων Κρέων ἐπὶ τῆς εἰκοστῆς τετάρτης ὀλυμπιάδος. Μεθ' ὃν καὶ ἕκαστον ἔτος εἷς τις παρ' αὐτοῖς ἦρχεν, ὧν οὐκ ἀναγκαῖον νῦν τὰ ὀνόματα παρατίθεσθαι. Οὗτοι οἱ τῆς Ἀθηναίων ἀρχαιότητος ἐκ ἐπιτομῇ μνημονευόμενοι χρόνοι, καὶ ὧν ἐν ταῖς παλαιαῖς καὶ μᾶλλον ἀκριβεστέραις ἱστορίαις ἀναφέρονται. Τοὺς μὲν οὖν ἔμπροσθεν χρόνους τῆς Ἰλίου ἁλώσεως καὶ τὰς ἐν τούτοις πραχθείσας ἱστορίας οὐκ ἀκριβεῖς ἀναγραφὰς ἐχούσας, ὡς οἷοντε ἦν ἐκ τῶν διαφόρως μνημονευομένων ἐπετεμόμεθα. Τὰ δὲ ἀπὸ τῆς Ἰλίου ἁλώσεως μέχρι τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος οὐδ' αὐτὰ μὴν ἠξιώθη μνήμης ἐντελοῦς.

(1) Graece *XII*; sed *II* in posteriore libro bis, et apud Syncellum p. 211. C.

(*) Haec tamen Porphyrius primo suo philosophicae historiae *libro* paucis hisce verbis complectitur.

CAPVT XXXI.

Ex Porphyrii primo philosophicae historiae *libro*.

(†) A capto Ilio usque ad Heraclidarum in Peloponnesum descensum ait Apollodorus elapsos esse annos LXXX: tum a descensu ad Ioniam *urbibus* frequentatam (1) annos LX: exinde ad Lycurgum annos CLIX: summam autem temporis a capto Ilio ad primam olympiadem annorum esse CCCCVII (2).

Operae pretium mihi videor facturus, si olympiades etiam, quae a Graecis celebratae sunt, libro meo complectar.

(*) *Ὅμως δ' ὁ Πορφύριος ἐν τῷ πρώτῳ τῆς φιλοσόφου ἱστορίας, ὧδε πως ἐπιτέμνεται πρὸς λέξιν.*

Πορφυρίου.

(†) *Ἀπὸ τῆς ἁλώσεως Ἰλίου, ἐπὶ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, ἔτη π' φησὶν εἶναι ὁ Ἀπολλόδωρος ἀπὸ δὲ τῆς καθόδου, εἰς τὴν Ἰωνίας κτίσιν, ἔτη ς' (3), ἐντεῦθεν εἰς Λυκοῦργον ἔτη θ', καὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα· ἀπὸ δὲ Λυκούργου εἰς τὴν πρώτην ὀλυμπιάδα, ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν· τὰ δὲ πάντα ἀπὸ τῆς ἁλώσεως Ἰλίου, ἐπὶ τὴν πρώτην ὀλυμπιάδα, ἔτη ἑπτὰ καὶ υ'.* *Ab Excerptis Scaligeri p.* 27-28.

---

(1) Recole p. 132 n. 2 Codex arm. *usque ad aedificationem Ioniae.*

(2) Hunc annorum numerum prorsus tradiderat Eratosthenes, cuius locum iuvat heic exscribere ex Clemente alex. *Strom.* I. 21. p. 402. haec scribit: Ἐρατοσθένης τοὺς χρόνους ὧδε ἀναγράφει. Ἀπὸ μὲν Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ Ἡρακλειδῶν κάθοδον, ἔτη ὀγδοήκοντα ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὴν Ἰωνίας κτίσιν, ἔτη ἑξήκοντα· τὰ δὲ τούτοις ἑξῆς, ἐπὶ μὲν τὴν ἐπιτροπείαν τὴν Λυκούργου, ἔτη ἑκατὸν πεντηκονταεννέα, ἐπὶ δὲ προηγούμενον ἔτος τῶν πρώτων ὀλυμπίων ἔτη ἑκατὸν ὀκτὼ: *Eratosthenes sic tempora scribit: a Troia capta ad reditum Heraclidarum, anni sunt octoginta; hinc ad Ioniam incolis frequentatam, anni sexaginta; reliqua quae consecuta sunt tempora usque ad Lycurgi tutelam, anni sunt novem et quinquaginta supra centum, tum ad annum primae olympiadis primum, anni centum et octo.* Iam Censorini *de die nat.* cap. XXI locus, in quo Eratosthenes annos CCCCVII ab Inachi regno (nisi iste Inachus sicyonius est) ad primam olympiadem tradit, iamdiu a Criticis corruptus habetur.

(3) Hic et sequentes numeri graece plerique mendosi videntur.

CAPVT XXXII.

Graecorum olympiades.

Prima olympias qua vicit stadium Coroebus eleus. Hinc ratio temporum apud Graecos videtur certo posse constitui: nam antea quidem ex sua quisque sententia rem definiebat (1).

(*) De institutione agonis (quae est certantium exercitatio (2)).

1. De agone opus est disserere aliquantum, cuius instituti plus iusto nonnulli ampliant aetatem: adeo ut ante Herculem a quodam ex idaeis Dactylis conditum affirment. Exin ab Aëthlio id *celebratum* ob filios suos exercendos: a quo et ii, qui decertabant, nomen athletarum traxerunt (qui sunt acerrimi adversarii (3)). Deinde huius filium Epeum, deinde Endymionem, deinde Alexinum, deinde Oenomaum praefectos fuisse sacrorum: tum Pelopem, patris Iovis in honorem *ludos* fecisse. Ad extremum Herculem Alcmenae et Iovis filium: post quem alii aetates decem alii vero tres tantum exactas esse aiunt usque ad Iphitum, qui agonem instauravit.

(*) Περὶ τῆς θέσεως τοῦ ἀγῶνος τῶν ὀλυμπίων.

Ὀλίγα δὲ ἀναγκαῖον περὶ τοῦ ἀγῶνος εἰπεῖν, ὡς οἱ μὲν πορρωτάτω τοῖς χρόνοις τὴν θέσιν αὐτοῦ προάγοντες πρὸ Ἡρακλέους αὐτὸν τεθῆναί φασιν ὑπὸ ἑνὸς τῶν ἰδαίων Δακτύλων· εἶτα ὑπὸ Ἀεθλίου ἐπὶ διαπείρᾳ τῶν αὐτοῦ παίδων, ἀφ᾽ οὗ καὶ οἱ ἀγωνισταὶ ἀθληταὶ ἐκλήθησαν. Μεθ᾽ ὃν τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἐπειὸν εἶτα Ἐνδυμίωνα· ἑξῆς δὲ Ἀλεξῖνον· εἶτα Οἰνόμαον προστῆναι τῆς θυσίας· μεθ᾽ ὃν Πέλοπα εἰς τιμὴν τῷ πατρίῳ Διὶ ἀγαγεῖν· εἶτα Ἡρακλέα τὸν Ἀλκμήνης καὶ Διός, ἀφ᾽ οὗ γενεὰς δέκα τυγχάνειν, οἱ δὲ τὰς τελείας τρεῖς φασὶν, ἐπὶ Ἴφιτον τὸν ἀνανεωσάμενον τὸν ἀγῶνα.

---

(1) Audiendus Varro apud Censorinum cap. XXI. *Varro tria discrimina temporum esse tradit; primum ab hominum principio ad cataclysmum priorem, quod propter ignorantiam vocatur* ἄδηλον; *secundum a cataclysmo priore ad olympiadem primam, quod quia in eo multa fabulosa referuntur,* μυθικὸν *nominatur; tertium a prima olympiade ad nos, quod dicitur* ἱστορικὸν, *quia res in eo gestae veris historiis continentur.*

(2) Extrema haec verba videntur armeniaci interpretis glossa. Iam de olympiadibus cum multi e veteribus tum copiosissime omnium scripserat Phlegon adrianaei aevi auctor, cuius praecipuum ea de re opus (nam plura eodem super argumento ediderat) legit Photius cod. XCVII. Videndus quoque Suidas voc. Φλέγων. Fragmentum prooemii olympiadum Phlegontis typis iamdiu commendatum est.

(3) Haec est glossa arm. interpretis.

2. Hic enim patria eleus, Graeciaeque curandae praepositus, quum bella civitatum totâ Peloponneso sedare cuperet, misit oratores qui de urgentium bellorum compositione *oraculum* rogarent, atque hoc responsum a Deo relatum est ad Peloponnesios: Delubrum ingredimini, sacra ferte et omnino vatum iussis morem gerite, eleorum videlicet, qui patrios ritus curant. Item Eleis sic indictum: Vestram patriam liberate, bellis supersedete, commune foedus cum Graecis initote, ut cum annua celebritate gaudium annuum redeat (1). Huius rei gratia Iphitus foederata pace vacationem bellorum esse iussit, et suo quemque cibo tranquille vesci, vetitumque ab Hercule monuit, nequis vim alii inferret. Atque ita agonem dedicavit Iphitus cum Lycurgo lacedaemonio, quem ob stirpem herculeam cognatione attingebat. Nihil autem tum erat agon praeter quam stadium. Alia deinceps certamina ex intervallo accesserunt.

3. Verumtamen Aristodemus eleus refert, exacta vigesima et septima olympiade (postquam agon ab Iphito institutus fuerat)

2. Τοῦτον γὰρ ἠλεῖον ὄντα, καὶ προνοούμενον τῆς Ἑλλάδος, παῦσαι τε σπεύδοντα πολέμων τὰς πόλεις ἐκ πάσης Πελοποννήσου, στεῖλαι θεωροὺς τοὺς πευσομένους περὶ τῆς τῶν κατεχόντων πολέμων ἀπαλλαγῆς, χρησμόν τε λαβεῖν πυθικὸν τοῦτον·

Ὦ Πελοποννήσου νάεται παρὰ βωμὸν ἰόντες
Θύετε, καὶ πείθεσθε τά κεν μάντεις ἐνέπωσιν
Ἠλεῖοι πρόπολοι πατέρων νόμον ἰθύνοντες.

Τοῖς δὲ Ἠλείοις τάδε προαγορεῦσαι.

Τὴν αὐτῶν ῥύεσθε πάτραν, πολέμου δ' ἀπέχεσθε,
Κοινοδίκου φιλίης ἡγούμενοι Ἑλλήνεσσι,
Εὖτ' ἐνὶ τριόδοις ἔλθῃ φιλόφρων ἐνιαυτός.

Τούτου χάριν Ἴφιτος κατήγγειλε τὴν ἐκεχειρίαν, ἔτι ἡμέρῳ τροφῇ χρῆσθαι ὑπὸ Ἡρακλέους, καὶ χεῖρας ἀλλήλοις οὐκ ἐπέφερον (2). Τὸν δὲ ἀγῶνα τετέλεκε Ἴφιτος ἡρακλείδης σὺν Λυκούργῳ συγγενεῖ· ἑκάτεροι δὲ ἡρακλεῖδαι. Καὶ τότε μόνον ἦν σταδίου ὁ ἀγών· ὕστερον δὲ τὰ ἄλλα ἆθλα κατὰ μέρος προσετέθη.

3. Ἱστοροῦσι δὲ οἱ περὶ Ἀριστόδημον τὸν ἠλεῖον, ὡς ἀπὸ εἰκοστῆς καὶ ἑβδόμης ὀλυμπιάδος ἤρξαντο οἱ ἀθληταὶ ἀναγράφεσθαι, οἱ δηλαδὴ νικηφόροι (3)·

(1) Graeca carmina armeniacus interpres non stante metro vertit, et quidem non sine aliqua obscuritate. Neque locus mendis amanuensium caret.

(2) Dic ἐπιφέρειν.

(3) Videtur omnino scribendum οἱ ἀθληταί· καὶ οὐδεὶς ἀνεγράφετο νικηφόρος etc. quam scripturam partim suppeditat Syncellus.

coeptos esse scribi victores, quum antea ob veterum incuriam nemo fuisset litteris consignatus: donec vigesima octava (1) olympiade quum vicisset stadium Coroebus eleus, ipse primus in album relatus est: eamque primam olympiadem habitam esse, ex qua Graeci sua tempora supputant. Aristodemo suffragatur et Polybius. At Callimachus ait, XIII (2) olympiades post Iphitum non esse scripto commendatas, nempe usque ad quartam decimam quam vicit Coroebus. Multi vero affirmant, inter agonem, quem Hercules Alcmenae instituerit, primamque scriptam olympiadem interiectos esse annos CCCCXIX. Porro Elei (3) unoquoque quinquennio, nempe annis quatuor interpositis, agonem peragunt.

CAPVT XXXIII.

Graecorum olympiades a prima usque ad quadragesimam septimam supra ducentesimam, qua Romanis imperabat Antoninus Severi filius.

I. OLYMPIAS qua vicit Coroebus eleus stadium. Solius enim stadii usus fuit usque ad tertiam decimam *exactam* olympiadem.

II. Antimachus eleus stadium.

Remus et Romulus nascuntur.

πρὸ τοῦ γὰρ οὐδεὶς ἀνεγράφη, ἀμελησάντων τῶν προτέρων. Τῇ δὲ εἰκοστῇ ὀγδόῃ τὸ στάδιον νικῶν Κόροιβος ἠλεῖος ἀνεγράφη (3) πρῶτος. Καὶ ἡ ὀλυμπιὰς αὕτη πρώτη ἐτάχθη, ἀφ' ἧς Ἕλληνες ἀριθμοῦσι τοὺς χρόνους. Τὰ δὲ αὐτὰ τῷ Ἀριστοδήμῳ καὶ Πολύβιος ἱστορεῖ. Καλλίμαχος δὲ δεκατρεῖς ὀλυμπιάδας ἀπὸ Ἰφίτου παρεῖσθαί φησι μὲν ἀναγραφείσας, τῆς δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτης Κόροιβον νικᾷν. Πολλοὶ δὲ λέγουσιν, ἀπὸ τῆς ὑπὸ Ἡρακλέους τοῦ Ἀλκμήνης τοῦ ἀγῶνος θέσεως ἐπὶ τὴν πρώτην ἀριθμουμένην ὀλυμπιάδα, γενέσθαι ἔτη υνθ'. Ἄγουσι δὲ ἠλεῖοι πενταετηρικὸν τὸν ἀγῶνα, τεσσάρων ἐτῶν μεταξὺ συντελουμένων. Ex Syncello p. 195-196. et e Scaligeri excerptis p. 39.

Ἑλλήνων ὀλυμπιάδες ἀπὸ τῆς πρώτης ἐπὶ τὴν σμζ', καθ' ἣν Ῥωμαίων ἐβασίλευσεν Ἀντωνῖνος υἱὸς Σεβήρου.

Πρώτη ὀλυμπιὰς, ἣν ἐνίκα Κόροιβος ἠλεῖος στάδιον. Τοῦτο γὰρ ἠγωνίζοντο μόνον ἐπὶ ὀλυμπιακῶν ἀγώνων.

Δευτέρα. Ἀντίμαχος ἠλεῖος στάδιον.

Ῥῶμος καὶ Ῥωμύλος ἐγεννήθησαν.

---

(1) Vocabulum *octava* abest a codice arm.

(2) Ita in margine codicis arm. et graece. At in textu mendose *LIII*.

(3) Codex arm. *Heraclidae* pro *Elei*.

III. Androclus messenius stadium.
IV. Polychares messenius stadium.
V. Aeschides (1) eleus stadium.
VI. Oebotas dymaeus stadium.
VII. Darcles messenius stadium.
Romulus Romam condit.
VIII. Anticles messenius stadium.
IX. Xenocles messenius stadium.
X. Dotades messenius stadium.
XI. Leochares messenius stadium.
XII. Oxythemis coronaeus stadium.
XIII. Diocles corinthius stadium.
XIV. Desmon corinthius stadium. Additus est recursus, quem vicit Hypenus eleus (2).
XV. Orsippus megarensis stadium. Additus est dolichus (3): nudi currebant, vincebatque Acanthus laco.
XVI. Pythagoras laco stadium.

Τρίτη. Ἄνδροκλος μεσσήνιος στάδιον.
Τετάρτη. Πολυχάρης μεσσήνιος στάδιον.
Πέμπτη. Αἰσχίνης ἠλεῖος στάδιον.
Ἕκτη. Οἰβώλας δυμαῖος στάδιον.
Ἑβδόμη. Διοκλῆς μεσσήνιος στάδιον.
Ῥωμύλος Ῥώμην ἔκτισε.
Ὀγδόη. Ἀντικλῆς μεσσήνιος στάδιον.
Ἐννάτη. Ξενοκλῆς μεσσήνιος στάδιον.
Δεκάτη. Δωτάδης μεσσήνιος στάδιον.
Ἑνδεκάτη. Λεωχάρης μεσσήνιος στάδιον.
Δωδεκάτη. Ὀξύθεμις κορωναῖος στάδιον.
Τρισκαιδεκάτη. Διοκλῆς κορίνθιος στάδιον.
Τεσσαρεσκαιδεκάτη. Δέσμων κορίνθιος στάδιον. Προσετέθη καὶ δίαυλον καὶ ἐνίκα Ὑπήνιος ἠλεῖος.
Πεντεκαιδεκάτη. Ὄρσιππος μεγαρεὺς στάδιον. Προσετέθη δολιχὸς· καὶ γυμνοὶ ἔδραμον· ἐνίκα Ἄκανθος λάκων.
Ἑκκαιδεκάτη. Πυθαγόρας λάκων στάδιον.

---

(1) Graece *Aeschines*. Eiusmodi multas in olympionicarum nominibus varietates per se ipse lector deinceps notabit.

(2) Cod. arm. *Clius*.

(3) *Dolichus* erat plurium stadiorum curriculum.

XVII. Polus epidaurius stadium.

XVIII. Tullus (1) sicyonius stadium. Addita est lucta, vicitque Eurybatus (2) laco. Additum etiam quinquertium, vicitque Lampis laco.

XIX. Menus megarensis stadium.

XX. Atheradas laco stadium.

XXI. Pantacles atheniensis stadium.

XXII. Idem iterum stadium.

XXIII. Icarius hyperesius stadium. Additus est pugilatus, vicitque Onomastus smyrnaeus qui et eiusdem pugilatus leges tulit.

XXIV Cleoptolemus (3) laco stadium.

XXV. Thalpis laco stadium. Addita est quadriga, vicitque Paoron (4) thebanus.

XXVI. Callisthenes laco stadium. Philimbrotus laco quinquertium tribus olympiadibus vicit. Carnia primum Lacedaemone instituta sunt, quod est citharoedorum certamen.

XXVII. Eurybus atheniensis stadium.

Ἑπτακαιδεκάτη. Πῶλος ἐπιδαύριος στάδιον.

Ὀκτωκαιδεκάτη. Τέλλις σικυώνιος στάδιον. Προσετέθη πάλη, καὶ ἐνίκα Εὐρύβατος λάκων. Προσετέθη καὶ πένταθλος, καὶ ἐνίκα Λαμπίας λάκων.

Ἐννεακαιδεκάτη. Μένος μεγαρεὺς στάδιον.

Εἰκοστὴ. Ἀθηράδας λάκων στάδιον.

Εἰκοστὴ πρώτη. Πανταχλῆς ἀθηναῖος στάδιον.

Εἰκοστὴ δευτέρα. Ὁ αὐτὸς τὸ δεύτερον.

Εἰκοστὴ τρίτη. Ἰκάριος ὑπηριεσσιεὺς στάδιον. Προσετέθη πυγμὴ, καὶ Ὀνόμαστος σμυρναῖος ἐνίκα, ὁ καὶ τῇ πυγμῇ νόμους θέμενος.

Εἰκοστὴ τετάρτη. Κλεοπτόλεμος λάκων στάδιον.

Εἰκοστὴ πέμπτη. Θάλπιος λάκων στάδιον· προσετέθη τέθριππον, καὶ ἐνίκα Πάτων θεβαῖος.

Εἰκοστὴ ἕκτη. Καλλισθένης λάκων στάδιον· Φιλόμβροτος δὲ λάκων πένταθλον τρισὶν ὀλυμπιάσιν ἐνίκησε. Κάρνεια ἐτέθη πρῶτον ἐν Λακεδαίμονι κιθαρωδῶν ἀγών.

Εἰκοστὴ ἑβδόμη. Εὔρυβος ἀθηναῖος στάδιον.

---

(1) Graece *Tellis*.
(2) Codex arm. *Ibaton*.
(3) Codex arm. *Cleoptilemus*.
(4) Graece *Paton*.

XXVIII. Charmis laco stadium qui aridis tantum ficubus utebatur. Hanc primo *olympiadem* egerunt Pisaei, eo quod Elei bello occidentali (1) distinerentur.

XXIX. Chionis laco stadium. Huius unus saltus cubitorum XXII (2) erat.

XXX. Idem secundo. Ab Eleis defecerunt Pisaei, atque hanc et consequentes XXII egerunt.

XXXI. Chionis laco tertio (3) stadium.

XXXII. Cratinus megarensis stadium: quo tempore etiam Comaeus pugilatu certans tres fratres (4) vicit.

XXXIII. Gilis laco stadium. Additum est pancration, vicitque Lygdamis (5) syracusanus magno corpore praeditus qui stadium pedibus suis metitus est, idque passuum (6) tantummodo sexcentorum esse voluit. Additus est etiam celes, vicitque Craxilas thessalus.

XXXIV. Stomus atheniensis stadium.

XXXV. Sphaeron laco stadium; recursum autem Cylon atheniensis, is qui tyrannidem affectavit (7).

Εἰκοστὴ ὀγδόη. Χάρμις λάκων στάδιον, ὃς σύκοις ξηροῖς ἤσκει. Ταύτην ἦξαν Πισαῖοι, Ἠλείων ἀσχολουμένων, διὰ τὸν πρὸς Δυμαίους πόλεμον.

Εἰκοστὴ ἐννάτη. Χίονις λάκων στάδιον· οὗ τὸ ἅλμα ποδῶν ἦν νβ.

Τριακοστή. Ὁ αὐτος τὸ δεύτερον. Πισαῖοι Ἠλείων ἀποστάντες ταύτην τε ἦξαν, καὶ τὰς ἑξῆς κβ.

Τριακοστὴ πρώτη. Χίονις λάκων τὸ τρίτον στάδιον.

Τριακοστὴ δευτέρα. Κρατῖνος μεγαρεὺς στάδιον· ὅτε καὶ Κομαῖος τρίτος ἀδελφῶν ἀγωνισάμενος ἐνίκα.

Τριακοστὴ τρίτη. Γύγις λάκων στάδιον. Προσετέθη παγκράτιον, καὶ ἐνίκα Λύγδαμις συρακούσιος ὑπερμεγέθης, ὃς στάδιον ἐξεμέτρησε τοῖς ἑαυτοῦ ποσὶ, μόνας ἑξακοσίους παραθέσεις ποιησάμενος. Προσετέθη καὶ . . . καὶ ἐνίκα Πραξίλλας θεσσαλός.

Τριακοστὴ τετάρτη. Στόμας ἀθηναῖος στάδιον.

Τριακοστὴ πέμπτη. Σφαῖρος λάκων στάδιον· καὶ δίαυλον Κύλων ὁ ἀθηναῖος ὁ ἐπιθέμενος τυραννίδι.

(1) Interpres arm. legit, ut putamus, *πρὸς δυσμικοὺς*, vel similitudine vocabulorum deceptus est. Sane dicendum est *bello adversus Dymaeos*. Fuit autem *Dyme* urbs Achaiae in limitibus Elidis.

(2) Graece *LII* quae mendosa lectio est.

(3) Codex arm. *iterum*.

(4) Graece *tertius fratrum*.

(5) Codex arm. *Iggemis*.

(6) Ita loquitur armenius interpres. Ceterum Censorinus cap. XIII olympicum stadium dicit *pedum* DC.

(7) Rem narrant Thucydides I. 126, et Herodotus V. 71.

XXXVI. Phrynon atheniensis qui in Co insula (1) singulari certamine interemptus est.

XXXVII. Euryclidas laco stadium. Additum est puerorum stadium, vicitque Polynices eleus. Addita lucta puerorum, vicitque Hypposthenes laco, qui, una intermissa, quinque continentibus olympiadibus luctam virilem vicit.

XXXVIII. Olyntheus laco stadium. Additum est puerorum quinquertium: tunc autem in agone tantum exercebantur. Vicit Deutilidas laco.

XXXIX. Ripsolavus laco stadium.

XL. Olyntheus laco iterum.

XLI. Cleondas thebanus stadium. Additus est puerorum pugilatus, vicitque Philotas sybaritanus.

XLII. Lycotas laco stadium.

XLIII. Cleon epidaurius stadium.

XLIV. Gelon laco stadium.

XLV. Anticrates epidaurius stadium.

XLVI. Chrysomachus laco stadium. Polymestor (2) milesius puerorum stadium. Hic in pascuis degens lepores cursu adsequebatur.

Τριακοστὴ ἕκτη. Φρύνων ἀθηναῖος, ὃς Πιττακῷ μονομαχῶν ἀνῃρέθη.

Τριακοστὴ ἑβδόμη. Εὐρυκλείδας λάκων στάδιον· Προσετέθη στάδιον παίδων, καὶ ἐνίκα Πολυνείκης ἠλεῖος. Προσετέθη καὶ παίδων πάλη, καὶ ἐνίκα Ἱπποσθένης λάκων, ὃς διαλιπὼν μίαν τὰς ἑξῆς πέντε ὀλυμπιάδας ἀνδρῶν πάλην ἐνίκησε.

Τριακοστὴ ὀγδόη. Ὀλυνθεὺς λάκων στάδιον. Προσετέθη παίδων πένταθλος, καὶ ἠγωνίσαντο τότε μόνον. Ἐνίκα Δευτελίδας λάκων.

Τριακοστὴ ἐννάτη. Ῥίψολκος λάκων στάδιον.

Τεσσαρακοστή. Ὀλυνθεὺς λάκων τὸ δεύτερον στάδιον.

Τεσσαρακοστὴ πρώτη. Κλεώνδας θηβαῖος στάδιον. Προσετέθη παίδων πυγμὴ, καὶ ἐνίκα Φιλώτας συβαρίτης.

Τεσσαρακοστὴ δευτέρα. Λυκώτας λάκων στάδιον.

Τεσσαρακοστὴ τρίτη. Κλέων ἐπιδαύριος στάδιον.

Τεσσαρακοστὴ τετάρτη. Γέλων λάκων στάδιον.

Τεσσαρακοστὴ πέμπτη. Ἀντικράτης ἐπιδαύριος στάδιον.

Τεσσαρακοστὴ ἕκτη. Χρυσάμαξος λάκων στάδιον, καὶ Πολυμνήστωρ μιλήσιος παίδων στάδιον, ὃς αἰπολῶν λαγὼν κατέλαβε.

---

2. Aridaeum Olympias (5) occidit mater Alexandri: hanc autem, quae Macedonibus imperabat, nec non utrumque Alexandri filium sustulit Casander Antipatri: et alterum quidem ipse per se confecit, alterum vero, qui erat e Marsine (6), a Polysperchonte occidendum curavit: Olympiadem vero insepultam proiecit, seque in Macedoniae regno magnopere confirmavit. Ex eo tempore ceteri quoque praefecti, sublato iam Alexandri genere, regna sibi adseruerunt. *Casander* uxorem sibi copulavit Thessalonicam Philippi: exegitque regnans annos XIX, donec tabido morbo consumptus obiit. Huius tempora protenduntur (computato illo item anno quo post Aridaeum Olympias regnavit) ab olympiadis sextae decimae supra centesimam anno primo usque ad olympiadis centesimae et vigesimae annum tertium.

Ἀλέξανδρον, καίπερ ἐξ ἑταίρας γεγονότα, ἢ ἄφρονα συνειδότες εἶναι, διαδέχεται τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ ἔφαμεν, ὀλυμπιάδος τῆς ριδ΄ ἔτει δευτέρῳ. Λογίζεται δὲ αὐτῷ ἔτη ζ΄· ἐπέζησε γὰρ ἄχρι ἑκατοστῆς πεντεκαιδεκάτης ὀλυμπιάδος ἔτους τετάρτου. Κατέλιπε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος παῖδας, Ἡρακλέα τε ἐκ Μαρσίνης τῆς Φαρναβάζου, Ἀλέξανδρόν τε ἐκ Ῥωξάνης τῆς Ὀξυάρτου τοῦ Βάκτρων βασιλέως.

2. *Ἀριδαῖον μὲν οὖν Ὀλυμπιὰς ἔκτεινεν ἡ μήτηρ Ἀλεξάνδρου. Αὐτὴν δὲ, καὶ τοὺς δύο παῖδας Ἀλεξάνδρου Κάσσανδρος ὁ Ἀντιπάτρου ἀναιρεῖ, τὸν μὲν αὐτὸς φονεύσας, τὸν δὲ Μαρσίνης Πολυσπέρχοντα πείσας, Ὀλυμπιάδα δὲ καὶ ἄταφον ἐκρίψας ἀνεῖπεν ἑαυτὸν Μακεδόνων βασιλέα. Καὶ ἀπὸ τοῦδε καὶ τῶν ἄλλων σατραπῶν ἕκαστος ἐβασίλευσε, τῆς Ἀλεξάνδρου γενεᾶς διεφθαρμένης. Γήμας δὲ Θεσσαλονίκην τὴν Φιλίππου, βασιλεύων ἐπεβίω ἔτη ιθ΄, καὶ φθινάδι νόσῳ ἐπιπόνῳ διελύθη.*

(1) Interpres arm. legisse videtur **ἑτέρας** pro **ἑταίρας**.

(2) Codex arm. heic *octo*, sed deinde *septem*.

(3) In textu *Pharsine*, at in margine codicis *Marsine* uti graece est. Vulgo dicitur *Barsine*.

(4) Codex arm. *prope obitum Alexandri* etc.

(5) Scriptura, vel potius interpunctio, exemplaris nostri armeniaci, perturbata heic erat, relicta etiam brevi lacuna.

(6) Codex arm. *Pharsine*.

3. Huic succedunt liberi sui Philippus, Alexander atque Antipater, qui annis tribus mensibusque sex post parentem regnaverunt. Et primus quidem Philippus, qui Elatiae mortem cum vita commutavit. Tum Antipater faventem Alexandro puero Thessalonicam matrem suam interemit, confugitque ad Lysimachum, a quo etsi unam e filiabus in matrimonium acceperat, nihilominus pari neci traditus est (1). Alexander autem uxore ducta Lysandra Ptolemaei, coorto sibi bello cum minore fratre Ptolemaeo (2), auxiliatorem invocavit Demetrium Antigoni (3), cognomento obsessorem, a quo etiam occisus est: regnavitque apud Macedones Demetrius. Igitur anni, quibus a Casandri liberis regnatum est, numerantur ab olympiadis centesimae et vigesimae quarto anno usque ad centesimae et vigesimae primae tertium.

4. Iam Demetrius postquam regnasset annis sex a centesimae et vigesimae primae olympiadis anno quarto, usque ad olympiadis centesimae et vigesimae tertiae annum primum, Pyrrhi Epirotarum regis viribus deiectus est. Regnabat hic vigesimus tertius post Achillem Thetidis filium, censebatque a Philippi genere ad se imperium *Macedoniae* recidere, propter Olympiadem Alexandri matrem, Pyrrhi amitam, filiam Neoptolemi. Is septem mensibus Macedonia potitus est centesimae et vigesimae tertiae olympiadis anno secundo: octavo

3. Τοῦτον διαδέχονται οἱ παῖδες, Φίλιππος, καὶ Ἀντίπατρος, οἵτινες ἔτη τρία, καὶ μῆνας ϛʹ ἐβασίλευσαν μετὰ τὸν πατέρα· πρῶτος μὲν Φίλιππος, καὶ ἐν Ἐλατείᾳ ἀποθνήσκει. Ἀντίπατρος δὲ Ἀλεξάνδρῳ τῷ παιδὶ συμπράττουσαν ἀνελὼν τὴν μητέρα Θεσσαλονίκην εἰς Λυσίμαχον ἔφυγε, καὶ τῶν ἐκείνου θυγατέρων γήμας τινὰ ὁμοίως ἀνῃρέθη πρὸς αὐτοῦ Λυσιμάχου. Ἀλέξανδρος δὲ γαμεῖ μὲν Λυσάνδραν τὴν τοῦ Πτολεμαίου, πρός τε τὸν νεώτερον Πτολεμαῖον ἀδελφὸν εἰς συμμαχίαν ἐπικαλεῖται Δημήτριον τὸν Ἀντιγόνου, ὅτῳ πολιορκητὴς ἦν ἐπώνυμον, ἀναιρεῖταί τε ὑπ' αὐτοῦ. Καὶ Μακεδόσιν αὐτὸς ἄρχει Δημήτριος. Τῶν οὖν παίδων Κασσάνδρου τῆς ἀρχῆς ἔτη λογίζονται ἀπὸ τοῦ τετάρτου ἔτους τῆς ἑκατοστῆς [εἰκοστῆς ἄχρι] τοῦ τρίτου ἑκατοστῆς εἰκοστῆς πρώτης ὀλυμπιάδος.

4. Δημήτριον δὲ ἓξ ἔτη βασιλεύσαντα Μακεδονίας Πύῤῥος ἐκβάλλει τῆς Ἠπείρου βασιλεὺς, τρίτος καὶ εἰκοστὸς ἀπ' Ἀχιλλέως τοῦ Θέτιδος ὤν, ὡς ἂν αὐτῷ προσηκούσης τῆς ἀρχῆς μετὰ τὸ Φιλίππου γένος δι' Ὀλυμπιάδα τὴν Ἀλεξάνδρου μητέρα κἀκείνην ἐκ Πύῤῥου τοῦ Νεοπτολέμου γενομένην. Ἑπτὰ δὲ μῆνας ἄρχει

(1) Ita etiam Iustinus XVI. 2. Sed Pausanias IX. 7. Antipatrum caesum ab ipso Alexandro tradit. Diodorus *Ecl.* XXI. 7 a Demetrio.

(2) Hoc vocabulum *Ptolemaeo* scribitur in codicis margine.

(3) Codex arm. mendose *Antipatri*.

autem *mense* successit Lysimachus Agathoclis filius, ex Cranone thessalus, atque *olim* Alexandri satelles. Hic autem quum Thraciae et Chersonesi regno iam potiretur, proximae finitimaeque regionis macedonicae tyrannidem vi subita invasit (1). *Is et* Arsinoae uxoris instinctu Agathoclem filium suum vita exuit, regnavitque a centesimae et vigesimae tertiae olympiadis anni alterius mense quinto usque ad centesimae et vigesimae quartae olympiadis annum tertium: nempe annis quinque mensibusque sex, donec in Cori planitie proelio caesus est a Seleuco Asiae rege, cognomento Nicanore.

5. Sed enim ilico post eam victoriam Ptolemaeus e Lago et Eurydice filia Antipatri natus, cognomento Ceraunus (idest iracundia (2)) Seleucum, cuius beneficiis usus erat et ad quem extorris confugerat, de medio tollit (3) et Macedoniam sibi vindicat. Idem tamen in proelio adversus Gallos obit (4), postquam anno uno et mensibus quinque regnaverat. Eius ergo regnantis tempora a quarto anno centesimae et vigesimae quartae olympiadis pertinent usque ad mensem quintum anni primi centesimae et vigesimae quintae olympiadis.

6. Ptolemaeo successit frater eiusdem Meleager, cui tamen Macedones binis mensibus exactis potestatem, qua indignus visus est, abrogaverunt, adscito rege Antipatro nato ex Casandri fratre, filio nempe

Μακεδόνων· τῷ δὲ ὀγδόῳ τοῦτον Λυσίμαχος διαδέχεται ὁ Ἀγαθοκλέους Θετταλὸς ὢν ἐκ Κρανῶνος, καὶ Ἀλεξάνδρου γεγονὼς δορυφόρος, Θράκης δὲ τότε καὶ Χεῤῥονήσου βασιλεύων, εἰς γείτονα καὶ ὅμορον τὴν Μακεδονίαν ἐπιδραμὼν, διεδέξατο. Οὗτος Ἀρσινόῃ πεισθεὶς τῇ γυναικὶ, Ἀγαθοκλέα τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ ζῆν ἦρε· βασιλεύει δὲ Μακεδονίας ἔτη έ, καὶ μῆνας ϛ΄· ἡττᾶται δὲ ἐν τῇ περὶ Κόρου πεδίον μάχῃ τῇ πρὸς Σέλευκον τὸν τῆς Ἀσίας βασιλέα, ὅτῳ Νικάτωρ ἐπίκλησις ἦν, ὅτε καὶ τοῦ ζῆν ἀπαλλάττεται.

5. Εὐθὺς δ᾽ ἐπὶ τῇ νίκῃ Σέλευκον Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Λάγου καὶ Εὐρυδίκης παῖς τῆς Ἀντιπάτρου, ᾧ Κεραυνὸς ἐπίκλησις ἦν, εὐεργέτην τε ὄντα ἑαυτοῦ, καὶ ἐκ φυγῆς ὑποδεξάμενον ἀνελὼν, ἦρξεν αὐτὸς Μακεδόσιν· ὅσπερ Γαλάταις πολεμῶν ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας έ.

6. Τὸν δὲ Πτολεμαῖον Μελέαγρος ὁ ἀδελφὸς διεδέξατο· Μακεδόνες δ᾽ αὐτὸν τῆς ἀρχῆς εὐθὺς ἐκβάλλουσιν ἄρξαντα δύο μῆνας ὡς ἀνάξιον φανέντα· καὶ ἀντ᾽ αὐτοῦ ποιοῦνται βασιλέα Ἀντίπατρον ἀδελφιδοῦν μὲν ὄντα Κασσάνδρου,

(1) Ita graece se habet locus cum historia consentiens. Lege et cap. XL. 3. At armeniacus interpres ait heic: *quum neque Thraciae neque Chersonesi regno adhuc potiretur.*

(2) Dic potius *fulmen.*

(3) Lege Appianum *Syriac.* 62.

(4) Ita et Diodorus *Eccl.* XXII. 3. nec non Memnon apud Photium cod. CCXXIV. 15.

Philippi (1): neque enim alius e regia stirpe repertus est. Is rerum potitur diebus quadraginta, donec a Sosthene quodam pulsus est, quia ductando exercitui impar videretur; Brenno gallo adventante cum ingentibus copiis (2). Illum (3) Macedones Etesiam (4) vocitaverunt, quia nempe etesiae altero tanto temporis spatio flant. Iam Sosthenes Brennum quoque profligavit, rerumque summa duobus omnino annis administrata obiit.

7. Exin Macedonia rege carebat, propterea quod Antipater et Ptolemaeus et Aridaeus rerum curam gerebant, ita tamen ut nemo supremam potestatem obtineret: scilicet a Ptolemaeo (5) usque ad interregni finem, nempe a centesimae et vigesimae quartae olympiadis anno quarto usque ad sextam et vigesimam supra centesimam, hinc cognoscimus regnavisse Ptolemaeum iracundum anno uno cum mensibus quinque, Meleagrum mensibus duobus, Antipatrum quinque et quadraginta diebus, Sosthenem duobus annis, reliquum vero tempus interregno esse occupatum.

υἱὸν δὲ Φιλίππου, κατ' ἀπορίαν γένους βασιλικοῦ. Πέντε δ' αὐτὸν καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἄρχοντα Σωσθένης τὶς τῶν δημοτικῶν ἐξελαύνει ὡς ἀδύνατον στρατηγεῖν. Βρέννου τοῦ γαλάτου ἐπιόντος τοσούτου πολεμίου. Καὶ αὐτὸν οἱ Μακεδόνες Ἐτησίαν ἐκάλεσαν, ὅτι χρόνῳ τοσῷδε οἱ ἐτησίαι πνέουσι. Σωσθένης δὲ Βρέννον ἐξελάσας, καὶ ὅλων δύο ἐτῶν προστὰς τῶν πραγμάτων ἀποθνήσκει.

7. *Καὶ γίνεται ἀναρχία Μακεδόσι, διὰ τὸ τοὺς περὶ Ἀντίπατρον καὶ Πτολεμαῖον καὶ Ἀριδαῖον ἀντιποιεῖσθαι μὲν τῶν πραγμάτων, ὁλοσχερῶς δὲ μηδένα προστῆναι, ἀπὸ δὴ τοῦ Πτολεμαίου, ἐπὶ τὸ τέλος τῆς ἀναρχίας, τοῦτ' ἔστιν, ἀπὸ ρκδ' ὀλυμπιάδος ἔτους τετάρτου, ἄχρι τῶν ρκϛ', Πτολεμαίου μὲν τοῦ Κεραυνοῦ ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ε' ἄρξαντος, Μελεάγρου δὲ μῆνας β', Ἀντιπάτρου δὲ ἡμέρας με', Σωσθένους δὲ ἔτη β', καὶ τοῦ λοιποῦ χρόνου εἰς ἀναρχίαν λογισθέντος.*

---

(1) Hic Philippus Alexandro magno venenum propinasse fertur. Vide Iustinum XII. 14.

(2) Lege Diodorum *Ecl.* XXII. 13.

(3) *Antipatrum Philippi.*

(4) Interpres arm. *annuum vocitaverunt, quia altero tanto tempore ventus annuus flat.* Sed retinenda propria appellatio *etesia*. Iam de *etesiis* sic Hyginus *Astrom.* II. 4. *Aristaeus Apollinis et Cyrenes filius petit a parente etc. quem Deus iubet a Iove petere, ut quo tempore canicula exoriretur, dies quadraginta ventum daret, qui aestui caniculae mederetur. Quod iussum Aristaeus confecit, et ab Iove impetravit ut etesiae flarent: quas nonnulli etesias dixerunt, quod quotannis certo tempore exoriuntur: ἔτος enim graece, annus est latine.*

(5) Codex arm. *a Ptolemaeis.*

8. Quum autem Antipater reipublicae insidias moliretur, Antigonus natus e Demetrio obsessore Philaque Antipatri filia imperii cepit habenas. Huic Gonis thessalis educato, ideoque Gonatae dicto, adscribuntur *regni* anni omnino tres supra quadraginta (1). Is enim Macedonia nondum sibi adserta decimo iam anno regnabat, rex nimirum appellatus anno altero olympiadis vigesimae tertiae supra centesimam: tum Macedoniam primo anno centesimae et vigesimae sextae olympiadis *obtinuit*. Hic est qui Helladem valida manu sibi subdidit. Idem vitam prorsus ad tertium supra octogesimum annum produxit, extinctusque est centesimae et trigesimae quintae olympiadis anno primo.

9. Huic successit filius Demetrius, qui Libyam universam subegit, Cyrenem item occupavit; hisque patriae ditioni additis, monarchiae novam rationem fundavit, atque annis decem dominatus est, ducta uxore captiva quadam cui nomen fecit Aureolae, de qua filium suscepit Philippum (2), illum scilicet qui primus cum Romanis bello certavit, et macedonicae calamitatis causa fuit.

10. Iamvero Philippi patre orbati solertem tutelam gessit quidam ex regio genere, cognomine Phuscus (3), qui mox propter tutelam aequo iure administratam rex constitutus est, Aureola quoque collocata

8. Τοῦ δ' Ἀντιπάτρου τοῖς πράγμασιν ἐπιβουλεύοντος, Ἀντίγονος ὁ Δημητρίου τοῦ πολιορκητοῦ, καὶ Φίλας τῆς Ἀντιπάτρου θυγατρὸς υἱὸς μεταποιεῖται τῆς ἀρχῆς, ὃς ἐν Γόνοις τῆς Θετταλίας γενόμενός τε καὶ τραφεὶς Γονάτας ἐπεκαλεῖτο. Λογίζεται δὲ αὐτῷ τὰ πάντα ἔτη τῆς βασιλείας τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα· ἦν γὰρ βασιλεὺς καὶ πρὶν τῆς Μακεδονίας κρατῆσαι, ὅλοις ἔτεσι δέκα πρότερον. Οὗτός ἐστιν ὁ τὴν Ἑλλάδα ἐγκρατῶς χειρωσάμενος. Καὶ βιοῖ μὲν τὰ πάντα ἔτη τρία καὶ ὀγδοήκοντα, τελευτᾷ δὲ τῆς ρλέ ὀλυμπιάδος ἔτει πρώτῳ.

9. Ὃν διαδέχεται υἱὸς Δημήτριος, ὃς καὶ πᾶσαν τὴν Λιβύην ἔλαβε, Κυρήνης τε ἐκράτησε, καὶ κατέσχεν ἐτῶν δέκα. Γήμας δέ τινα τῶν αἰχμαλώτων, καὶ Χρυσηίδα προσειπὼν, Φίλιππον ἐξ αὐτῆς ἔσχεν τὸν πρῶτον πολεμήσαντα Ῥωμαίοις, καὶ κακῶν αἴτιον Μακεδόσι γενόμενον.

10. Φίλιππον μὴν οὖν ὀρφανευόμενον ἐπετρόπευεν Ἀντίγονος ἕτερος ἐκ τοῦ βασιλείου γένους, ᾧ Φοῦσκος ἐπώνυμον ἦν. Δίκαιον δὲ Φοῦσκον εἰς τὴν ἐπιτροπὴν ὁρῶντες οἱ Μακεδόνες ἐστήσαντο βασιλεύειν, καὶ τὴν Χρυσηίδα αὐτῷ

(1) Graece *XLIV*.

(2) Codex arm. in textu *Philippus*, sed in margine *Philippum*.

(3) Namque nomen erat *Antigonus*, ut infra. Huic cognomentum quoque adhaesit *ἐπίτροπος tutor*. Vide Athenaeum ed. Casaub. p. 251. D.

eidem in matrimonium. Is tamen filios, quos ex Aureola suscepit, haud aluit, ut imperium Philippo fraude procul adservaret, quod vita excedens in eum transtulit. Demetrius (1), cognomento Pulcher, mortuus est anno altero olympiadis trigesimae *sextae* supra centesimam. Regnum deinde recidebat in Philippum, cuius curator et custos praedictus Antigonus erat; qui quidem centesimae et trigesimae nonae olympiadis anno quarto diem supremum obiit, postquam annis duodecim curatorem egerat (2), et duobus vixerat cum quadraginta. Iam Philippus custode remoto regnum auspicatus est centesima et quadragesima olympiade, tenuitque annis quadraginta duobus. Obiit denique secundo anno olympiadis centesimae et quinquagesimae (3), annos octo et quinquaginta natus.

11. Philippi filius Perseus, Demetrio fratre interfecto, annis decem cum mensibus octo regnavit. Namque centesimae et quinquagesimae secundae olympiadis quarto anno Lucius Aemilius macedonicas vires ad Pydnam fregit (4); Perseus autem primum in Samothraciam confugit (5), mox se hostibus sponte dedidit, translatusque Albam sub custodia vitam agebat, donec post quinquennium decessit.

ἥρμοσαν. Ὁ δὲ παίδων γενομένων ἐκ τῆς Χρυσηίδος, οὐκ ἀνεθρέψατο, τὴν ἀρχὴν τῷ Φιλίππῳ παρασώζων, ᾧ δὴ καὶ παρέδωκεν ἀποθνήσκων, ἐπιτροπεύσας μὲν ἐπ' ἔτη ιβ', ζήσας δὲ πάντα ἔτη μβ'. Ὁ δὲ τοῦ Δημητρίου υἱὸς, ὃν οἱ Μακεδόνες Καλὸν ἐπωνόμαζον, χωρὶς τοῦ ἐπιτρόπου ἀπὸ τῆς ρμ' ὀλυμπιάδος ἄρχειν ἤρξατο· καὶ ἐβασίλευσεν ἔτεσιν ὅλοις δύο καὶ μ'· τελευτᾷ δὲ δευτέρῳ ἔτει τῆς ρν' (6) ὀλυμπιάδος, νη' τὰ ὅλα βιοὺς ἔτη.

11. *Περσεὺς δὲ υἱὸς τοῦ Φιλίππου Δημήτριον τὸν ἀδελφὸν ταῖς πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ διαβολαῖς ἀποκτείνας βασιλεύει ἔτεσι δέκα καὶ μησὶν ὀκτώ. Ἐπὶ γὰρ τῆς ρνβ' ὀλυμπιάδος τοῦ τετάρτου ἔτους Λεύκιος Αἰμίλιος πρὸς τοὺς Μακεδόνας περὶ τὴν Πύδναν εἷλε κατὰ κράτος. Περσεὺς δὲ εἰς τὴν Σαμοθράκην ἔφυγεν· εἶτα ἑκουσίως παρέδωκεν ἑαυτὸν δέσμιον τοῖς πολεμίοις, κἀκεῖθεν εἰς Ἄλβην μετατεθεὶς καὶ τηρούμενος μετὰ πέντε ἔτη τελευτᾷ.*

---

(1) Ita codex arm. in textu *Demetrius*; sed in margine *Demetrii filius*. Tum locus etiam in sequentibus a graeco, uti nunc est, textu recedit.

(2) Ita et Syncellus p. 267. B. Quamquam Diodorus apud eumdem dicit *ix*. In posteriore Eusebii libro scribuntur *xv*.

(3) Textus armenius et graecus *clix*; sed delevimus utrobique *nonae*. Lege caput xxxix. 3, et posteriorem librum.

(4) Codex arm. *Leucippus et Acilius Macedonum Pydnae oras vi occupaverunt.*

(5) Lege Diodorum *excerpt.* ed. Wessel. T. 2. p. 576.

(6) Textus editus ρνθ'.

12. Macedonum res sub eo finem acceperunt: quamquam adhuc Romani liberis illis suique iuris esse permiserunt, honoris ergo dignitatisque propter famam eximiam gloriosi victoriosique imperii Macedonum.

13. Sed enim post decimum nonum annum, qui fuit centesimae et quinquagesimae septimae olympiadis tertius, Andriscus quidam lepide se Persei filium dictitavit, adscito etiam Philippi nomine, unde et falsus Philippus vocatus est. Is ope Thracum fretus Macedoniae dominatum occupavit tenuitque anno uno, donec proelio superatus ad Thraces confugit, a quibus proditus, Romam vinctus traducitur.

14. Tunc demum Romani spretos Macedones, qui Philippo studuissent, stipendiarios eos fecerunt centesimae et quinquagesimae septimae olympiadis anno quarto. Itaque post Alexandrum, regni quidem macedonici, usque ad tempus quo id tributo subiectum est, atque ad Romanorum dominatum, a centesimae nempe et quartae decimae olympiadis anno altero ad centesimae et quinquagesimae septimae olympiadis annum quartum, numerantur omnino olympiades quadraginta tres cum duobus annis; summa autem annorum est CLXXIV.

15. Reges vero Macedonum post Alexandrum Philippi fuerunt hi.

I. Aridaeus, idemque Philippus, annis VII.

II. Casander annis XIX.

12. Τὰ δὲ τῶν Μακεδόνων ἐπὶ τούτου κατελύθη. Καὶ αὐτοὺς Ῥωμαῖοι τότε αὐτονόμους ἀφῆκαν, αἰδούμενοι δόξαν ἀγαθὴν καὶ μέγεθος ἀρχῆς τῆς Μακεδόνων.

13. Ἔτει δὲ ἐννεακαιδεκάτῳ ἐπὶ τῆς ρνζ ὀλυμπιάδος, εἰς ἔτος τρίτον, Ἀνδρίσκος τὶς υἱὸν ἑαυτὸν ψευσάμενος εἶναι Περσέως, καὶ Φίλιππον ἑαυτὸν μετονομάσας, παρ᾽ ὃ καὶ Ψευδοφίλιππος ἐκαλεῖτο, κρατεῖ Μακεδονίας, Θρᾶκας λαβὼν συμμάχους. Ἐνιαυτὸν δὲ κρατήσας, ἐκ παρατάξεως μὲν [ἡττηθεὶς] φεύγει εἰς τοὺς Θρᾶκας, ἔκδοτος δὲ παρ᾽ ἐκείνων δοθεὶς ἀναπέμπεται δέσμιος εἰς τὴν Ῥώμην.

14. Ῥωμαῖοι δὲ Μακεδόνας ἀχαρίστους γενομένους, διὰ τὸ συλλαβέσθαι τῷ Ψευδοφιλίππῳ, ὑποφόρους ἐποίησαν, ἔτει τετάρτῳ τῆς ρνζ ὀλυμπιάδος. Γίνονται οὖν μετὰ Ἀλέξανδρον τὸν μέγαν, ἀπὸ τῆς ριδ´ ὀλυμπιάδος ἔτους δευτέρου, ἄχρι τῆς ρνζ´ τετάρτου ἔτους, ἐν ᾧ κατεδουλώθησαν Μακεδόνες, τὰ πάντα ἔτη ροδ´.

15. Ἀριδαῖος, ὁ καὶ Φίλιππος ἔτη ζ.

Κάσσανδρος ἔτη ιθ´.

III. Casandri filii annis III, mensibusque VI.
IV. Demetrius obsessor annis VI.
V. Pyrrhus mensibus VII.
VI. Lysimachus annis V, mensibusque V.
VII. Ptolemaeus, idemque Ceraunus, anno I, mensibusque V.
VIII. Meleager mensibus II.
IX. Antipater Lysimachi (1) diebus XLV.
X. Sosthenes annis II.
XI. Interregni anni II.
XII. Antigonus Gonatas annis XXXIV (2).
XIII. Demetrius annis X.
XIV. Antigonus Phuscus (3) annis XII.
XV. Philippus annis XLII.
XVI. Perseus annis X, mensibusque VIII.
XVII. Libertatis cum legibus propriis anni XIX.
XVIII. Falsus Philippus anno I.
Post quos Romani.

Κασσάνδρου παῖδες ἔτη γ΄, μῆνας ϛ΄.
Δημήτριος ὁ πολιορκητὴς ἔτη ζ.
Πύῤῥος μῆνας ϛ΄ (4).
Λυσίμαχος ἔτη ε΄, μῆνας ε΄.
Πτολεμαῖος ὁ Κεραυνὸς ἔτος α΄, μῆνας ε΄.
Μελέαγρος ἔτος α΄, μῆνας β΄.
Ἀντίπατρος Λυσιμάχου ἔτος α΄ (5), ἡμέρας με΄.
Σωσθένης ἔτη β΄.
Ἀναρχίας ἔτος α΄, μῆνας β΄.
Ἀντίγονος ὁ Γονάτας ἔτη λδ΄.
Δημήτριος ὁ Καλὸς ἔτη ι΄.
Ἀντίγονος ὁ Φοῦσκος ἔτη ιβ΄.
Φίλιππος ἔτη μβ΄.
Περσεὺς ἔτη ι΄, μῆνας η΄.
Αὐτονομίας ἔτη ιθ΄.
Ψευδοφίλιππος ἔτος α΄.

E Scaligeri excerptis p. 62-64.

---

(1) Ita etiam graece. Verum superius §. 6. hic Antipater dictus est *Philippi filius*.

(2) Codex arm. *xxxiii*, sed facilis litterarum harum confusio.

(3) Codex arm. *Phusci*.

(4) Scribe ζ΄.

(5) Dele ἔτος α΄.

CAPVT XXXIX.

Thessalorum reges.

1. Thessali et Epirotae diu paruerunt iisdem qui Macedonibus praesidebant; a Romanis autem libertatem cum iure utendi suis legibus adepti sunt post Philippum in Thessalia armis Titi Romanorum ducis profligatum (1). Sed et ipsi demum stipendiarii Romanorum facti sunt eâdem qua Macedones causa. Iamvero post obitum Alexandri his quoque Aridaeus, qui et Philippus, imperavit annis septem. Huic successit Casander Epirotarum et Thessalorum rex annis novemdecim. Tum Philippus eius filius mensibus (2) quatuor. Deinde et huius fratres Antipater et Alexander annis duobus mensibusque sex. Item Demetrius Antigoni (3) annis sex totidemque mensibus. Postea Pyrrhus annis quatuor totidemque mensibus. Deinde Lysimachus Agathoclis annis sex. Mox et Ptolemaeus cognomento Ceraunus anno uno mensibusque quinque: quem excepit Meleager mensibus duobus: post quem Antipater Lysimachi (4) quinque et quadraginta diebus: post quem Sosthenes anno uno. Consecutum est interregnum duobus annis et mensibus totidem. Exin dominatus est Antigonus Demetrii annis triginta quatuor, mensibusque duobus. Circa hos annos Pyrrhus receptis in deditionem Antigoni copiis, paucisque locis potitus, proelio deinde Derdii (5) a Demetrio filio Antigoni debellatus est, rebusque exutus (6). Brevi tempore post, extincto Antigono, regnavit eius filius Demetrius annis decem. Post hunc Antigonus Demetrii (7) *eius*, qui Cyrenem profectus est (8), et Olympiadis (9) filiae Polycleti larissaei, annis novem. *Hic* Achaeis suppetias validas ferens Cleomenem

---

(1) Legendus Livius XXXII. 10 sqq. tum XXXIII. 32. XXXIV. 51.

(2) Codex arm. heic *annis*, sed inferius *mensibus*.

(3) Codex arm. *Antipatri*, quod vitium emendavimus etiam p. 173. n. 3.

(4) Rursus videtur dicendum *Philippi*. Vide p. 179 n. 1.

(5) Videtur dicendum *Argis*.

(6) Legendi sunt Iustinus XXV, et Plutarchus in *Pyrrho*. Iam si scribas superius *Argis*, dices heic *rebusque humanis exutus*,

(7) Immerito igitur hic Antigonus videbatur Alcyonei filius Reineccio *monarch. tert.* p. 129. A Pausania VII. 7 dicitur Antigonus ἀνεψιὸς τῷ Φιλίππῳ καὶ μητρὶ αὐτοῦ συνοικῶν, *Philippi patruelis et vitricus*.

(8) Videsis cap. XXXVIII. 9.

(9) Demetrii uxor erat Phthia; ergo Olympias concubina. Neque huc trahenda videtur Olympias Pyrrhi epirotae regis filia, quae Demetrii auxilium imploravit, teste Iustino XXVIII. 1.

Lacedaemonum tyrannum proelio superavit, Spartanosque libertate donavit, ac divinos prope honores apud Achaeorum gentem promeritus est (1). Post hunc Philippus Demetrii regnavit annis XXIII cum mensibus IX : tum proelio in Thessalia a Tito duce romani exercitus debellatus est. A Romanis autem libertatem potestatemque utendi suis legibus acceperunt Thessali itemque reliqui Graeci qui vectigal Philippo pendebant.

2. Et primo quidem anno nulli principes in Thessalia fuerunt; deinceps vero principes annui suffragiis publicis legi coeperunt. Primus autem creatus est Pausanias Echecrati pheraeus. Deinde Amyntas Cratis pierius, quo imperante Titus Romam reversus est. Deinde Aeacides Calliae metropolitanus. Deinde Epidromus (2) Andromachi larissaeus mensibus octo; reliqua autem eius anni parte Eunomus Polycleti larissaeus mensibus quatuor. Rursus Eunomus anno uno. Deinde Aeacides Calliae metropolitanus anno altero. Deinde Pravilus (3) Phaxiae scotusaeus. Deinde Eunomus Polycleti larissaeus anno altero. Deinde Androsthenes Idalii gyrtonius (4). Deinde Thrasymachus Alexandri atracius (5). Deinde Laontomenes Damothonis pheraeus. Deinde Pausanias Damothonis. Deinde Theodorus Alexandri argivus (6). Deinde Nicocrates Phaxini scotusaeus (7). Deinde Hippolochus Alexippi larissaeus. Deinde Cleomachides Enei larissaeus. Deinde Phyrinus Aristomenis gomphensis.

3. Eo anno Philippus rex obiit in Macedonia, potestate in filium Perseum translata. *Is* Thessalis imperaverat, uti dictum est, annis tribus (8) cum mensibus novem, Macedonibus autem annis omnino quadraginta duobus et mensibus novem. Iamvero a centesimae et quartae decimae olympiadis anno altero, quo tempore rebus praepositus est Philippus (*Aridaeus*), usque ad Philippum Demetrii extinctum, cuius obitus incidit in centesimae et quinquagesimae olympiadis annum alterum cum quinque mensibus, conflantur anni CXLIV, mensesque V.

---

(1) Haec de Antigono late praedicant Polybius II. 70. Livius XL. 54. Pausanias II. 9. VI. 16. VII. 7. VIII. 8. Iustinus XXVIII. 3-4 et Suidas.

(2) Codex heic *Epidramus*, sed inferius *Epidromus*.

(3) Inferius *Praviles*.

(4) Ita in margine codicis arm; at in textu *gortonius*.

(5) Codex arm. *artacius*.

(6) Puta *ex Argis amphilochicis*.

(7) Codex arm. *cotunensis*.

(8) Atqui dixit *XXIII*.

4. Thessalorum regum summa.

I. Aridaeus, idemque Philippus, annis VII.
II. Casander annis XIX.
III. Philippus mensibus IV.
IV. Antipater et Alexander (1) annis II et mensibus VI.
V. Demetrius annis VI et mensibus VI.
VI. Pyrrhus annis III (2) et mensibus IV.
VII. Lysimachus annis VI.
VIII. Ptolemaeus, idemque Ceraunus, anno I et mensibus VII (3).
IX. Meleager mensibus II.
X. Antipater diebus XLV.
XI. Sosthenes anno I.
XII. Interregnum annis II et mensibus II.
XIII. Antigonus annis XXXIII (4) et mensibus II.
XIV. Demetrius annis X.
XV. Antigonus annis IX.
XVI. Philippus annis XXIII et mensibus IX (5).

5. Deinde copiarum duces hi.

Pausanias.
Amyntas.
Aeacides.
Epidromus.
Eunomus.
Aeacides alter.
Praviles.
Eunomus alter (6).
Androsthenes.
Thrasymachus.
Laontomenes.
Pausanias.
Theodorus.
Nicocrates.

---

(1) Codex arm. *Antigonus qui et Alexander.*
(2) Superius *IV.*
(3) Superius *V.*
(4) Superius XXXIV.
(5) Ita heic codex; sed idem superius ff. 3. *annis III et mensibus IX.*
(6) Hic superius erat *Eunomus tertius.*

Hippolochus.
Cleomachides.
Phyrinus.
Philippus (1).

CAPVT XL.

(*) Asianorum et Syrorum reges.

1. QVVM Philippus Aridaeus sextum iam regni annum exigeret, centesimae et quintae decimae olympiadis tertio anno, Antigonus primus imperavit Asiaticis, regnavitque annis XVIII, donec octogesimo aetatis anno consumptus est. Hic omnium regum per id tempus multo horrendissimus fuit, periitque in Phrygia, exercitibus undique, qui ab eo sibi timebant, in eumdem irruentibus centesimae et decimae nonae olympiadis quarto anno.

2. Eius vero filius Demetrius, fuga se proripiens Ephesum, saluti consuluit, Asia cuncta ab eo deficiente. Hic quidem omnium regum acerrimus in obsidendis urbibus visus est, ideoque obsessoris cognomen retulit. Regnavit annis septemdecim, vixit omnino quatuor supra quinquaginta. Centesimae vigesimae olympiadis primo anno cum patre regnaverat *iam* biennio, quod item tempus ad annos eius imperantis septemdecim pertinet. Captus a Seleuco ductus est.

(*) Ἀσίας καὶ Συρίας βασιλεῖς οἱ μετὰ τὸν μέγαν Ἀλέξανδρον.

1. Φιλίππου τοῦ Ἀριδαίου ἕκτον ἔτος κατάγοντος (ἄγοντος) τὴν βασιλείαν [τῆς βασιλείας] ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς πεντεκαιδεκάτης ὀλυμπιάδος ἔτει τρίτῳ, Ἀντίγονος ὁ πρῶτος ἐβασίλευσε τῆς Ἀσίας καὶ ἦρξε μὴν ἔτεσιν ὀκτωκαίδεκα, τὰ πάντα βιώσας ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα. Φοβερώτατος δὲ τῶν τότε βασιλέων γέγονε, καὶ θνήσκει περὶ τὴν Φρυγίαν, πάντων αὐτῷ διὰ φόβον τῶν δυναστῶν ἐπιθεμένων, τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑκατοστῆς ἐννεακαιδεκάτης ὀλυμπιάδος.

2. Ὁ δ' υἱὸς αὐτοῦ Δημήτριος φυγὰς εἰς τὴν Ἔφεσον διεσώθη, καὶ τῆς Ἀσίας ἁπάσης ἀποσφαλεὶς πάντων δεινότατος βασιλεὺς ἔδοξεν εἶναι ἐν τῇ πολιορκίᾳ· ἀφ' οὗ δὴ καὶ πολιορκητὴς ἐπεκλήθη. Βασιλεύει δὲ καὶ αὐτὸς ἔτη ιζ'. *Porphyrius in Scaligeri excerptis p. 61.*

Λείπει πολλά.

. . . .

(1) Hic *Philippus* desideratur superius ff. 2.

in Ciliciam (1) centesimae et vigesimae olympiadis quarto anno, atque apud illum regio more in *liberali* custodia habebatur, donec quarto anno olympiadis vigesimae quartae supra centesimam obiit. Hunc exitum Antigoni et Demetrii res habuerunt.

3. Iamvero Lydorum regionibus qua ad Thraciam pertinent imperavit Lysimachus (2), superioribus autem partibus Syriaeque (3) Seleucus: quorum uterque iam inde a primo anno olympiadis centesimae et quartae decimae eas dominationes obtinuit (4). Sed enim Lysimachi res praetermittere satius est; a Seleuco autem quid quave ratione actum sit narrabimus.

4. (*) Aegypti rex primus Ptolemaeus veterem Gazam delatus Demetrium Antigoni filium proelio superavit (5): quo facto regem Syriae et superioribus partibus Seleucum imposuit. Tum vero Seleucus inter barbaros ulterius provectus, victoria regnum confirmavit, ex eaque dictus est Nicanor (6) (seu victor), sceptroque potitus est annis triginta duobus, orsus videlicet a centesimae et decimae septimae olympiadis anno primo (7), desinensque in centesimae et vigesimae quartae

(*) Πτολεμαῖος ὁ Λάγου πρῶτος τῆς Αἰγύπτου μετ' Ἀλέξανδρον βασιλεύσας ἔτη μ' ἐλθὼν εἰς Παλαίγαζαν συνάπτει μάχην Δημετρίῳ τῷ Ἀντιγόνου· καὶ νικήσας ἀναδείκνυσι Σέλευκον βασιλέα Συρίας καὶ τῶν ἄνω τόπων. Σέλευκος δὲ ἀναβὰς μέχρι Βαβυλῶνος καὶ κρατήσας τῶν βαρβάρων, βασιλεύει ἔτη λβ'· διὸ καὶ Νικάνωρ ἐπεκλήθη. *Dexippus in excerptis Scaligeri p. 58.*

(1) Captus est Demetrius in Cilicia, sed in Syriae Chersonesum deportatus, ut certe Plutarchus ait *in Demetrio*.

(2) Thraciae utique rex fuit Lysimachus; verum Lydis imperavisse Meleagrum vel Menandrum auctores sunt Diodorus XVIII. 3, nec non Dexippus apud Photium cod. LXXXII.

(3) Syria in utraque provinciarum tributione Laomedonti decreta fuit. Quare haud scimus an heic intelligenda sit *Assyria*, quam Stephanus diserte definit *regionem circa Babylonem*. Sed vide posteriorem Eusebii librum ad olympiadem CXVII. Babylonia autem Seleuco obtigit, uti tradit Arrianus apud Photium cod. XCII p. 223. Iam vocabulorum *Syriae* et *Assyriae* haud infrequens confusio est in libris partim vitio librariorum, partim ipsorum auctorum vel errore vel voluntate. Neque nobis praetermittenda sunt, quae hac super appellatione tradunt veteres. Herodotus quidem VII. 63. *Ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν: quos Graeci vocabant Syros, eos barbari Assyriorum nomine indigitabant.* Hyginus *fab.* CCLXXV *Semiramis Dercetis filia in Syria Babylonem* (condidit.). Quare a Plutarcho *in amatorio* T. II. p. 753. Semiramis dicitur *syra*. Sed et Iustinus I. 2. *Assyrii, qui postea Syri dicti sunt.* Denique Hieronymus in *Isai.* XIX. 23. *Doctus lector veteres revolvat historias, et ab Euphrate usque ad Tygrim, omnem in medio regionem Assyriorum fuisse cognoscat. Ergo quos veteres Assyrios, nunc nos vocamus Syros.* Quem locum Hieronymus ab Eusebii nostri opere homonymo sumpsit.

(4) Seleucus, ut diximus, in secunda tantum tributione quam fecit Antipater, provinciam regendam obtinuit. Verum ut Eusebius ita etiam fere loquitur Iosephus *Antiq.* XII. 1.

(5) Legendus Diodorus XIX. 80 sqq.

(6) Vulgo *Nicator*; sed *Nicanor* etiam apud Chorenensem *Hist.* II. 1, Graecosque nonnullos.

(7) Hoc est celeberrimum initium epochae Seleucidarum, qua super re legendus magnus Norisius *de epochis Syromacedonum dissert.* II. 1.

annum quartum, vita ad annum usque septuagesimum quintum producta, quo insidias a familiari suo Ptolemaeo, cognomento Ceranno, passus interiit.

5. Successit filius Antiochus ex Apame perside, nuperius appellatus Soter (1) (nempe servator), qui centesimae et vigesimae nonae olympiadis anno primo obiit, postquam annis LXIV vixerat; regnaverat autem annis XIX a centesimae et vigesimae quintae olympiadis primo anno, usque ad tertium vigesimae nonae supra centesimam. Nati sunt ei e Stratonice Demetrii masculus Antiochus et feminae Stratonice atque Apame, quarum Apamem Magas (2) duxit uxorem, Stratonicen autem rex Macedoniae Demetrius.

6. Praedicto Antiocho Soteri vita functo successit in imperium Antiochus cognomento Deus (3), orsus a centesimae et vigesimae nonae olympiadis quarto anno, vitamque annis adhuc XV (4) propagans. Implicitus in morbum decessit Ephesi centesimae et trigesimae quintae olympiadis tertio anno, postquam annis omnino quadraginta vixisset. Filios suscepit duos Seleucum, cognomento Callinicum, et Antigonum; filiasque duas e Laodice Achaei (5), quarum alteram Mithridates, alteram Arathes (6) duxerunt uxores.

7. Post eum maior natu Seleucus, cognomento ut diximus Callinicus, regnum tertio anno olympiadis centesimae et trigesimae tertiae auspicatus est, tenuitque ad alterum usque annum centesimae et trigesimae octavae olympiadis, atque ita annis XXI (7) dominatus est. Ei mortuo (8) succedit filius Seleucus cognomento Ceraumus. Atque haec quidem ita se habuerunt.

8. Verumtamen vivente adhuc Callinico Seleuco, Antigonus (9) minor natu frater quietis sortisque suae impatiens, adiutorem favitoremque nactus est Alexandriae, qui et urbem Sardes tenebat et

(1) Propter Gallos debellatos, quam victoriam lege sis apud Lucianum *in Zeuxi*.

(2) Vocabulum *Magas* corruptum videtur in codice arm. Res tamen perspicue constat e Pausania *Attic.* VII. Erat antem Magas Ptolemaei Philadelphi frater Cyrenesque rex vel praefectus.

(3) Huic regi putatur Berosus historiam suam obtulisse. Vide Tatianum *orat.* cap. XXXVI.

(4) Codex arm. *XIX*, quod mendum statim heic coarguitur, et ter deinde inferius.

(5) Hic Achaeus regem se postea dixit. Polyb. IV. 48.

(6) Intellige Cappadociae regem. Iam *Arathes* pro *Ariarathes* scribitur etiam a Memnone apud Photium *cod.* *CCXXIV*. 32.

(7) Bene in posteriore libro bis legitur *XX*, in tabulis nempe regum et in canone.

(8) En Eusebius seu Porphyrius mentionem nullam faciunt captivitatis Callinici apud Parthos, quam tamen scriptores aliquot, quos inter magni nominis homines Vaillantius, Froelichius atque Eckhelius, sibi persuasisse videntur. Merito igitur hanc opinionem refutavit summus Viceeomes *Iconogr. gr.* T. III. p. 382.

(9) Hic est Antiochus Hierax. In codice tamen arm. constanter scribitur *Antigonus*.

Laodices matris suae frater erat (1): denique et Gallis auxiliaribus usus est. Duobus proeliis Seleucus in Lydia victoriam nactus est (2) ita tamen ut neque Sardes caperet neque Ephesum, quam urbem Ptolemaeus praesidio insidebat. Deinde in Cappadocia atque adversus Mithridatem, novo proelio coorto, tum militum eius viginti millia caesa a barbaris sunt, tum ipse profligatus evanuit (3).

9. Ptolemaeus vero, qui et Tryphon (4), Syriae regiones cum Damasco occupavit, Orthosiamque obsidione cinxit (5), quae quidem soluta est centesimae et trigesimae quartae olympiadis anno tertio, Seleuco illuc appulso.

10. Frater autem Callinici Antigonus magnam Phrygiam peragrans, tributis incolas onerabat. Quin et contra Seleucum copiarum duces mittebat, quo tempore quum a barbaris suis satellitibus (6) se prodi sensisset, horum manibus elapsus parvo comitatu Magnesiam evasit: crastinaque die Ptolemaei auxiliis fretus proelium felici Marte conseruit: tum et Zielae (7) filiam nuptiis sibi copulavit. Deinde anno quarto olympiadis centesimae et trigesimae septimae in Lydia bis armis motis debellatus est (8). Tum etiam circa Choloën certavit cum Attalo (9). Denique primo anno olympiadis trigesimae octavae supra centesimam, Attalum in Thraciam usque fugiens, post pugnam in Caria patratam, vita excessit. Iam et Seleucus cognomento Callinicus frater Antigoni postero anno extinctus est.

11. Huic successit filius Alexander, qui maluit dici Seleucus, ab exercitu autem Ceraunus vocitatus est. Is habuit etiam fratrem nomine Antiochum. Quum tribus annis Seleucus patrium imperium rexisset, a quodam Nicanore gallo in Phrygia ex insidiis interimitur (10) circa olympiadis centesimae trigesimae nonae annum primum.

---

(1) Quaerendum de hoc; nam Ptolemaeus quidem, qui mox occurret, frater erat Berenices, quam Laodicae uxori primae superinduxit Antiochus, cognomine Deus, Callinici et Hieracis parens.

(2) Puta adversus Ptolemaeum Tryphonem seu Evergetem (qui Berenici sorori vindex venerat) atque adversus eiusdem Ptolemaei auxiliares.

(3) Copias Seleuci internecione caesas, ipsumque Seleucum aliquamdiu desideratum narrat Plutarchus *Apophth.* ed. paris. T. II. p. 184, et *de fraterno amore* p. 489.

(4) Ptolemaeus Evergetes dicitur *Tryphon* etiam a Trogo *prolog.* XXVII, et XXX.

(5) Cave huc trahas locum *I. Machab.* XV. 37, qui est de Tryphone alio Syriae tyranno, Τρύφων δὲ ἐμβὰς εἰς πλοῖον, ἔφυγεν εἰς Ὀρθωσίαν, *Tryphon navigio conscenso Orthosiam fuga evasit.*

(6) Hi videntur Galli mercenarii. Porro armenius interpres utitur hoc loco voce nova *HESDABASDONIA* composita ex *HESD facilis* aut *obsequens*, et *BASDONIA assecla*. Itaque *satellites* intelleximus.

(7) Ita codex arm. *Zielae*. Iam de *Zeilae* Nicomedis Bithynorum regis filio lege Memnonem apud Photium *cod.* *CCXXIV*. 23. Verum Iustinus XXVII. 3 dicit Antigoni huius (sive Antiochi) socerum *Artamenem* Cappadociae regem.

(8) Lege Iustinum XXVII. 3.

(9) Pergami rege. Pausan. *Attic.* VIII.

(10) Lege Polybium IV. 48.

12. Successorem habuit Antiochum fratrem, quem Babylone accitum creavit regem exercitus (1), quique *Magni* (2) cognomentum sortitus est, atque annis XXXVI imperavit, a centesimae scilicet et trigesimae nonae olympiadis anno altero, usque ad centesimae et quadragesimae octavae item alterum. Is Susa profectus atque in superiores satrapias, manu cum Elymaeis conserta (3), internecione caesus est, relictis duobus liberis Seleuco et Antiocho.

13. Ex his Seleucus in patris locum suffectus est anno tertio olympiadis centesimae et quadragesimae octavae, annisque duodecim in imperio superfuit usque ad olympiadis quinquagesimae primae annum primum, vixitque omnino annis sexaginta.

14. Extincti locum Antiochus frater insedit, cognomento Epiphanes (4), rebusque praefuit annis undecim, a tertio nimirum anno centesimae et quinquagesimae primae olympiadis ad primum usque quinquagesimae quartae supra centesimam.

15. Epiphane Antiocho adhuc superstite, regnum adibat filius duodennis (5) Antiochus, cognomento Eupator, qui anno uno mensibusque sex cum patre vivebat. Mox Demetrius (*), quem Seleucus pater Romanis obsidem tradiderat, fuga se Roma subducens ad Phoeniciae urbem Tripolim appulit, Lysiam pueri tutorem cum ipso Antiocho peremit, regnumque invasit olympiadis centesimae et quinquagesimae quartae anno quarto idque retinuit usque ad centesimae quinquagesimae septimae olympiadis annum quartum. Huic Soter cognomentum fuit, mansitque imperium annis duodecim: tandemque coorto sibi regni causa

(*) Οὗτος ὁ Δημήτριος ὑπὸ Σελεύκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ δοθεὶς ὅμηρος εἰς Ῥώμην, φυγὼν εἰς Τρίπολιν Φοινίκης ἐν ἡμέραις . . . . παρεγένετο· καὶ ἐπελθὼν Λυσίαν τε ἐπίτροπον Ἀντιόχου τοῦ παιδὸς ἀναιρεῖ, καὶ αὐτὸν Ἀντίοχον παραδόξως ἐν ταῖς ὅλαις ἡμέραις . . . . τοσαύτην κατακτησάμενος ἀρχήν. Κατὰ τούτου Πολεμαῖος τε συμμαχεῖ Ἀλεξάνδρῳ διὰ μισθοφόρων ξένων· καὶ Ἄτταλος ὁ Περγάμου βασιλεὺς ὁ καὶ κατάγων αὐτόν· πρὸς ὃν ἀντιταττόμενος ὁ Δημήτριος τελευτᾷ ιβ´ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Καὶ κρατεῖ τῆς Συρίας Ἀλέξανδρος ὁ ὑποτεταγμένος ἔτη ε´, καὶ ἀναιρεῖται πολεμῶν τῷ Πτολεμαίῳ

(1) Vide Polybium V. 40.

(2) Vox *Magni* abest heic a codice arm. relictâ unius vocis lacunâ. Ea tamen vox et mox legitur et bis in posteriore libro.

(3) Propter fanum spoliatum.

(4) Hic Iudaeos vexavit. Recole cap. XVIII. 7.

(5) Ab Appiano *Syr.* XLIV Eupator dicitur *annos novem natus* adivisse regnum post fata parentis.

proelio adversus Alexandrum, quem mercenarii milites praetereaque Ptolemaei regisque Attali copiae firmabant, vita orbatus est.

16. Itaque Alexander Syria potitur anno tertio olympiadis centesimae quinquagesimae septimae, regnatque annis quinque, donec quarto centesimae et quinquagesimae octavae morte occumbit belligerans cum Ptolemaeo qui Demetrio Demetrii filio opem ferebat prope urbem Antiochiam: quippe ibi pugna pugnata est, quo in tumultu Ptolemaeus (1) ipse desideratus est.

17. Exinde bellum sustentavit Demetrius (*), quem diximus Demetrii filium. Quum igitur manus conseruissent Demetrius qui Seleucia et Antiochus Alexandri filius qui a Syria Antiochiaque (2) urbe adventabat, superior discessit Demetrius, primoque anno olympiadis centesimae et sexagesimae regni habenas capessivit. Mox altero anno copias contra Arsacem Babylonem atque in superiores provincias educebat: tum sequente anno, qui tertius erat centesimae et sexagesimae olympiadis, eumdem captum Arsaces transferri ad Parthos atque in custodia haberi iubebat. *Is* Nicanor (nempe victor) dictus est ob Antiochum Alexandri filium victum: tum etiam Siripides (3), quia ferrea vinctus compede abductus est atque in custodia adservatus.

18. Demetrii vero frater, natu minor, nomine Antiochus, in urbe Sida educatus, ex qua cognomentum quoque Sidetis reportavit, fratris

κατὰ τὴν Ἀτιόχειαν κατάγοντι Δημήτριον τοῦ Δημητρίου ἐπὶ τὴν βασιλείαν Συρίας· συμπίπτει δὲ καὶ ὁ Πτολεμαῖος, καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον θνήσκει. *Ab excerptis Scaligeri p. 71, sed non sine varietate.*

(*) Τοῦ Ἀλεξάνδρου τούτου τοῦ προῤῥήτου υἱοῦ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς πεσόντος ἐν τῇ πρὸς Πτολεμαῖον μάχῃ, μερίζεται ἡ τῆς Συρίας ἀρχὴ εἴς τε Δημήτριον τὸν Δημητρίου υἱὸν ὁρμώμενον ἐκ τῆς Σελευκείας, καὶ εἰς τὸν υἱὸν Ἀλεξάνδρου ὁρμώμενον ἐκ Συρίας καὶ Ἀντιοχείας. Ἀλλὰ τοῦτον ὁ Δημητρίου Δημήτριος τάχιστα νικήσας χειροῦται τὴν ἀρχὴν ἔτη γ'· ὅθεν καὶ Νικάνωρ ἐκλήθη. Στρατεύσας δὲ ἐπ' Ἀρσάκην εἰς Βαβυλῶνα αἰχμάλωτος γίνεται ὑπὸ Ἀρσάκου, καὶ εἰς τὴν Παρθικὴν ἀναχθεὶς ἐφρουρεῖτο σιδηρωθεὶς, ὅθεν καὶ σιδηρίτης ἐλέγετο ὕστερον. *Ab excerptis Scaligeri p. 71 cum aliqua varietate.*

(1) Nempe *Philometor.* Consule cap. XXII. 2. et I. *Machab.* XI. 18.

(2) Antiochia infensa erat Demetrio II propter immanem cladem pridem sibi illatam a Iudaeis Demetrio praedicto opitulantibus. Lege *I. Machab.* XI. 45 seqq.

(3) Apud Chorenensem *Hist.* II. 2. scribitur *Siripindes*; apud Scaligerum p. 71 etiam Σιριοπίδης; apud Syncellum denique p. 291 Σιδιοπίδης, quod nomen Goarus corrigit Σιδερίτης.

cladem et vincula edoctus, Sida relicta, ad occupandam Syriam profectus est centesimae et sexagesimae olympiadis quarto anno, idque regnum tenuit annis novem. Hic Iudaeos vi subdidit, obsessaeque urbis moenia evertit, et gentis optimates occidit centesimae et sexagesimae secundae olympiadis anno secundo. Tum quarto olympiadis centesimae et sexagesimae secundae centum viginti millibus militum irruebat in eum Arsaces, qui strategemate etiam usus fratrem eius Demetrium captivitate solutum emittebat in Syriam. Antiochus autem dum ingruente hieme barbaros angusto loco persequitur in pugnae aestu vulneratur et obit (1) anno aetatis quinto supra trigesimum. At eius filium tenera aetate Seleucum qui erat in patris comitatu, Arsaces captivum abduxit regioque more custodiendum curavit.

19. Ceterum Antiocho quinque liberi nati sunt, tres nempe mares et feminae duae. Prior itemque altera filia Laodice audiverunt, uno nomine duabus communi. Tertius Antiochus quem itemque sorores morbus extinxit. Quartus Seleucus quem cepit Arsaces (*). Quintus tandem Antiochus, idemque Cyzicenus, qui quum apud Craterum eunuchum aleretur, terrore Demetrii Cyzicum se fuga contulit cum Cratero aliisque Antiochi famulis.

20. Itaque quum alter quidem *frater* cum sororibus diem supremum obiisset; solus autem natu minimus superesset Antiochus, qui et eius *fugae* causa Cyzicenus appellatus est; denuo Demetrius ab Arsace expeditus anno altero centesimae et sexagesimae secundae olympiadis regno praeesse coepit, post annos decem in captivitate transactos. Statimque a postliminio Aegypto mentem intendens Pelusium profectus est: sed mox resistente sibi Ptolemaeo Physcone pedem retulit: namque et exercitu, cui erat invisus (2), parum alacri ad bella

(*) 19. . . . κῆσαι αἰχμάλωτον βασιλικῶς ἐφύλαττεν. Ἦν Ἀντιόχῳ καὶ τοῦ Σελεύκου τούτου νεώτερος υἱὸς ὁ Ἀντίοχος ὁ ἐν Κυζίκῳ, παρὰ Κρατερῷ τῷ εὐνούχῳ τρεφόμενος, διὰ δέος τοῦ Δημητρίου, ὃς διὰ τοῦτου Κυζικηνὸς ἐπεκλήθη.

20. Ὁ τοίνυν Δημήτριος ἀπολυθεὶς ὑπὸ τοῦ Ἀρσάκου, ὡς εἴρηται, καὶ κατελθὼν, βασιλεύει. Πτολεμαῖος δὲ ἀγανακτήσας, ὅτι τῷ Πηλουσίῳ προσέβαλεν

(1) Ita rem diserte narrat etiam Chorenensis *Hist.* II. 2. *Tum Arsaces cum centum et viginti millibus inde regreditur, cui se Antiochus saeviente hieme, proelio obiecit in loco angusto, ubi ipse una cum exercitu interiit.*

(2) De Syrorum odio in Demetrium propter eius crudelitatem legendus Diodorus *excerpt.* ed. Wess. T. II. p. 592.

utebatur. At vero Ptolemaeus ira flagrans, misit regem Asianis Alexandrum (1) filium Alexandri, seu dictitatum Alexandri filium, qui quum emptus a Ptolemaeo putaretur, Zabinae (2) cognomen apud Syros nactus est. Proelio prope Damascum inito victus Demetrius Tyrum confugit: verum illuc prohibitus ingredi dum fugam navi molitur caesus interiit centesimae et sexagesimae quartae olympiadis anno primo: adeo ut regnaverit ante captivitatem annis tribus, post reditum autem annis quatuor.

21. Demetrium consecutus est filius eiusdem Seleucus, qui statim matris calumniis interemptus est. Res ergo ad Antiochum minorem natu fratrem recidebant centesimae et sexagesimae quartae olympiadis anno altero. Is anno tertio Zabinam fregit, qui ne cladi superesset, veneno mortem hausit. Regnavit autem *Antiochus* annis undecim usque ad centesimae sexagesimae sextae olympiadis quartum annum: eoque numero unicus etiam annus concluditur, quo frater eius Seleucus potestatem retinuit. Idem vocitatus est Grypus (id est aduncus (3)) itemque Philometor. Hic adventante Antiocho qui materno genere frater erat paterno autem patruelis (4), et cognomento ut paulo ante diximus

ὁ Δημήτριος, ἅτε τῶν κατ' Αἴγυπτον πραγμάτων ἐχόμενος, πέμπει βασιλέα τῆς 'Ασίας 'Αλέξανδρον, ὡς υἱὸν 'Αλεξάνδρου, ὃς διὰ τὸ ὡς ἀγοραστὸς εἶναι νενομίσθαι τοῦ Πτολεμαίου, Ζαβινᾶς ἐπεκλήθη πρὸς τῶν Σύρων. Συμβολῆς δὲ περὶ Δαμασκὸν γενομένης, ἡττηθεὶς ὁ Δημήτριος φεύγει εἰς Τύρον, κἀκεῖ κωλυόμενος εἰσελθεῖν, πλοίῳ ἐπιβὰς κατεκόπη, βασιλεύσας πρὸ μὲν τῆς αἰχμαλωσίας ἔτη τρία, μετὰ δὲ τὴν κάθοδον, ἔτη δ'.

21. Διαδέχεται δὲ τὸν Δημήτριον Σέλευκος ὁ υἱὸς καὶ εὐθὺς ἐκ διαβολῆς τῆς μητρὸς ἀποθνήσκει. 'Αντίοχος δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος παραλαμβάνει τὰ πράγματα τῆς ἑκατοστῆς ἑξηκοστῆς τετάρτης ὀλυμπιάδος ἔτει δευτέρῳ, καὶ τρίτῳ ἔτει νικᾷ τὸν Ζαβινᾶν. 'Ο δὲ τὴν ἧτταν μὴ ἐνέγκας φαρμάκῳ ἑαυτὸν διεχρήσατο. Βασιλεύει δὲ ἔτη ια', ἄχρι τοῦ τετάρτου ἔτους τῆς ἑκατοστῆς ἑξηκοστῆς ἕκτης ὀλυμπιάδος. Συναριθμεῖται γὰρ ὁ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Σελεύκου ἐνιαυτὸς τῆς ἀρχῆς εἰς τοῦτον. 'Εκαλεῖτο δὲ Γρυπὸς καὶ Φιλομήτωρ. Κατιόντι δὲ τῷ ὁμομητρίῳ ἀδελφῷ 'Αντιόχῳ (5) καὶ ἀνεψιῷ τὰ ἐκ πατρὸς τῷ

(1) Codex arm. *Alexandrum Ium.*

(2) *Zabina* syriace est *emptus.*

(3) Heic est armeniaca vox nova *GODMONEAN*, quae videtur explicanda *aduncus* (id est *naso adunco praeditus.*)

(4) Grypus et Cyzicenus filii uterque Cleopatrae, quae nupsit primum Demetrio II, a quo Grypi mater effecta est; mox Antiocho Sideti, ex quo suscepit Cyzicenum. Erant autem Sidetes et Demetrius II filii uterque Demetrii I, adeoque fratres.

(5) Hactenus apud Scaligerum pro 'Αντιόχῳ legebatur ἀγιτράχῳ abnorme nulliusque, ut videtur, sensus vocabulum; nunc armenius interpres veram nos lectionem edocet.

Cyzicenus, potestate abdicata pergebat Aspendum; quamobrem etiam Aspendius appellatus est idem cui Grypo et Philometori agnomen erat.

22. Postquam Antiochus Aspendum secesserat, rerum potiebatur centesimae sexagesimae septimae olympiadis anno primo Cyzicenus Antiochus. Sed enim mox secundo anno eiusdem olympiadis redibat Aspendo Antiochus, Syriamque occupabat, praeter quamdam partem Cyziceno adhuc obnoxiam. Ergo imperium bifariam divisum est: quod Grypus usque ad centesimae septuagesimae olympiadis quartum annum insedit, annis post reditum quindecim in regia potestate versatus: ita ut annis omnino sex supra viginti regnaverit, nempe undecim imperio integro, quindecim bifariam diviso.

23. Iam ipse Cyzicenus a centesimae sexagesimae septimae olympiadis primo anno dominatus est, primo autem centesimae septuagesimae primae defunctus, postquam annis octodecim regnaverat, et quinquaginta vitam produxerat. Porro necis eius ratio eiusmodi fuit. Grypo Antiocho eo quod diximus tempore fatis functo, Seleucus huius filius adducto exercitu urbes plurimas subigebat. At vero Cyzicenus Antiochus contractis Antiochiae copiis manus infelici Marte conseruit: tum equo inter hostes elatus, quum iam capiendus esset,

ἐπικληθέντι Κυζικηνῷ, περὶ οὗ πρὸ ὀλίγου εἰρήκαμεν, ἐκχωρεῖ τῆς ἀρχῆς ἀπελθὼν εἰς τὴν Ἄσπενδον, ὅθεν καὶ Ἀσπένδιος ἐκλήθη ὁ αὐτὸς, καὶ Γρυπὸς, καὶ Φιλομήτως ἐπικαλούμενος.

22. *Τοῦ τοίνυν Ἀντιόχου εἰς τὴν Ἄσπενδον ἐκχωρήσαντος ἄρχει ἀπὸ τῆς ρξζ´ ὀλυμπιάδος ἔτους τοῦ πρώτου ὁ Κυζικηνὸς Ἀντίοχος. Τῷ δὲ δευτέρῳ τῆς αὐτῆς ὀλυμπιάδος κάτεισι πάλιν ἀπὸ τῆς Ἀσπένδου ὁ Ἀντίοχος. Καὶ κρατεῖ μὲν αὐτὸς τῆς Συρίας, ὁ δὲ Κυζικηνὸς τῆς Κοίλης. Διαιρεθείσης δὲ τῆς ἀρχῆς, ὁ μὲν Γρυπὸς παρατείνει ἄχρι τῆς ἑκατοστῆς ἑβδομηκοστῆς ὀλυμπιάδος τοῦ τετάρτου ἔτους, ἔτη κατὰ τὴν κάθοδον ἐπιζήσας δεκαπέντε, ὡς ἄρξαι τὰ πάντα εἴκοσι ἕξ, ἕνδεκα μὲν καθ᾽ ἑαυτὸν, πεντεκαίδεκα δὲ τῆς ἀρχῆς διῃρημένης.*

23. *Ὁ δὲ Κυζικηνὸς κρατήσας ἀπὸ τῆς ρξζ´ ἔτους πρώτου τελευτᾷ ἔτει ροα´ ὀλυμπιάδος, βασιλεύσας μὲν ἔτη ιη´, βιοὺς δὲ τὰ πάντα ἔτη ν´. Τελευτᾷ δὲ τοῦτον τρόπον. Ἀποθανόντος γὰρ τοῦ Γρυποῦ Ἀντιόχου κατὰ τὸν εἰρημένον χρόνον, Σέλευκος ὁ τούτου παῖς ἐπελθὼν μετὰ δυνάμεως πολλὰς πόλεις προσηγάγετο. Ἀντίοχος δὲ ὁ Κυζικηνὸς προσαγαγὼν ἐκ τῆς Ἀντιοχείας τὴν δύναμιν, καὶ παραταξάμενος ἐνικήθη· ἐξενεχθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ ἵππου*

educto gladio ipse sibi vitam exhausit. Quo facto regnum universum cum ipsa Antiochia in Seleuci potestatem redactum est.

24. Contra eum tamen bellum aluit residuus Cyziceni filius Antiochus. Reapse proelio in Cilicia prope urbem Mopsuestiam patrato victoriam Antiochus adeptus est. Seleucus autem in urbem fuga elapsus, sciscitabatur a civibus num se agnoscerent: cumque se agnitum audisset, ne vivus combureretur, manus ilico sibi attulit.

25. Tum fratres eius, qui gemini dicebantur, Antiochus et Philippus cum exercitu adventantes vi urbem ceperunt, fratrisque ulciscendi causa eamdem subverterunt. Hos tamen Cyziceni filius armis petiit ac debellavit: atque ex his quidem Antiochus Seleuci frater pugnâ equo admisso excedens temere in Orontem amnem delapsus vortice haustus periit.

26. Reliqui erant, qui de regno inter se decertarent, Philippus Seleuci frater Grypo Antiocho natus, et Antiochus Cyziceni filius. Hi orsi ab anno primo (1) olympiadis centesimae septuagesimae primae non sine delectis exercitibus, Syriae partem singuli tenebant, bellumque pro Syriae *universitate* gerebant, donec superatus Antiochus ad Parthos se fuga recepit. Idem postea per Pompeium intercessorem agebat,

αὐτοῦ πρὸς τοὺς πολεμίους, καὶ μέλλων συλλαμβάνεσθαι, ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν. Τῆς δὲ βασιλείας ὁ Σέλευκος ἐγκρατὴς γενόμενος παρέλαβε τὴν Ἀντιόχειαν.

24. Πρὸς δὲ τοῦτον ἐπολέμει τοῦ Κυζικηνοῦ υἱὸς γενόμενος Ἀντίοχος. Γενομένης δὲ μάχης ἐν τῇ Κιλικίᾳ περὶ πόλιν τὴν ὀνομαζομένην Μοψουεστίαν, ἐνίκησεν ὁ Ἀντίοχος. Σέλευκος δὲ φυγὼν εἰς τὴν πόλιν, καὶ πυθόμενος τοὺς ἐγχωρίους, ὅτι διεγνώκασιν αὐτὸν ζῶντα κατακαῦσαι, φθάσας ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν.

25. Οἱ δὲ ἀδελφοὶ αὐτοῦ οἱ κληθέντες δίδυμοι, Ἀντίοχός τε καὶ Φίλιππος, ἐπιφανέντες μετὰ δυνάμεως, καὶ τὴν πόλιν βίᾳ χειρωσάμενοι μετῆλθον τὴν ἀπώλειαν τοῦ ἀδελφοῦ, κατασκάψαντες τὴν πόλιν. Ἐπελθὼν δὲ ὁ τοῦ Κυζικηνοῦ υἱὸς μάχῃ αὐτοὺς νικᾷ. Καὶ τούτων Ἀντίοχος μὲν ὁ τοῦ Σελεύκου ἀδελφὸς ἀπὸ τῆς μάχης ἐλάυνων τὸν ἵππον, καὶ καταφυγὼν εἰς τὸν Ὀρόντην, ὑπὸ τοῦ ῥείθρου κατεφθάρη.

26. Λοιπῶν δὲ ὄντων τῶν ἀμφισβητούντων περὶ τῆς βασιλείας, Φιλίππου, τοῦ Σελεύκου μὲν ἀδελφοῦ, υἱοῦ δὲ τοῦ Γρυποῦ Ἀντιόχου, Ἀντιόχου τε τοῦ παιδὸς τοῦ Κυζικηνοῦ, ἀπὸ τρίτου ἔτους τῆς ροα´ ὀλυμπιάδος ἀρξάμενοι, καὶ δυνάμεις ἀξιολόγους ἔχοντες, καὶ μέρους τῆς Συρίας ἐπικρατοῦντες διεπολέμουν πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς Συρίας. Καὶ ἡττηθεὶς Ἀντίοχος εἰς Πάρθους ἀπέφυγε, καὶ ὕστερον Πομπηίῳ ἑαυτὸν ἐνεχείρισεν, ὡς ὑπ' αὐτοῦ καταχθησόμενος

---

(1) Graece *tertio*.

ut in Syriam reduceretur : verum hic pecuniâ ab Antiochenis acceptâ, nullam illius curam gessit, urbique libertate frui concessit. Interim et Alexandrini missis legatis Menelao, Lampone et Calimandro rogabant illum (1), ut digresso Alexandria Ptolemaeo Dionysi filio (2) Aegypti regnum una cum Ptolemaei filiabus capesseret. Verum ipse morbo gravatus interiit.

27. Imperio excidit etiam Philippus (3), de quo antea diximus, Grypi filius ac Tryphoneae Ptolemaeo octavo genitae. Idem quum averet Aegyptum adire, propterea quod ipsum quoque per id tempus alexandrini cives ad imperium accersebant, romanus Syriae proconsul Gabinius (4) Pompeii legatus negotium disturbavit. Igitur syriaticorum regum successio hactenus deducta finem nacta est.

28. Sunt autem Asianorum et Syrorum reges singillatim hi.

I. Asianis imperavit Antigonus annis XVIII.
II. Demetrius obsessor superioribus regionibus et Syriae annis XVII.
III. Seleucus Nicanor annis XXXII.
IV. Antiochus Soter annis XIX.
V. Antiochus Deus annis XV.

εἰς τὴν Συρίαν· ὁ δὲ λαβὼν παρ' Ἀντιοχέων χρήματα, τοῦ μὲν οὐκ ἐφρόντισεν, αὐτόνομον δὲ τὴν πόλιν εἴασε. Πεμψάντων δ' ἐπ' αὐτὸν Μενέλαον καὶ Λάμπωνα καὶ Καλλίμανδρον Ἀλεξανδρέων, ὅπως Πτολεμαίου τοῦ Διονύσου τῆς Ἀλεξανδρείας ἐκστάντος, αὐτὸς ἐλθὼν τῆς Αἰγύπτου βασιλεύσῃ μετὰ τῶν θυγατέρων τοῦ Πτολεμαίου, νόσῳ συσχεθεὶς ἐτελεύτησε.

27. *Καταλύεται δὲ καὶ Φίλιππος ὁ τοῦ Γρυποῦ καὶ Τρυφαίνης τῆς Πτολεμαίου τοῦ ὀγδόου υἱὸς ὁ προειρημένος· καὶ κατιέναι θέλοντα αὐτὸν εἰς τὴν Αἴγυπτον (μετεπέμψαντο γὰρ καὶ τοῦτον τότε οἱ Ἀλεξανδρεῖς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν) Γαβίνιος ὁ τῆς Συρίας ἄρχων ῥωμαῖος ἔπαρχος ὢν τοῦ Πομπηίου ἐπέσχε· καὶ οὕτως ἡ βασιλικὴ διαδοχὴ ἡ κατὰ Συρίαν ἄχρι τούτων φθάσασα κατελύθη.*

28. *Εἰσὶν οὖν ἐφεξῆς Ἀσίας καὶ Συρίας βασιλεῖς οἵδε.*

Ἀντίγονος ἐβασίλευσε τῆς Ἀσίας ἔτη ιη'.
Δημήτριος ὁ πολιορκητὴς τῶν τε ἄνω τόπων καὶ Συρίας ἔτη ιζ'.
Σέλευκος ὁ Νικάτωρ ἔτη λβ'.
Ἀντίοχος ὁ Σωτὴρ ἔτη ιθ'.
Ἀντίοχος ὁ Θεὸς ἔτη ιε'.

---

(1) Nempe *Antiochum*.

(2) Ita codex arm; sed dicendum videtur *Ptolemaeo Dionyso*.

(3) De Philippi et Seleucidarum fine nihil aliud paene tradunt tot syriaticarum rerum scriptores, nisi quod in Syriae regnum Tigranes armenius successerit, de quo lege Iustinum XL.

(4) De hoc magistratu Gabinii lege Cassium Dionem XXXIX. 55.

VI. Seleucus Callinicus annis XXI.
VII. Seleucus Ceraunus annis III.
VIII. Antiochus Magnus annis XXXVI.
IX. Seleucus (1) annis XII.
X. Antiochus Epiphanes annis XI.
XI. Antiochus huius filius anno I et mensibus VI.
XII. Demetrius Soter annis XII.
XIII. Alexander annis XV (2).
XIV. Demetrius Demetrii annis III.
XV. Antiochus Sidetes annis IX.
XVI. Demetrius iterum (3) annis IV.
XVII. Antiochus Grypus annis XXVI.
XVIII. Antiochus Cyzicenus annis XVII (4).
XIX. Philippus Grypi annis . . . (5) sub quo syriaticae dominationi finis est impositus. Post quos Romani.

Σέλευκος ὁ Καλλίνικος ἔτη κα΄.
Σέλευκος ὁ Κεραυνὸς ἔτη γ΄.
Ἀντίοχος ὁ Μέγας ἔτη λϛ΄.
Σέλευκος ὁ Φιλοπάτωρ ἔτη ιβ΄.
Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς ἔτη ια΄.
Ἀντίοχος ὁ Εὐπάτωρ ἔτος α΄, μῆνας ϛ΄.
Δημήτριος ὁ Σωτὴρ ἔτη ιβ΄.
Ἀλέξανδρος ἔτη ιε΄.
Δημήτριος Δημητρίου ἔτη γ΄.
Ἀντίοχος ὁ Σιδήτης ἔτη θ΄.
Δημήτριος αὖθις ἔτη δ΄.
Ἀντίοχος ὁ Γρυπὸς ἔτη κϛ΄.
Ἀντίοχος ὁ Κυζικηνὸς ἔτη ιη΄.
Φίλιππος ὁ τοῦ Γρυποῦ ἔτη β΄· ἐφ᾽ οὗ ἡ κατὰ Συρίαν ἀρχὴ κατελύθη.
Συνάγεται οὖν ὁ τῆς βασιλείας τῆς ὑπὸ Μακεδόνων χρόνος, ἀπὸ μὲν τοῦ Ἀντιγόνου, εἰς ἔτη σοδ΄, ἀπὸ δὲ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος, ἔτη σλθ΄. *Porphyrius in Scaligeri excerptis p. 61-62.*

---

(1) Graece *Seleucus Philopator.*

(2) Ita etiam graece, sed superius uterque textus *quinque.*

(3) In textu arm. heic quidem scribitur *ozoz*, posteriore autem libro in tabulis regum *ozaz*, quae videntur incognitae voces: utroque autem in loco scribitur in margine *iterum.*

(4) Graece *XVIII*, uti superius.

(5) Graece *annis II.*

CAPVT XLI.

De praecipuis auctoribus e quibus hoc opus excerptum est (1).

ROMANORVM reges, qui a Romulo, quique ab Augusto usque ad nostram aetatem extiterunt; Romanorum consules, a Iulio Caesare usque ad nos, nunc age iam addam (2) tot memoriis scripto consignatis quas hactenus coacervavi atque heic ordinatim digessi ex Alexandro polyhistore, ex Abydeno qui assyrias medicasque historias scripsit, e Manethonis tribus aegyptiacorum monumentorum libris, e Cephalionis novem musarum libris, e Diodori bibliothecae quadraginta voluminibus quibus breviter historiam usque ad Caium Caesarem texuit, e Cassii Longini octodecim libris quibus olympiades CCXXVIII complexus est, e Phlegonis (3) liberti Caesaris (4) quatuordecim (5) libris quibus olympiades CCXXIX continentur, e Castoris libris sex quibus pertingit a Nino usque ad CLXXXI olympiadem, e Thalli libris tribus memoriarum ab Ilio capto usque ad CLXVII olympiadem, e Porphyrio denique nostrae aetatis philosopho ab Ilio capto usque ad Claudii dominationem.

CAPVT XLII.

Tempora Romanorum.

1. NVNC demum ad tempora regni Romanorum veniendum est, quod ita appellari coepit septima olympiade, qua Romulus romanam urbem condidit: ex ipso autem tum huic urbi tum reliquis quae in eius ditione fuerunt appellatio parta est. Namque ante praedictam aetatem modo Latini, modo Aborigines, aliisque temporibus aliter dicti sunt.

---

(1) Hunc titulum nos addidimus.

(2) Locus hic in codice arm. aliquantum perplexus nobis videbatur.

(3) Codex arm. heic *Philegonis*; verum aliter in posteriore libro. Et quidem *Phlegonis* pro *Phlegontis* scribitur etiam a Suida.

(4) Nempe *Hadriani*.

(5) Suidas scribit *xvi*. Sed enim librum eius operis decimum tertium aut XIV laudat Origenes *in Celsum* II. 14. 33; decimum tertium Eusebius noster in posteriore libro ad annum MMXLVIII.

2. Itaque post Ilium captum regnavit apud illos Aeneas Anchisae eiusque posteri, quotquot ante urbem conditam eidem genti praefuerunt. Et eorum quidem historiam, praeter ipsos Romanos, alii quoque plurimi nominatimque Graeci summatim scripserunt: quo tamen ex numero duos tantum nostri huius argumenti praeclaros testes invocabimus: et statim quidem Dionysium qui romanae historiae compendium confecit, et praeter reliquam materiam romanas origines primo suo libro graviter strictimque persecutus est ab Aenea eiusque posteris regibus usque ad Iliae conceptum: a quo *auctore* ego quidem necessaria quaeque et commoda praesenti instituto parce mutuans, hac ratione disponam.

CAPVT XLIII.

E Dionysii Halicarnassei romanae historiae libro primo.

1. URBEM (*) dominatricem universae terrae et maris, quae nunc a Romanis incolitur, veteres chronographi habitatam a barbaris aiunt (1), Siculis videlicet gente indigena. Ante hos autem utrum alios *colonos* habuerit an vacua fuerit, nemo magnopere affirmare potest. Iam sublapsis temporibus eamdem bello diutino antiquis dominis Aborigines eripuerunt, qui eatenus sine moenibus sparsim atque vicatim montes insederant. Deinde Pelasgi aliique aliquot Graeci regionem tenuisse dicuntur, hique olim quidem Aborigines, postea vero Latini dicti sunt a Latino rege qui calente iliaco bello rerum potiebatur.

(*) Τὴν ἡγεμόνα γῆς καὶ θαλάσσης ἁπάσης πόλιν ἣν νῦν κατοικοῦσι Ῥωμαῖοι, παλαιότατοι τῶν μνημονευομένων λέγονται κατασχεῖν βάρβαροι Σικελοί, ἔθνος αὐθιγενές. Τὰ δὲ πρὸ τούτων, οὔθ᾽ ὡς κατείχετο πρὸς ἑτέρων, οὔθ᾽ ὡς ἔρημος ἦν, οὐδεὶς ἔχει βεβαίως εἰπεῖν. Χρόνῳ δὲ ὕστερον Ἀβοριγῖνες αὐτὴν παραλαμβάνουσι, πολέμῳ μακρῷ τοὺς ἔχοντας ἀφελόμενοι, οἳ τὸ μὲν πρότερον ἐπὶ τοῖς ὄρεσιν ᾤκουν ἄνευ τειχῶν κωμηδὸν καὶ σποράδες. Ἐπεὶ δὲ Πελασγοί τε καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τινὲς ἀναμιχθέντες αὐτοῖς συνήραντο τοῦ πρὸς τοὺς ὁμοτέρμονας πολέμου· μέχρι μὲν τοῦ τρωϊκοῦ πολέμου τὴν ἀρχαίαν τῶν Ἀβοριγίνων ὀνομασίαν ἔτι σώζοντες· ἐπὶ δὲ Λατίνου βασιλέως, ὃς κατὰ τὸν

(1) Ita textus armenius recedit a graeco, uti nunc est, exemplari.

Sexdecim demum peractis aetatibus urbem Romulus aedificavit et auxit, opumque ac legum maiestatem invexit.

2. Atque heic denuo ad orationis suae textum revertens haec ipsa verba conscribit: Aborigines (*), a quibus romanum genus propagatum est (1), quidam eiusdem Italiae indigenam peculiaremque populum aiunt (Porro Italiam appello litus universum ionici sinus marisque tyrrheni tertiamque terrae partem quam Latini obtinebant (2)). Nomen eorum interpretantur principes, capita gentis vel primigenos: de aliorum autem scriptorum sententia hac illac aberrantes vocantur, quia nempe ex pluribus regionibus convenerunt: rursus alii colonias exteras a Libybus (3) illuc venisse dicunt: quidam denique scriptores romani Graecos fuisse aiunt qui olim in Achaia habitaverint, multisque ante troianum bellum aetatibus turmatim inde migraverint. Tum etiam diserte addit: Et rei quidem veritas latet; ut ego tamen opinor, ex ea gente sunt qui modo Arcades appellantur: namque hi primi ionico sinu transmisso in Italia consederunt, duce Oenotro Lycaonis filio, qui post Zeum et Phoroneum quintus erat, aetate septima et decima ante troicum bellum. Iam Oenotro in montibus vitam agente, provincia Oenotria

ἰλιακὸν πόλεμον ἐδυνάστευσε, Λατῖνοι ἀρξάμενοι καλεῖσθαι. Ῥωμύλου δὲ τὴν πόλιν οἰκίσαντος ἑκκαίδεκα γενεαῖς τῶν τρωϊκῶν ὕστερον. κ. τ. λ. Ex libro I. 9.

(*) Τοὺς δὲ Ἀβοριγῖνας ἀφ' ὧν ἄρχει Ῥωμαίων τὸ γένος, *οἱ μὲν αὐτόχθονας Ἰταλίας, γένος αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ γενόμενον, ἀποφαίνουσιν. Ἰταλίαν δὲ καλῶ τὴν ἀκτὴν σύμπασαν, ὅσην ὁ ἰόνιός τε κόλπος καὶ τυῤῥηνικὸς καὶ τρίται περιέχουσιν ἐκ γῆς* Ἄλπεις· *καὶ τὴν ὀνομασίαν αὐτοῖς τὴν πρώτην φασὶ τεθῆναι, διὰ τὸ γενέσεως τοῖς μετ' αὐτοὺς ἄρξαι, ὥσπερ ἂν ἡμεῖς εἴποιμεν γενάρχας ἢ πρωτογόνους.* Ἕτεροι *δὲ λέγουσιν ἀνεστίους τινὰς καὶ πλανῆτας, ἐκ πολλῶν συνελθόντας χωρίων.* Ἄλλοι *δὲ* Λιγύων *ἀποίκους μυθολογοῦσιν αὐτοὺς γενέσθαι· καὶ ἄλλοι συχνοὶ* Ἕλληνας *αὐτοὺς εἶναι λέγουσι τῶν ἐν* Ἀχαΐᾳ *πότε οἰκησάντων, πολλαῖς γενεαῖς πρότερον τοῦ πολέμου τοῦ τρωϊκοῦ μεταναστάντας.* Τὸ *μὲν οὖν ἀληθὲς ὅπως ποτ' ἔχει, ἄδηλον· εἰ δ' ἔστιν ὁ τούτων λόγος ὑγιὴς, οὐκ ἂν ἑτέρου τινὸς εἴησαν ἄποικοι γένους, ἢ τοῦ καλουμένου νῦν ἀρκαδικοῦ· πρῶτοι γὰρ* Ἑλλήνων *οὗτοι περαιωθέντες τὸν ἰόνιον κόλπον ᾤκησαν* Ἰταλίαν, *ἄγοντος αὐτοὺς* Οἰνώτρου *τοῦ* Λύκαονος· *ἦν δὲ πέμπτος ἀπό τε* Αἰζειοῦ *καὶ* Φορωνέως. Ὁ *δὲ* Οἴνωτρος *ἑπτακαίδεκα γενεαῖς πρότερον τῶν ἐπὶ* Τροίαν

(1) Codex arm. *dominatus est*, quia ἄρχει ita explicavit interpres.

(2) Ita armenius textus magnopere recedit a graeco, uti nunc quidem se habet.

(3) Interpres arm. legit Λιβύων pro Λιγύων.

dicta est, coloni autem Oenotrii: qui deinde Itali audierunt ab Italo rege, unde et regio universa nomen Italiae contraxit. Italo successit Morges, a quo Morgetes appellati. Praeterea et Oenotri frater, cui nomen Peucetio, colonis pariter ex Arcadia deductis prope sinum ionicum sedes fixit, ex eoque populis factum est nomen Peucetiis. Haec omnia opinabili doctrina tradit.

3. Ait deinde (1) Pelasgorum colonias graecas venisse in Italiam ad communem cum Aboriginibus incolatum. Tum et ipsis Pelasgis Tyrrhenorum nomen esse inditum regionique universae Tyrrheniae de Tyrrheni cuiusdam eorum principis nomine.

4. Insuper Evandrum (*) ex Hellade provincia Palantioque urbe arcadica cum classe traiecisse, in iisque demum Italiae locis substitisse, in quibus deinde contigit ut Roma urbs conderetur. Arcadas item tradit graecas litteras in Italiam secum vexisse, nec non instrumenta musica, postremo leges ab iisdem esse propositas.

5. Post hos (†) etiam Herculem classem aliam Graecorum appulisse, praedictaque loca insedisse quibus olim nomen erat Saturnia, unde regio quoque universa Saturnia dicebatur. Porro de Herculis semine procreatum ibidem filium Latinum, qui Aboriginum terram rexerit, ex quo his Latinorum nomen adhaeserit: quumque Latinus absque liberis obiisset, Aeneam Anchisae filium imperio esse potitum.

στρατευσάντων. Ὤκισε ἐπὶ τοῖς ὄρεσιν· ἐκαλεῖτο δὲ ἥτε χώρα Οἰνωτρία, καὶ οἱ ἄνθρωποι Οἴνωτροι. Βασιλεὺς αὐτοῖς Ἰταλὸς, ἀφ᾽ οὗ μετωνομάσθησαν Ἰταλοί. Τούτου δὲ τὴν ἀρχὴν Μόργης διεδέξατο, ἀφ᾽ οὗ Μόργητες ἐκλήθησαν. κ. τ. λ. *Haec et reliqua sparsim libro I. 10-12.*

(*) *Μετὰ δ᾽ οὐ πολὺν χρόνον στόλος ἄλλος ἑλληνικὸς εἰς ταῦτα τὰ χωρία τῆς Ἰταλίας κατάγεται, ἐκ Παλαντίου πόλεως ἀρκαδικῆς ἀναστὰς· ἡγεῖτο δὲ τῆς ἀποικίας Εὔανδρος. Αἱροῦνται λόφον, ὅς ἐστι νῦν ἐν μέσῳ τῆς Ῥωμαίων πόλεως. Λέγονται δὲ καὶ γραμμάτων ἑλληνικῶν χρῆσιν εἰς Ἰταλίαν πρῶτοι διακομίσαι Ἀρκάδες, καὶ μουσικὴν τὴν δι᾽ ὀργάνων, νόμους τε θέσθαι.* Cap. XXXI-XXXIII.

(†) *Μετὰ τοὺς Ἀρκάδας ἄλλος ἀφικνεῖται στόλος ἑλληνικὸς, ἄγοντος Ἡρακλέους. Περὶ ταῦτα τὰ χωρία ὑπέμειναν, καὶ πολίζονται λόφον, ὃς ὑπὸ τῶν τότε ἀνθρώπων Σατόρνιος ἐλέγετο. Λέγουσι δέ τινες αὐτὸν καὶ παῖδα ἐν τοῖς χωρίοις τούτοις καταλιπεῖν Λατῖνον [ὃν] ἀνδρωθέντα τὴν Ἀβοριγίνων ἀρχὴν παραλαβεῖν. Τούτου δὲ ἄπαιδος τελευτήσαντος, περιστῆναι τὴν ἀρχὴν εἰς Αἰνείαν τὸν Ἀγχίσου.* Cap. XXXIV-XLIII.

(1) Cap. XVII-XXX.

6. Iam haec omnia rursus ad compendium conferens huiuscemodi verbis concludit: (*) Collectitiae gentes, quae morum quoque genere cum indigenis mixtae sunt, et quarum ex cinno gens romana conflata est, ante quam ea, quam modo habent, urbs incolis frequentaretur hae sunt. Primo quidem Aborigines, qui Siculos sedibus pepulerunt, graecam originem ex Peloponneso ducebant, atque, ut opinor, cum Oenotro ex ea quae nunc Arcadia dicitur migraverunt. Deinde Thessali (1) qui huc confluxerunt ex ea quae olim *fuit* Haemonia, nunc vero Thessalia appellatur. Tertio loco ii qui cum Evandro ex urbe Palantio venerunt. Posthinc qui cum Hercule militabant Peloponnesii, aliquot etiam Troianis admixtis. Ad extremum ii qui cum Aenea incolumes ex Ilio, Dardano, aliisque troianis urbibus evaserunt.

CAPVT XLIV.

Ex eodem libro. De tempore Aeneae in Italiam advèntus.

1. Ilivm, inquit, captum est aestate iam desinente, diebus septemdecim ante hiemale (2) solstitium, mense elaphebolione (3), prout Athenienses tempora supputant. Porro supererant, qui eum annum post solstitium implebant, dies quinque (4). Iam septem et triginta post

(*) Τὰ μὲν δὴ συνελθόντα ἔθνη καὶ κοινωσάμενα τοὺς βίους, ἐξ ὧν τὸ Ῥωμαίων γένος ὥρμηται, πρὶν ἣν νῦν ἔχουσιν οἰκισθῆναι πόλιν, ταῦτα ἐστίν. Ἀβοριγῖνες μὲν πρῶτον, οἱ Σικελεῖς ἐξανέστησαν ἐκ τούτων τῶν χωρίων, Ἕλληνες ὄντες τὸ ἀρχαῖον ἐκ Πελοποννήσου, τῶν σὺν Οἰνώτρῳ μετενεγκαμένων τὴν οἴκησιν ἐκ τῆς καλουμένης νῦν Ἀρκαδίας. Ἔπειθ᾽ οἱ μεταστάντες ἐκ τῆς τότε μὲν Αἱμονίας, νῦν δὲ Θετταλίας καλουμένης, Πελασγοί. Τρίτοι δὲ οἱ σὺν Εὐάνδρῳ παραγενηθέντες ἐς Ἰταλίαν ἐκ Παλαντίου πόλεως. Μετὰ δὲ τούτους τῶν σὺν Ἡρακλεῖ στρατευομένων Πελοποννησίων Ἐπειοί τε καὶ Φενεᾶται, οἷς καὶ τρωϊκόν τι ἐμέμικτο. Τελευταῖοι δὲ οἱ διασωθέντες σὺν Αἰνείᾳ Τρῶες ἐξ Ἰλίου τε καὶ Δαρδάνου καὶ τῶν ἄλλων τρωϊκῶν πόλεων. *Cap. LX.*

1. Ἴλιον μὲν γὰρ ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους, ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. Περιτταὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν εἴκοσι ἡμέραι. Ἐν δὴ ταῖς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα,

(1) Graecus textus *Pelasgi*.

(2) Ita codex arm. quum graece nunc sit *aestivum*. Sed enim et Lapus Dionysii interpres videtur legisse *vernum*.

(3) Ita codex arm. Est autem hic *februarius*, ut H. Stephanus certe definit; *thargelion* autem videtur *aprilis*.

(4) Textus graecus editus *dies viginti*. Scaliger *de emend. temp.* lib. I. p. 45 scribendum censet *dies XXI*.

expugnationem diebus videntur mihi Achaei res eius urbis composuisse, legationesque ibidem eorum causa qui secesserant misisse, atque foedus cum iisdem sacramento firmasse. Sequente autem anno, qui erat ab expugnatione primus (1), post autumnale aequinoctium, Troiani relicta patria Hellespontum traiiciebant, factaque in Thraciam exscensione, ibidem hiemem exigebant: quo in loco alios quoque profugos expectabant, seque ad maritimum cursum simul omnes persequendum parabant. Igitur ineunte vere conscensis navibus e Thracia solvebant, perque interiecta loca Siciliam usque meabant, quam ad regionem appulsis annus ibidem finitus est, dum alteram hiemem permixti Elymis in siculis urbibus degunt. Tum idoneo ad navigandum tempore, relicta insula, tyrrheni aequoris spatia tranabant, et denique Laurentum in Aboriginum litore media eadem aestate tenebant. Mox ea regione subacta Lavinii lares figebant. Atque ita secundus post captum Ilium annus circumactus est. Haec ego, prout mea sententia ferebat, exposui. Ceterum Aeneas fanis aliisque ornamentis plures urbis locos instruebat, quae mea adhuc aetate partim supersunt, et sequente anno, qui tertius post discessum erat, Troianis

ταῖς ἀπὸ τῆς ἁλώσεως διαγενομέναις, τά τε περὶ τὴν πόλιν οἴομαι διοικήσασθαι τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ τὰς πρεσβείας ἐπιδείξασθαι τὰς περὶ (2) τῶν ἀφεστηκότων, καὶ τὰ ὅρκια ποιήσασθαι πρὸς αὐτούς· τῷ δ' ἑξῆς ἔτει, πρώτῳ δὲ μετὰ τὴν ἅλωσιν περὶ τὴν μετοπωρινὴν ἰσημερίαν ἄραντες οἱ Τρῶες ἐκ τῆς γῆς, περαιοῦνται τὸν Ἑλλήσποντον· καὶ καταχθέντες εἰς τὴν Θρᾴκην, αὐτοῦ διατρίβουσι τὴν χειμερινὴν ὥραν, δεχόμενοί τε τοὺς ἔτι συνιόντας ἐκ τῆς φυγῆς, καὶ παρασκευαζόμενοι τὰ εἰς τὸν ἀπόπλουν. Ἐκ δὲ τῆς Θρᾴκης ἀναστάντες ἔαρος ἀρχομένου, τελοῦσι τὸν μεταξὺ πλοῦν, ἄχρι Σικελίας· ἐκεῖ δὲ ὁρμισαμένοις αὐτοῖς τὸ ἔτος τοῦτο τελευτᾷ, καὶ διατρίβουσι τὸν δεύτερον χειμῶνα, τὰς πόλεις συνοικίζοντες τοῖς Ἐλύμοις ἐν Σικελίᾳ. Πλωΐμων δὲ γενομένων ἄραντες ἀπὸ τῆς νήσου, περῶσι τὸ τυῤῥηνικὸν πέλαγος, καὶ τελευτῶντες εἰς Λωρεντὸν ἀφικνοῦνται, τὸν Ἀβοριγίνων αἰγιαλὸν, μεσούσης θερείας. Λαβόντες δὲ τὸ χωρίον, οἰκίζουσιν ἐν αὐτῷ Λαουίνιον, τὸν δεύτερον ἀπὸ τῆς ἁλώσεος ἐκπληρώσαντες ἐνιαυτὸν. Καὶ περὶ μὲν τούτων ὡς ἔχω δόξης, δεδήλωταί μοι. Αἰνείας δὲ κατασκευάσας ἱεροῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις κόσμοις ἀποχρώντως τὴν πόλιν, ὧν τὰ πλεῖστα ἔτι καὶ εἰς ἐμὲ ἦν, τῷ μὲν ἑξῆς ἐνιαυτῷ, τρίτῳ δὲ ἀπὸ τῆς ἐξόδου, Τρώων ἐβασίλευσε μόνον· τῷ δὲ τετάρτῳ

(1) Codex arm. *Sequente etiam anno ante captam* (Troiam).

(2) Ita lego cum H. Stephano, cui suffragantur codex graecus ambrosianus, et armenius interpres.

tantummodo imperabat; quarto tamen regnum quoque morientis Latini sibi vindicabat, iure videlicet affinitatis hereditatisque quae ad Laviniam defuncto Latino perveniebat. Tum paulo post pergit dicere: His de causis quum bellum pugnaque atrox coorta esset, Latinus et Turnus cum aliis plurimis desiderati sunt, superiores autem discesserunt Aeneae socii: atque regnum affinitatis iure ad se devolutum Aeneas obtinebat, idque annis tribus regebat, donec anno quarto post Latini necem bello consumptus est.

2. Et paucis interiectis ait: Postquam Aeneas mortali vita migraverat, anno post Ilium captum prorsus septimo Latinorum dux coepit esse Euryleon, qui Ascanius in fuga (1) fuerat appellatus. Deinde narrationem persequens ait: Quum octavo et trigesimo regni anno obiisset Ascanius, dignitas ad Silvium Ascanii fratrem recidit, qui Aeneae natus erat postumus ex Lavinia Latini filia. Et paulo inferius dicit: Silvio undetriginta annis potestate functo, Aeneas filius in regnum successit, qui annis undetriginta (2) dominatus est. Post hunc Latinus quinquaginta annis et uno. Post hunc Alba undequadraginta annis. Post Albam Epistus (3) sex cum viginti annis. Deinde Calpis

τελευτήσαντος Λατίνου, καὶ τὴν ἐκείνου βασιλείαν παραλαμβάνει, τῆς τε κηδείας οἰκειότητι τῆς πρὸς αὐτὸν, ἐπικλήρου τῆς Λαύνας γενομένης μετὰ τὸν Λατίνου θάνατον. Πολέμου δὲ ἐκ τῶν ἐγκλημάτων τούτων γενομένου καὶ μάχης ἰσχυρᾶς, Λατῖνος μὲν ἀποθνήσκει καὶ Τυρνὸς καὶ τῶν ἄλλων συχνοί· κρατοῦσι δ' ὅμως οἱ σὺν Αἰνείᾳ· ἐκ δὲ τούτου τὴν ὑπὸ τῷ κηδεστῇ γενομένην ἀρχὴν Αἰνείας παραλαμβάνει· τρία δὲ βασιλεύσας ἔτη μετὰ τὴν τοῦ Λατίνου τελευτὴν, τῷ τετάρτῳ θνήσκει κατὰ πόλεμον. Cap. LXIV.

2. *Αἰνείου δ' ἐξ ἀνθρώπων μεταστάντος ἑβδόμῳ μάλιστα ἔτει μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν, Εὐρυλέων παρέλαβε τὴν Λατίνων ἡγεμονίαν, ὁ μετονομασθεὶς Ἀσκάνιος ἐν τῇ φυγῇ.* Cap. LXV.

Ἀσκανίου δὲ ὀγδόῳ καὶ τριακοστῷ ἔτει τῆς βασιλείας τελευτήσαντος, παρέλαβε τὴν ἡγεμονίαν Σιλούιος, ἀδελφὸς ὢν Ἀσκανίου, μετὰ τὸν Αἰνείου θάνατον γενόμενος ἐκ Λαύνας τῆς Λατίνου θυγατρός. Cap. LXX.

Σιλουίου δ' ἑνὸς δέοντα τριάκοντα ἔτη κατασχόντος τὴν ἀρχὴν, Αἰνείας υἱὸς αὐτοῦ διαδεξάμενος τὴν δυναστείαν, ἑνὶ πλείω τριάκοντα ἐτῶν ἐβασίλευσε. Μετὰ δὲ τοῦτον, ἓν καὶ πεντήκοντα Λατῖνος ἦρξεν ἔτη. Ἄλβας δὲ μετὰ τοῦτον ἑνὸς δέοντα τετταράκοντα ἐτῶν ἐβασίλευσε. Μετὰ δὲ Ἄλβαν Κάπετος

(1) Ita interpres arm. *in fuga* pro *in exilio*.
(2) Graece *XXXI*.
(3) Hoc et sequentia aliquot nomina a graeca scriptura abludunt.

annis octo et viginti. Deinde Calpetus annis tredecim potestatem tenuit. Deinde Tiberius octo annis regnavit. Hic proelio occubuit quod in fluvii cuiusdam ripa patratum dicitur: equo nimirum in vorticem amnis excussus cognominem fluvium sibi fecit, qui quum antea diceretur Alba, mox Tiberis (1) appellatus est.

3. Tiberii successor regnavit Agrippa anno uno supra quadraginta. Post Agrippam Amulius (2) acer Deoque (3) invisus tyrannus undeviginti annis. Hic Deorum contemptor machinas ad simulanda fulmina struxit, et tonitruum sonitus imitatus est, quibus homines adinstar Numinis terrere volebat (4). Sed enim imbribus fulminibusque in eius domum irruentibus, lacus item regiae adiacens praeter consuetudinem in eiusdem domum exundavit: atque ita ille cum universa domo sua exterminatus est. Et nunc etiam quadam in parte, lacu deficiente, subsidentibus aquis et fundo aequoris quieto, cubiculorum rudera aliorumque aedificiorum vestigia se produnt.

4. Iam qui huic in imperium successit Aventius (de quo unus e collibus septem, qui intra romanam urbem sunt, nomen contraxit)

ἓξ ἐπὶ τοῖς εἴκοσιν. Ἔπειτα Κάπυς δυοῖν δέοντα τριάκοντα. Μετὰ δὲ Κάπυν Κάλπετος ἄχρι τρισκαίδεκα ἐτῶν κατέσχε τὴν ἀρχήν. Ἑξῆς δὲ Τιβερῖνος (5) ὀκταετῆ χρόνον ἐβασίλευσε. Τελευτῆσαι δὲ τοῦτον ἐν μάχῃ παρὰ ποταμῷ γενομένῃ λέγεται· παρενεχθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ ῥεύματος, ἐπώνυμον ἑαυτῷ κατέλιπε τὸν ποταμόν, Ἄλβουλαν καλούμενον πρότερον.

3. Τιβερίνου δὲ διάδοχος Ἀγρίπας ἓν καὶ τετταράκοντα ἐβασίλευσεν ἔτη. Μετὰ δὲ Ἀγρίπαν, Ἀλλάδης, τυραννικόν τι χρῆμα καὶ Θεοῖς ἀπεχθόμενον, ἑνὸς δέοντα εἴκοσιν· ᾧ περιφρονοῦντι τὰ δαιμόνια κατεσκεύαστο κεραυνῶν τε μιμήματα καὶ κτύποι βρονταῖς ἐμφερεῖς, οἷς δεδίττεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ὡς Θεὸς ἠξίου. Ὄμβρων δὲ καὶ κεραυνῶν εἰς τὸν οἶκον κατασκηψάντων, τῆς τε λίμνης, παρ᾽ ἣν οἰκῶν ἐτύγχανε, πλημμύραν οὐκ εἰωθυῖαν λαβούσης, κατακλυσθεὶς πανοίκιος ἀπόλλυται. Καὶ νῦν ἔτι διαλειπούσης τῆς λίμνης ἐν μέρει τινὶ, ὅταν ὑπονοστήσῃ τὸ νᾶμα, καὶ σταθερὸς ὁ βυθὸς γένηται, παστάδων ἐρείπια καὶ ἄλλα οἰκήσεως ἴχνη φαίνεται.

4. Ἀουεντῖνος δὲ παρὰ τούτου τὴν δυναστείαν διαδεξάμενος, οὗ τῶν ἑπτὰ λόφων τὶς ἐπώνυμος ἐγένετο τῶν συμπεπολισμένων τῇ Ῥώμῃ, τριάκοντα καὶ

(1) Codex arm. *Tiberia*.

(2) Graecus textus vulgatus pro *Amulius* habet Ἀλλάδης, non tamen sine variis lectionibus Ἀλλώδιος et Ἀλλάδιος.

(3) Graece *Diisque*.

(4) Vocem graecam ἠξίου armenius interpres explicat *dignabatur*, eique adiungit *imbribus*, sic fere scribens: *territabat, imbribusque dignabatur* etc.

(5) Codex ambr. Τεβερῖνος, et inferius Τεβερίνου.

triginta et septem annis dominatus est. Post hunc Procas annis octo et viginti. Postea Amulius qui contra fas regnum Nemetori maiori fratri interceptum tyrannice tenebat annis quadraginta duobus. Iamvero interfecto Amulio a filiis nobilis (1) puellae, sicuti mox dicemus, Romulo et Remo, illo inquam mortuo legitimam dominationem adibat Nemetor matris iuvenum pater. Porro altero imperantis Nemetoris anno, qui erat post Ilium captum trigesimus secundus supra trecentesimum (2), coloniam amandabant Albani Romulo et Remo ducibus, Romamque condebant eodem (3) septimae olympiadis anno, quo vincebat stadio Daicles (4) messenius, atque Athenis imperabat Charops decennalis potestatis anno primo.

Idem Scriptor sequentia etiam praedicto libro addit, variis modis evolvens romanae urbis historiam.

CAPVT XLV.

De urbe Roma condita.

1. QVVM magnopere disputatum sit de Urbe condita, nempe et de aedificii tempore et de eiusdem auctoribus; tamen, ut ego opinor, nulla satis idonea historia extat, quod omnibus palam fiet, qui

ἑπτὰ ἔτη τὴν ἀρχὴν κατέσχε. Πρόκας δὲ μετὰ τοῦτον ἔτη εἴκοσι καὶ τρία. Ἔπειτα Ἀμούλιος, ὃς οὐ σὺν δίκῃ τὴν βασιλείαν κατασχὼν Νεμέτωρι προσήκουσαν, ὃς ἦν αὐτῷ πρεσβύτερος ἀδελφὸς, δύο καὶ τετταράκοντα ἔτη δυναστεύει. Ἀμουλίου δὲ ἀναιρεθέντος ὑπὸ Ῥωμύλου καὶ Ῥώμου, τῶν ἐκ τῆς ἱερᾶς κόρης γενομένων, ὡς αὐτίκα λεχθήσεται, μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον ἀπολαμβάνει τὴν κατὰ νόμον δυναστείαν Νεμέτωρ ὁ τῶν νεανίσκων μητροπάτωρ. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει τῆς Νεμέτωρος ἀρχῆς, δευτέρῳ δὲ καὶ τριακοστῷ καὶ τριακοσιοστῷ μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν, ἀποικίαν στείλαντες Ἀλβανοὶ, Ῥωμύλου καὶ Ῥώμου τὴν ἡγεμονίαν αὐτῆς ἐχόντων, κτίζουσι Ῥώμην, ἔτους ἐνεστῶτος πρώτου τῆς ἑβδόμης ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Δαικλῆς μεσήνιος, ἄρχοντος Ἀθήνῃσι Χαροποῦ ἔτος τῆς δεκαετίας πρῶτον. Cap. LXXI.

1. Ἀμφισβητήσεως δὲ πολλῆς οὔσης καὶ περὶ τοῦ χρόνου τῆς κτίσεως, καὶ περὶ τῶν οἰκιστῶν τῆς πόλεως, οὐδὲ αὐτὸς ᾤμην δεῖν ὥσπερ ὁμολογούμενα πρὸς

(1) Ita interpres arm. pro *sacrae*. Hoc epitheton additur etiam *Bibliis* cap. XVII. 5, quo loco nos diximus *venerabilibus*.

(2) Ita codex arm. itemque codex graecus Dionysii ambrosianus; ita etiam Lapi codex. Verum textus graecus vulgatus *quadringentesimum*.

(3) Graece *primo*.

(4) Superius p. 143. *Darcles* in arm. codice, at graece ibidem *Diucles*.

rem saltem obiter attingere volent (1). Cephalion quidem gergesaeus (2) scriptor satis antiquus (3), altera post iliacum bellum aetate conditam ait Urbem ab iis qui Ilio incolumes cum Aenea discesserunt: eiusque incolatus (4) auctorem putat ipsum ducem coloniae Remum, quem unum ex Aeneae filiis affirmat. Nam quatuor liberos susceptos ab Aenea dicit, Ascanium, Euryleontem, Romulum et Romum (5). Et quidem a Diodoro (6) quoque atque Agathymo (7) multisque aliis idem et tempus et dux coloniae profertur. Verum qui Argivorum res sacras (8) et cetera gesta collegit (9), is Aeneam e Molossis in Italiam cum Ulysse appulsum, urbem incolis frequentavisse ait, eamque appellasse ex quadam latina (10) femina Romam: hanc autem ceteris ait troianis civibus (11), vagi erroris fessis atque pertaesis auctorem fuisse, ut secum naves inflammarent. Huic consonant Damastes sidetes (12) aliique nonnulli.

ἁπάντων ἐξ ἐπιδρομῆς ἐπελθεῖν (13). *Κεφάλων μὲν γὰρ ὁ γεργίθιος, συγγραφεὺς παλαιὸς πάνυ, δευτέρᾳ γενεᾷ μετὰ τὸν ἰλιακὸν πόλεμον ἐκτίσθαι λέγει τὴν πόλιν ὑπὸ τῶν ἐξ Ἰλίου διασωθέντων σὺν Αἰνείᾳ· οἰκιστὴν δὲ αὐτῆς ἀποφαίνει τὸν ἡγησάμενον τῆς ἀποικίας Ῥῶμον· τοῦτον δ' εἶναι τῶν Αἰνείου παίδων ἕνα· τέτταρας δέ φησιν Αἰνείᾳ γενέσθαι παῖδας· Ἀσκάνιον, Εὐρυλέοντα, Ῥωμύλον, Ῥῶμον. Εἴρηται δὲ Δεμαγόρᾳ καὶ Ἀγαθύμῳ καὶ ἄλλοις συχνοῖς ὅ, τε χρόνος, καὶ ὁ τῆς ἀποικίας ἡγεμὼν ὁ αὐτός. Ὁ δὲ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει καὶ τὰ καθ' ἑκάστην πραχθέντα συναγαγών, Αἰνείαν φησὶν ἐκ Μολοττῶν εἰς Ἰταλίαν ἐλθόντα μετ' Ὀδυσσέως, οἰκιστὴν γενέσθαι τῆς πόλεως· ὀνομάσαι δ' αὐτὴν ἀπὸ μιᾶς τῶν ἰλιάδων Ῥώμης· ταύτην δὲ λέγει ταῖς ἄλλαις τρῳάσι παρακελευσαμένην, κοινῇ μετ' αὐτῶν ἐμπρῆσαι τὰ σκάφη, βαρυνομένην τῇ πλάνῃ· ὁμολογεῖ δ' αὐτῷ καὶ Δαμαστὴς ὁ σιγεὺς καὶ ἄλλοι τινές.*

---

(1) Sic a graeco, qui nunc legitur, textu magnopere recedit textus armenius. Neque tamen idem caret obscuritate.

(2) Ita etiam apud Syncellum p. 192. B. *γεργισαῖος*. Videtur autem Eusebius ita scripsisse; Syncellus enim praedicto loco caput hoc eusebianum paene totum exscribit. Sed melior lectio textus editi graeci *gergithius*, cui suffragatur etiam codex ambrosianus.

(3) In codice arm. lacuna est unius vocabuli, sed, ut videtur, frustra.

(4) Interpres arm. saepe in hoc capite verbum graecum *οἰκίζω* cum derivatis haud explicat *condo*, sed *habito* sive *incolis frequento*.

(5) Ita heic et saepe codex arm. uti et graecus textus *Romum*.

(6) Graece *Demagora*.

(7) Ita etiam Syncellus, quem nos heic et alibi interdum secuti sumus. At graecus textus vulgatus *Agathyllo*.

(8) Ita arm. interpres.

(9) Ita loquitur heic armenius interpres.

(10) Graece *iliaca*.

(11) Ita loquitur armenius interpres. Immo pro *civibus* dicit *civitatibus*.

(12) Graece *sigeus*; Syncellus *aegiensis*. Iam in arm. codice mendose scribitur etiam *Edamastes*.

(13) Codex gr. ambr. *ἀπελθεῖν*.

2. Praeterea philosophus Aristoteles ait, Achaeos aliquot Troia revertentes, dum Maleum (1) navigarent, saeva hieme correptos, ventis hac illac per universum maris tractum vagari coactos, tandem locum Opicae tenuisse nomine Latium, quod tyrrheni maris vastitati adiacet. Iamvero quum terram libenter admodum aspexissent, subductis navibus hiemalem tempestatem ibidem transegisse, mox vere ineunte cursum instauraturos: verum navibus nocturno incendio absumptis quum non possent discedere, invitos in eo quò appulerant loco sedes fixisse. Hunc porro *casum* contigisse iis captivarum mulierum opera ab Ilio abductarum, quae metuentes, ne si in Achaiam irent, inibi servitutem servirent, navibus flammas iniecerunt.

3. Callias autem, qui res gestas ab Agathocle scripsit, Romam, feminam quamdam troianam in Italiam cum aliis devectam, nupsisse Latino Aboriginum regi ait, ex eaque procreatos filios Romum et Romulum, qui Urbem civibus repleverint, eidemque matris suae nomen imposuerint. At vero Xenagoras historicus ex Ulysse et Circe (2) tres genitos ait liberos Romum, Antiam, et Ardeam, qui tres urbes a se conditas de nominibus suis nuncupaverint. Denique Dionysius chalcidensis

2. Ἀριστοτέλης δὲ ὁ φιλόσοφος Ἀχαιῶν τινας ἱστορεῖ τῶν ἀπὸ Τροίας ἀνακομισαμένων περιπλέοντας Μαλέον, ἔπειτα χειμῶνι βιαίῳ καταληφθέντας, τέως μὲν ὑπὸ τῶν πνευμάτων φερομένους πολλαχῇ τοῦ πελάγους πλανᾶσθαι· τελευτῶντας δ᾽ ἐλθεῖν εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς Ὀπικῆς, ὃς καλεῖται Λάτιον, ἐπὶ τῷ τυῤῥηνικῷ πελάγει κείμενος· ἀσμένους δὲ τὴν γῆν ἰδόντας, ἀνελκῦσαί τε τὰς ναῦς αὐτόθι, καὶ διατρίψαι τὴν χειμερινὴν ὥραν, παρασκευαζομένους ἔαρος ἀρχομένου πλεῖν· ἐμπρησθεισῶν δὲ αὐτοῖς ὑπὸ νύκτα τῶν νηῶν, οὐκ ἔχοντας ὅπως ποιήσονται τὴν ἄπαρσιν, ἀβουλήτῳ ἀνάγκῃ τοὺς βίους ἐν ᾧ κατήχθησαν χωρίῳ ἱδρύσασθαι· συμβῆναι δὲ αὐτοῖς τοῦτο, διὰ γυναῖκας αἰχμαλώτους, ἃς ἔτυχον ἔχοντες ἐξ Ἰλίου· ταύτας δὲ κατακαῦσαι τὰ πλοῖα, φοβουμένας τὴν οἴκαδε Ἀχαιῶν ἄπαρσιν, ὡς εἰς δουλείαν ἀφιξομένας.

3. Καλλίας δὲ ὁ τὰς Ἀγαθοκλέους πράξεις ἀναγράψας, Ῥώμην τινὰ τρῳάδα τῶν ἀφικνουμένων ἅμα τοῖς ἄλλοις Τρωσὶν εἰς Ἰταλίαν, γήμασθαι Λατίνῳ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀβοριγίνων, καὶ γεννῆσαι δύο παῖδας, Ῥῶμον καὶ Ῥωμύλον· οἰκίσαντας δὲ πόλιν, ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῇ θέσθαι τοὔνομα. Ξεναγόρας δὲ ὁ συγγραφεὺς, Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης υἱοὺς γενέσθαι τρεῖς, Ῥῶμον, Ἀντίαν, Ἀρδέαν· οἰκίσαντας δὲ τρεῖς πόλεις, ἀφ᾽ ἑαυτῶν θέσθαι τοῖς κτίσμασι τὰς ὀνομασίας. Διονύσιος δὲ ὁ

(1) Ita arm. interpres, et graece Syncellus. Videtur autem intelligendus *sinus Maleus*.

(2) Haec nomina corrupta sunt in arm. codice.

a Romo frequentatam civibus Urbem affirmat, quem, inquit, alii Ascanio alii Emathione genitum dixerunt. Neque desunt qui Romam excitatam aiunt a Romo qui ex Italo et Leuce Latini filia ortus est.

4. Quamquam e graecis scriptoribus complures alios revera appellare possum, qui adhuc aliter de Urbis frequentatoribus disserunt; tamen ne verbosior existimer ad romanos scriptores (1) accedam. Vetustus profecto sive sermonum scriptor (2) sive historicus nemo romanus est: tantum ex antiquis memoriis, quae in sacris libris adservantur, unusquisque lucubrationes suas concinnavit. Iam horum alii Aeneae filios aiunt Romulum et Remum (3) Romae frequentandae auctores: alii ex Aeneae filia genitos, sed patrem non definiunt: hosque ab Aenea Latino Aboriginum regi datos obsides quo tempore indigenae cum advenis foedus icebant: quos quidem exceptos Latinus tum optime instituendos curaverit, tum sine masculis liberis vita decedens in dominii sui partem quamdam successores vocaverit.

χαλκιδεὺς οἰκιστὴν μὲν ἀποφαίνει τῆς πόλεως Ῥῶμον· τοῦτον δὲ λέγει κατὰ μέν τινας Ἀσκανίου, κατὰ δέ τινας Ἠμαθίωνος παῖδα εἶναι· εἰσὶ δέ τινες οἳ τὴν Ῥώμην ἐκτίσθαι λέγουσιν ὑπὸ Ῥώμου τοῦ Ἰταλοῦ, μητρὸς δὲ Δεύκης (4) τῆς Λατίνου θυγατρός.

4. *Ἔχων δὲ πολλοὺς καὶ ἄλλους τῶν ἑλληνικῶν παρέχεσθαι συγγραφέων, οἳ διαφόρους ἀποφαίνουσι τοὺς οἰκιστὰς τῆς πόλεως, ἵνα μὴ δόξαιμι μακρηγορεῖν, ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίων ἐλεύσομαι συγγραφεῖς. Παλαιὸς μὴν οὖν οὔτε συγγραφεὺς οὔτε λογογράφος ἐστὶ Ῥωμαίων οὐδὲ εἷς· ἐκ παλαιῶν μέντοι λόγων ἐν ἱεραῖς δέλτοις σωζομένων, ἕκαστός τις παραλαβὼν ἀνέγραψε. Τούτων δέ τινες μὲν Αἰνείου γενέσθαι υἱοὺς λέγουσι Ῥωμύλον καὶ Ῥῶμον, τοὺς οἰκιστὰς τῆς Ῥώμης· ἕτεροι δὲ θυγατρὸς Αἰνείου παῖδας· ὅτου δὲ πατρὸς, οὐκέτι διορίζοντες· δοθῆναι δ' αὐτοὺς ὑπ' Αἰνείου Λατίνῳ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀβοριγίνων ὁμηρεύσοντας, ὅτε αἱ πίστεις τοῖς ἐπιχωρίοις πρὸς τοὺς ἐπήλυδας ἐγένοντο· ἀσπαζόμενον δὲ αὐτοὺς Λατῖνον τῇ τε ἄλλῃ θεραπείᾳ περιέπειν εὖ, ἐκγόνου τε ἄῤῥενος ἄπαιδα τελευτῶντα, διαδόχους μέρους τινὸς τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς καταλιπεῖν.*

(1) Codex arm. mendose *ad romanum scriptorem*.

(2) Ita potius explicatur ab. arm. interprete λογογράφος, quam *fabularum scriptor*, ut fit ab aliis interpretibus.

(3) Ita heic codex arm. *Remum*.

(4) Ita Eusebius seu Dionysius etiam apud Syncellum. Accedit quodammodo codex vaticanus, in quo legitur Λεύκτρας.

5. Alii vero narrant, Aenea e vivis sublato, Ascanium universam Latini ditionem obtinuisse, quam tamen cum fratribus communicaverit Romulo et Romo, terra videlicet Latinorum potentiaque tripertito divisa. Ipsum vero Albam atque alia oppidula condidisse; at Romum Capuam a proavo Capy appellatam (1); itemque ab Anchisa avo Anchisam; tum etiam Aeneam, postea Anicavum (2) dictam, ex patre; denique de suo nomine Romam (3); iamvero hanc urbem aliquamdiu destructam, per alios denuo colonos quos Albani deduxerint, ducibus Romulo et Remo, pristinam formam recuperavisse: ita ut duplex sit Romae conditus, prior quidem paulo post troianum bellum, alter vero quindecim interpositis aetatibus superiorem consequatur.

6. Immo siquis remotiora adhuc tempora inspiciat, tertium quemdam his vetustiorem inveniet Romae conditum, ante quam Aeneas Troianique ad Italiam adventarint. Atque hunc non vulgaris aliquis scriptor narrat, sed ipse Antiochus syracusanus cuius superius meminimus (4). Is ait, regnante in Latio (5) Morgete (6) (erat autem eo tempore Italia a Tarento usque ad Paesti litus (7)) quemdam venisse ad

5. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν Αἰνείου τελευτήσαντος, Ἀσκάνιον ἅπασαν τὴν ἀρχὴν παραλαβόντα, νείμασθαι πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς Ῥωμύλον τε καὶ Ῥῶμον, τήν τε χώραν καὶ τὴν δύναμιν τῶν Λατίνων τριχῇ· αὐτὸν μὲν δὴ τήν τε Ἄλβαν κτίσαι καὶ ἄλλ᾽ ἄττα πολίσματα· Ῥῶμον δὲ Καπύην μὲν, ἀπὸ τοῦ προπάππου Κάπυος· Ἀγχίσαν δὲ, ἀπὸ τοῦ προπάτορος Ἀγχίσου· Αἰνείαν δὲ, τὴν ὕστερον κληθεῖσαν Ἀνείκλον, ἀπὸ τοῦ πατρὸς· Ῥώμην, δὲ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ. Ταύτην δὲ χρόνους τινὰς ἐρημωθεῖσαν, ἑτέρας αὖθις ἐλθούσης ἀποικίας, ἣν Ἀλβανοὶ ἔστειλαν, ἡγουμένου Ῥωμύλου καὶ Ῥώμου, τὴν ἀρχαίαν κτίσιν ἀπολαβεῖν· ὥστε διττὰς εἶναι τῇ Ῥώμῃ τὰς κτίσεις· τὴν μὴν ὀλίγον ὕστερον τῶν τροϊκῶν γενομένην· τὴν δὲ, πεντεκαίδεκα γενεαῖς ὑστεροῦσαν τῆς προτέρας.

6. Εἰ δέ τις ἀπιδεῖν βουλήσεται τὰ προσώτερα, καὶ τρίτη τις ἀρχαιοτέρα τούτων εὑρεθήσεται Ῥώμη, γενομένη πρὶν Αἰνείαν καὶ Τρῶας ἐλθεῖν ἐν Ἰταλίᾳ. Ταῦτα δὲ οὐ τῶν ἐπιτυχόντων τὶς οὐδὲ νέων συγγραφεὺς ἱστόρηκεν, ἀλλ᾽ Ἀντίοχος ὁ συρακούσιος, οὗ καὶ πρότερον ἐμνήσθην. Φησὶ δὲ Μόργητος ἐν Ἰταλίᾳ βασιλεύοντος· ἦν δὲ τότε Ἰταλία ἡ ἀπὸ Τάραντος ἄχρι Ποσειδωνίας παράλιος·

---

(1) Codex arm. mendose *Capenem a proavo appellatam et a Bio*.

(2) Ita codex arm. pro *Anicluм* vel *Ianiculum*.

(3) In codice arm. additur mendose *Romuli*.

(4) Nempe in Dionysii ipsius primo *antiquitatum romanarum* libro capp. XII. XXII. XXXV.

(5) Graece *in Italia*, quae est melior lectio.

(6) Codex arm. *Amorgete*.

(7) Interpres arm. pro παράλιος videtur legisse παράλιον, quae spernenda lectio non est.

eum Roma profugum hominem. Utitur autem his verbis: « Quum » Italus consenuisset, Morges regnavit. Sub eo profugus venit » e quadam Roma vir nomine Siculus ». Ergo de syracusani scriptoris sententia vetustior est priorque troianis temporibus Roma. Utrum autem eo loco ubi nunc sita est Urbs, an alibi extiterit oppidum quodvis isto nomine indigitatum, quoniam ipse incertum relinquit, ne ego quidem coniectura adsequi possum. Atque de antiquis aedificationibus satis a me dictum existimo.

7. Postremam autem, sive eam incolarum frequentationem sive aedificationem sive quidvis aliud appellare oportet, Timaeus siculus, nescio qua regula usus, dicit in tempora Carthaginis conditae incidisse, nempe in octavum et trigesimum ante primam olympiadem annum; Lucius vero Cinclius, vir ordinis senatorii, in quartum fere duodecimae olympiadis annum; at Quintus (1) Fabius in annum octavae olympiadis primum; denique Cato Porcius (qui etsi de graecis temporibus nihil definit, curiosus tamen, quam qui maxime, in antiqua historia colligenda est) annis CCCCXXXII iliaco bello recentiorem

ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν ἄνδρα φυγάδα ἐκ Ῥώμης. Λέγει δὲ ὧδε· ἐπεὶ δὴ Ἰταλὸς κατεγήρα, Μόργης ἐβασίλευσεν. Ἐπὶ τούτου δὲ ἀνὴρ ἀφίκετο ἐκ Ῥώμης φυγάς· Σίκελος ὄνομα αὐτῷ. Κατὰ μὲν δὴ τὸν συρακούσιον συγγραφέα, παλαιά τις εὑρίσκεται προτεροῦσα τῶν τρωικῶν χρόνων ἡ Ῥώμη. Πότερον δὲ περὶ τοὺς αὐτοὺς ἦν τόπους, ἐν οἷς ἡ νῦν οἰκουμένη πόλις ἐστὶν, ἢ χωρίον ἕτερον οὕτως ἐτύγχανεν ὀνομαζόμενον, ἀσαφὲς ἐκείνου καταλιπόντος, οὐδ' ἐγὼ δύναμαι συμβαλεῖν. Περὶ μὲν οὖν τῶν παλαιῶν κτίσεων ἱκανὰ ἡγοῦμαι τὰ προειρημένα.

7. *Τὸν δὲ τελευταῖον τῆς Ῥώμης γενόμενον οἰκισμὸν, ἢ κτίσιν, ἢ ὅτι δήποτε χρὴ καλεῖν, Τίμαιος μὲν ὁ σικελιώτης οὐκ οἶδ' ὅτῳ κανόνι χρησάμενος, ἅμα Καρχηδόνι κτιζομένῃ γενέσθαι φησὶν, ὀγδόῳ καὶ τριακοστῷ πρότερον ἔτει τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος· Λεύκιος δὲ Κίγκλιος, ἀνὴρ τῶν ἐκ τοῦ βουλευτικοῦ συνεδρίου, περὶ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς δωδεκάτης ὀλυμπιάδος· Κόϊντος δὲ Φάβιος κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ὀγδόης ὀλυμπιάδος* (2). *Κάτων δὲ Πόρκιος ἑλληνικὸν μὲν οὐχ ὁρίζει χρόνιον· ἐπιμελὴς δὲ γενόμενος, εἰ καί τις ἄλλος, εἰς τὴν συναγωγὴν τῆς ἀρχαιολογουμένης ἱστορίας, ἔτεσιν ἀποφαίνει δυσὶ καὶ τριακοντα καὶ τετρακοσίοις ὑστεροῦσαν τῶν ἰλιακῶν. Ὁ δὲ χρόνος οὗτος ἀναμετρηθεὶς*

(1) Codex arm. *Erintus*.

(2) Haec graeca particula in qua ·Q· Fabii sententia memoratur, abest a Dionysii editionibus et a codice etiam graeco ambrosiano. Eadem tamen legitur in vaticano codice, ideoque a criticis inter varias lectiones exhibetur. Nunc eamdem nobilem particulam in Dionysii graecum textum nos restituimus suffragante etiam pervetere armenio interprete, itemque Syncello.

affirmat: quod tempus si ad Eratosthenis (1) chronologiam exigatur, in primum annum olympiadis septimae incurret. Iam quod sanis regulis utatur Eratosthenes, et quomodo liceat romana tempora ad Graecorum rationes supputare, alio docui tractatu (2).

8. Hoc pacto ipse Dionysius primo romanarum antiquitatum libro tempora post captum Ilium ordinatim digerit: Aeneae videlicet fugam Troia atque in Italiam adventum: tum quinam eius posteri successivi Latinis imperitaverint usque ad Romulum et Romam conditam: denique et alia quaecumque a veteribus de romanae urbis conditu traduntur, singillatim perscribit.

9. (*) Sed enim quidam praeterea dicunt, Picum Saturni filium regnavisse primum in laurentina provincia usque ad locum, ubi Roma nunc sita est, annis XXXVII. Deinde Faunum Pici filium annis XLIV: sub quo Hercules ex Hispania redux aram statuit in foro boario ob quartum (3) Vulcani occisum. Exin Latinum sceptro potitum annis XXXVI, ex quo Latinis nomen inditum sit. Huius *imperantis* tertio et trigesimo anno Ilium esse captum. Denique Aeneam Anchisae *regnavisse*, qui bello rutulo Turnum sustulerit, et Latini filiam Laviniam secum coniugii foedere iunxerit, urbem Lavinium condiderit, in qua tribus annis dominatus sit. Haec breviter ab exterorum libris delibata in medium protulimus.

Agesis iam ad alium quoque rerum huiusmodi testem transeamus, Diodorum dico qui omnes bibliothecas in unum emporium coniecit. Namque et hic Romanorum historiam septimo suo libro hisce verbis scribit.

ταῖς Ἐρατοσθένους χρονογραφίαις, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος πίπτει τῆς ἑβδόμης ὀλυμπιάδος. Ὅτι δέ εἰσιν οἱ κανόνες ὑγιεῖς οἷς Ἐρατοσθένης κέχρηται, καὶ πῶς ἂν τις ἀπευθύνοι τοὺς Ῥωμαίων χρόνους πρὸς τοὺς ἑλληνικοὺς, ἐν ἑτέρῳ δεδήλωταί μοι λόγῳ. Cap. LXXII-LXXIV.

(*) *Τινὲς βούλονται Κρόνον πρῶτον ἀλβανὸν κρατῆσαι τῶν κατὰ τὴν ἑσπέραν τόπων· μεθ᾽ ὃν φασὶ Πεῖκον υἱὸν αὐτοῦ, τὸν καὶ Δία, βασιλεῦσαι· εἶτα Φαῦνον Διὸς υἱὸν, τὸν καὶ Ἑρμῆν· ἐφ᾽ οἷς Ἡρακλῆς ἐπανελθὼν ἀπὸ Σπανίας, καὶ μετ᾽ αὐτὸν Λατῖνος, ἐφ᾽ οὗ Αἰνείας μετὰ τὴν ἅλωσιν Τροίας ἐλθὼν ὅπλοις καὶ πλούτῳ βασιλικῷ παρεσκευασμένος ζεύγνυται Λαβηνίᾳ θυγατρὶ αὐτοῦ, καὶ βασιλεύει Λατίνων.* Ex Syncello p. 237 C-D, sed cum varietate.

(1) Codex arm. heic et intra *Erastothenes*.

(2) Periit hic Dionysii tractatus.

(3) Ita codex arm. pro *Cacum* habet CIORBORT *quartum*, quam lectionem magnopere mirari licet.

CAPVT XLVI.

(*) E septimo Diodori libro. De veterum Romanorum genere (1).

1. NONNVLLI historici fabulari quadam narratione utentes censuerunt a Romulo (2) ex Aeneae filia procreato Romam conditam esse. Sed id reapse a veritate abhorret : longum enim est inter Aeneam et Romulum reges intervallum (3); quandoquidem anno altero septimae olympiadis primordia Romae fuerunt, quô fit ut id aedificium quadringentesimo ac trigesimo tertio anno post troicum bellum contigerit. Namque Aeneas tribus elapsis post Troiam captam annis, Latinorum regni compos fuit, eoque per triennium retento ex hominum conspectu evanuit, atque Immortalium honoribus affectus est. Qui huic in imperium successit Ascanius Albam condidit, quae nunc Longa appellatur; eamque de fluvii nomine nuncupavit, qui illa quidem aetate Alba dicebatur, nunc autem Tibèris audit.

2. Sed enim de Urbis appellatione Fabius romanarum rerum scriptor aliam fabulam comminiscitur. Ait enim, Aeneae oraculum

(*) Περὶ τῆς ἀρχαιολογίας Ῥωμαίων ἐκ τῆς ζ΄ Διοδώρου σικελιωτοῦ.

1. Ἔνιοι μὲν οὖν τῶν συγγραφέων πλανηθέντες ὑπέλαβον τοὺς περὶ τὸν Ῥώμυλλον ἐκ τῆς Αἰνείου θυγατρὸς γεννηθέντα κεκτικέναι τὴν Ῥώμην· τὸ δὲ ἀληθὲς οὐχ οὕτως ἔχει· πολλῶν μὲν ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ, τοῦ τε Αἰνείου καὶ Ῥωμύλλου, γεγονότων βασιλέων, ἐκτισμένης δὲ τῆς πόλεως κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ζ΄ ὀλυμπιάδος, αὕτη ἡ κτίσις ὑστερεῖ τῶν τρωϊκῶν ἔτεσι πλείῳ τῶν ύ καὶ λ΄. Αἰνείας γὰρ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Τροίας ἐτῶν τριῶν παρελθόντων παρέλαβε τὴν τῶν Λατίνων βασιλείαν, καὶ κατασχὼν τριετῆ χρόνον ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη, καὶ τιμῶν ἔτυχεν ἀθανάτων. Τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἀσκάνιος υἱὸς ἔκτισεν Ἄλβαν, τὴν νῦν καλουμένην Λόγγαν, ἣν ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, τοῦ τότε μὲν Ἀλβᾶ καλουμένου, νῦν δὲ Τιβέριος ὀνομαζομένου.

2. Περὶ δὲ τῆς προσηγορίας ταύτης Φάβιος, ὁ τὰς Ῥωμαίων πράξεις ἀναγράψας, ἄλλως μεμυθολόγηκε· φησὶ γὰρ Αἰνείᾳ γενέσθαι λόγιον, τετράπουν

(1) Ita prorsus interpres arm.

(2) Codex arm. a *Romulis*.

(3) Ita interpres arm. a graeco, uti nunc legitur, abludit textu.

editum, fore ut aliquis quadrupes condendae urbis situm ipsi demonstraret. Iamvero quum is suem toto corpore albam praegnantemque hostiae loco mactaturus esset, hanc manibus elapsam cursu concito in quemdam collem evasisse, ibique triginta porcellos edidisse. Portento obstupefactum Aeneam, statim oraculi iussa exequi decrevisse: cumque iam urbi edificandae manum admoveret, visionem quamdam in somnis perspicue oblatam deterruisse eum ab incepto, eidemque iussisse ut post annos triginta, pro triginta porcellorum numero, aedificium moliretur. Eum igitur a proposito interim destitisse.

3. Aenea vitae erepto, ab Ascanio filio eius regnante collem aedificiis post annos triginta occupatum, eamque structuram appellatam de colore suis Albam (Latini enim proprio idiomate *τὸ λευκὸν* (1) album dicunt.) Praeterea superadditam appellationem Longam nempe *μακρὰν* (2), idcirco quia parum in latum patens in longum magnopere deduceretur. His subdit (3), ab Ascanio factam esse regni sui sedem (4) Albam, multaque circum habitacula (5) subversa: fuisse *hunc* conspicuum virum et trigesimo octavo regni anno naturae concessisse.

4. Post huius obitum (6) populum dissensio tenuit ob duos de sceptro certantes. Nam et Iulius Ascanii filius ad se regnum pertinere dicebat; et Silvius Ascanii frater Aeneâ genitus et Silviâ, quae olim fuerat Latini uxor (7), pari iure se uti putabat. Huic post Aeneae obitum insidias Ascanius struxerat, ideoque puer nutritus fuerat ab armentariis in monte, unde et nomen ei factum

αὐτῷ καθηγήσασθαι (8) *πρὸς κτίσιν πόλεως, μέλλοντος αὐτοῦ θύειν, ὗν ἔγκυον τῷ χρώματι λευκὴν· ἐκφυγεῖν δὲ ἐκ τῶν χειρῶν, καὶ καταδιωχθῆναι πρός τινα λόφον, πρὸς ὃν κομισθεῖσαν τεκεῖν λ΄ χοίρους· τὸν δὲ Αἰνείαν τό τε παράδοξον θαυμάσαντα, καὶ τὸ λόγιον ἀνανεούμενον, ἐπιχειρῆσαι μὲν οἰκῆσαι τὸν τόπον· ἰδόντα δὲ κατὰ τὸν ὕπνον ὄψιν ἐναργῶς διακωλύουσαν, καὶ συμβουλεύουσαν μετὰ λ΄ ἔτη κτίζειν, ὥσπερ ὁ τῶν τεχθέντων ἀριθμὸς ἦν, ἀποστῆναι τῆς προθέσεως.* *Diodorus apud Syncellum p. 194 B-D.*

(1) Armenius interpres non graecum vocabulum sed armeniacum *սպիտակ album* scribit.

(2) Interpres arm. *երկայն longam.*

(3) Vel Diodorus nimirum vel apud Diodorum Fabius.

(4) Interpres arm. *urbem* pro *sedem.*

(5) Interpres arm. *habitatores*, sed idem mox utitur verbo eiusmodi *subvertendi*, quod nonnisi de materialibus aedificiis heic adhiberi videtur.

(6) Pergit scribere Diodorus.

(7) Ita codex arm. *uxor*, non *filia.*

(8) Mallemus *καθηγήσασθαι.*

Silvius de nomine montis Latinorum, cui Silva nomen erat (1). In hoc partium conflictu tandem suffragiorum numero praepotens regiam dignitatem Silvius occupat; Iulius autem dominatu exclusus summum pontificatum adeptus est, qui erat honor a regali secundus. Ex hoc aiunt gentem Iuliam ad hunc usque diem Romae propagatam. Silvius autem quum in principatu suo nihil commemoratione dignum egisset post regni annum quadragesimum nonum obiit. Successit in imperium Aeneas filius, cui Silvio cognomentum erat, isque annis plus triginta regnavit.

5. Exin potestatem adeptus est Latinus, cognomento item Silvius, annis L. Hic rebus gestis domi bellique inclaruit. Idem adiacentia oppida sustulit; tum veteres illas urbes, quae Latinorum olim dicebantur, extruxit octodecim, Tibur videlicet, Praeneste, Gabios, Tusculum (2), Coram, Pometiam (3), Lanuvium, Labicum, Scaptiam, Satricum, Ariciam, Tellenas, Crustumerium (4), Caeninam, Fregellas (5), Cameriam, Medulliam (6), Boilum, quam nonnulli Bolam dicunt (7).

6. Latino mortuo rex creatus est filius eius Alba Silvius, qui annis octo et triginta potestatem retinuit. Postea imperavit Epitus Silvius annis viginti sex. Quo defuncto regnum delapsum est ad Capyn (8), idque ei mansit annis duodetriginta. Postea Calpetus filius eius annis tredecim dominatus est. Mox Tiberius (9) Silvius annis octo. Is adversus Etruscos expeditione suscepta, dum Albam fluvium cum exercitu transmitteret, gurgite eius mersus obiit: ex quo nomen fluvii deinceps fuit Tiberis. Eo vitae erepto, imperavit Latinis Agrippa quadraginta annis et uno.

(1) Ita prorsus arm. interpres, quum tamen dicendum esse videatur: *nutritus fuerat in saltu ab armentariis, unde et nomen ei factum Silvius, quia saltum Latini silvam vocitant.*

(2) Codex arm. *Tiscalum.*

(3) Codex arm. *Cometiam*, unde faceres etiam *Collatiam.*

(4) Codex arm. *Ocostomeriam.*

(5) Codex arm. *Flegenam.*

(6) Codex arm. *Mediplium.*

(7) Harum urbium conditum canit etiam Virgilius. *Aen. VI.* 767. seqq. Victor item *orig. g. r.* XVII ait: *Regnante Latino Silvio coloniae deductae sunt Praeneste, Tibur Gabii, Tusculum, Cora, Locri* (Lanuvium vel Labicum) *Crustumium, Camena, Ronillae*, (Bovillae) *ceteraque oppida circumquaque.*

(8) Codex arm. heic *Apin*, sed infra praeponitur *C.*

(9) Ita etiam infra pro *Tiberinus.*

7. Hunc consecutus est Amulius (1) Silvius (*) annis undeviginti. Hic traditur in omni vita superbe se gessisse, et cum ipso Iove de potentia aemulanter certasse. Quare et interdum fructuum tempore (2), quum frequentia et vehementia tonitrua exaudirentur, is exercitum suum iubebat, signo edito, clypeos unanimiter gladiis percutere: atque ita putabat se graviorem tonitru fragorem excitare. Quare et superbi in Deos animi poenas luit fulminibus enectus, cumque domo universa sub lacum albanum mersus. Etiamnum Romani lacus illius accolae vestigia quaedam demonstrant, columnas nimirum aqua eminentes, cuius in fundo regia domus sita erat.

8. Exin lectus est Aventius qui annis septem supra triginta regnavit. Is proelio finitimorum magnopere pressus, in Aventium (3) collem fuga se subduxit, qui ex eo nomen contraxit Aventii. Hoc obeunte dominationem excepit filius eiusdem Procas (4) Silvius, tenuitque annis tribus supra viginti. Quo item naturae satisfaciente filius natu minor Amulius tyrannidem usurpavit, quia Numitor maior natu frater, regni heres, longinqua in regione versabatur. Regnavit Amulius annis paulo plus quadraginta tribus, donec a Remo et Romulo Romae conditoribus interfectus est.

9. Iam et singillatim Romanorum reges hi sunt.

I. Aeneas quarto post captum Ilium anno Latinis imperat annis III.

II. Ascanius annis XXXVIII.

III. Silvius Aeneae annis XXVIII (5).

(*) Ὅτι Ῥωμύλος Σιλούϊος παρ' ὅλον τὸν βίον ὑπερήφανος γενόμενος, ἡμιλλᾶτο πρὸς τὸν Θεόν· βροντῶντος γὰρ αὐτοῦ, ἐκέλευε τοὺς στρατιώτας ταῖς σπάθαις τύπτειν τὰς ἀσπίδας ὑφ' ἑνὸς συνθήματος, καὶ λέγειν ὡς ὁ παρ' αὐτῶν γινόμενος ψόφος εἴη μείζων· διὸ ἐκεραυνώθη. *Diodorus in excerptis de virtutibus et vitiis ed. wesseling. T. II.* 546 (6).

---

(1) Ita *Amulius* codex arm. quicum consentit Zonaras *Annal. VII.* 1. Graece heic *Romulus*. Ab Eusebio posteriore libro in regum tabulis scribitur *Aremulus*.

(2) Ita loquitur armenius interpres.

(3) Ita codex arm. cui suffragatur etiam Dionysii Halic. varia saltem lectio *Antiq.* I. 84. Quin et vetus interpres orationis Tullianae *de aere alieno Milonis* ed. poster. *V.* 3. scribit *Advento* pro *Aventino*.

(4) Cod. arm. *Porcas*.

(5) Superius *XLIX*.

(6) Hoc fragmentum in excerptis valesianis (adeoque et in wesselingiana Diodori editione) dicitur petitum e libro sexto Diodori; verum Eusebius nunc docet id pertinere ad septimum librum.

IV. Aeneas Silvius annis XXXI.
V. Latinus Silvius annis L.
VI. Alba Silvius annis XXXIX (1).
VII. Epitus Silvius annis XXVI.
VIII. Capys Silvius annis XXVIII.
IX. Calpetus Silvius annis XIII.
X. Tiberius Silvius annis VIII.
XI. Agrippa Silvius annis XXXV (2).
XII. Amulius Silvius annis XIX.
XIII. Aventius Silvius annis XXXVII.
XIV. Procas Silvius annis XXIII.
XV. Amulius Silvius annis XLII.

Romulus Romam condit regnatque septima olympiade.

Porro ab Aenea ad Romulum anni sunt CCCCXLVIII (3). Ab Ilio autem capto anni CCCCXXXI (4).

10. A Romulo, qui Romam condidit, hi reges habentur.

I. Romulus annis XXXVIII.
II. Numa Pompilius annis XLI.
III. Tullus, idemque Hostilius (5), annis XXX.
IV. Ancus Marcus (6) annis XXXIII.
V. Tarquinius annis XXXVII.
VI. Servilius annis XLIV.
VII. Tarquinius Superbus annis XXIV.

Hi septem reges a Romulo extiterunt, eorumque dominatio sublata est post annos CCXLIV (7). Porro ab Ilio capto ad Romulum anni sunt CCCCXLI (8); summa igitur est annorum DCLXXV (9).

Horum omnium (scilicet a Romulo usque ad Tarquinium) romanorum regum tempora Dionysius quoque Halicarnasseus strictim recenset circa primum *septimae* (10) olympiadis ita scribens.

---

(1) Superius *XXXVIII*.

(2) Superius *XLI*.

(3) Hic annorum numerus petitur potius ex ipso textu Diodori quam ex hoc catalogo.

(4) Hic numerus cum superiore §. 1 utique fere congruit; verum si proximum numerum respicies, scribes omnino *CCCCLI*.

(5) Codex arm. heic et infra *Otilius*.

(6) Ita codex arm. heic et infra *Marcus* pro *Marcius*.

(7) Atqui superiores numeri dant *CCXLVII*.

(8) Recole notam 2.

(9) Ergo rursus prior numerus est *CCCCXXXI*. Totum hunc aethiopem lavandum aliis permittimus.

(10) Videbatur addendum *septimae*.

CAPVT XLVII.

Dionysii Halicarnassei de regibus qui post Romulum Romam moderati sunt.

(*) I. NVNC si a regibus sublatis usque ad primum Urbis regnatorem Romulum tempus revocemus, fiunt anni CCXLIV (1), quod ex ipsis regum successionibus atque annis, quibus singuli in imperio manserunt, exploratum est. *Romulus Urbis auctor regnum dicitur tenuisse annis XXXVII* (2). Romulo extincto interregnum (3) in urbe fuit anni unius. Deinde Numa Pompilius suffragiis militaribus (4) lectus regnavit annis XLIII. Tullus autem Hostilius post Numam annis XXXIII (5). Postea regia dignitate potitus est Ancus Marcus annis XXIV. Post Marcum Lucius Tarquinius, cognomento Priscus, annis XXXVIII: cui succedens Servilius Tullus regnavit annis XLIV. Servilium occidit Lucius tyrannus, qui ob iuris contemptum Superbus appellatus est, et in dominatu annis XXV permansit. Iam quum hi ducenti et

(*) Καὶ μὴν ἀπό γε τῆς ἐκβολῆς τῶν βασιλέων ἐπὶ τὸν πρῶτον ἄρξαντα τῆς πόλεως ἀναβιβασθεὶς Ῥωμύλον ὁ χρόνος, ἔτη τέτταρα πρὸς τετταράκοντα καὶ διακοσίοις ἀποτελεῖ. Γνωρίζεται δὲ τοῦτο ταῖς διαδοχαῖς τῶν βασιλέων καὶ τοῖς ἔτεσιν οἷς κατέσχον τὴν ἀρχὴν ἕκαστοι. Ῥωμύλος μὲν γὰρ ὁ κτίσας τὴν πόλιν, ἑπτὰ καὶ τριάκοντα ἔτη λέγεται κατασχεῖν τὴν δυναστείαν· μετὰ δὲ τὸν Ῥωμύλου θάνατον, ἀβασίλευτος ἡ πόλις γενέσθαι χρόνον ἐνιαύσιον Ἔπειτα Νουμᾶς Πομπίλιος, αἱρεθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου, τρία καὶ τετταράκοντα ἔτη βασιλεῦσαι. Τύλλος δὲ Ὀστίλλιος μετὰ Νουμᾶν, δύο καὶ τριάκοντα. Ὁ δ' ἐπὶ τούτῳ βασιλεύσας Ἄγκος Μάρκιος, τέτταρα πρὸς τοῖς εἴκοσι. Μετὰ δὲ Μάρκιον Λεύκιος Ταρκύνιος, ὁ κληθεὶς Πρίσκος, ὀκτὼ καὶ τριάκοντα. Τοῦτον δὲ διαδεξάμενος Σερούϊος Τούλλιος, τετταράκοντα καὶ τέτταρα. Σερούϊον δὲ ἀνελὼν Λεύκιος Ταρκύνιος τυραννικῶς, καὶ διὰ τὴν τοῦ δικαίου ὑπεροψίαν κληθεὶς Σούπερβος, ἕως εἰκοστοῦ καὶ πέμπτου προαγαγεῖν τὴν ἀρχήν. Τεττάρων δὲ καὶ τετταράκοντα καὶ διακοσίων ἀναπολουμένων, ἃ

(1) Codex arm. tantum *XLIV*.

(2) Haec particula praetermissa est in codice arm.; sed patet id incuria librarii factum; est enim ad annorum rationes necessaria.

(3) Vox *interregnum* corrupta est in arm. codice.

(4) Textus editus graecus Dionysii *popularibus*.

(5) Dic *XXXII*, uti graece.

quadraginta quatuor anni regum exaequent olympiades sexaginta et unam, prorsus sequitur ut primus Urbis regnator Romulus primo anno septimae olympiadis dominationem auspicatus sit Charopis decennalem principatum Athenis gerentis anno primo. Atque id plane exigit annorum supputatio, quibus singuli reges dominati sunt; eademque ratione quonam tempore Urbs hac aetate dominatrix incolis frequentata fuerit exploratum fit. Ergo quod hactenus narratum est, idem mihi quoque videtur (1). Haec ait Dionysius.

2. Pulso Tarquinio, atque unius dominatione sublata, nulli praeterea fuerunt Romanorum reges: sed primum Brutiani consules, mox tribuni (2), deinde dictatores (qui sunt eloquentes (3)) et rursum consules, de quibus singulis annuum imperium tenentibus supervacaneum existimo in praesenti dicere totque nominum copiam coacervare. Quin adeo si res ab his gestas sedulo recensere vellemus, eae prolixe ex historiis adsunt. Sed id quidem huic meo instituto non conducit. Quare et satius iudico rem alii chronologiae reservare, eamque solam versare, consules inquam, qui post Tarquinium fuerunt et tribunos et dictatores, qui Romanorum urbes (4) administraverunt, quique et annorum rationem conficiunt usque ad Caesarem (5): atque ibidem rursus ad primum huius singulare dominium deveniam, postquam haec peroravero.

κατέσχον οἱ βασιλεῖς, ὀλυμπιάδων δὲ μιᾶς καὶ ἑξήκοντα, πᾶσα ἀνάγκη τὸν πρῶτον ἄρξαντα τῆς πόλεως Ῥωμύλον ἔτει πρώτῳ τῆς ἑβδόμης ὀλυμπιάδος παρειληφέναι τὴν βασιλείαν, ἄρχοντος Ἀθήνησι τῆς δεκαετίας Χάροπος ἔτος πρῶτον· τοῦτο γὰρ ὁ λογισμὸς τῶν ἐτῶν ἀπαιτεῖ. Ὅτι δὲ τοσαῦτα ἕκαστος τῶν βασιλέων ἦρξεν ἔτη, δἰ ἐκείνου δηλοῦταί μοι τοῦ λόγου. Τὰ μὲν δὴ περὶ τοῦ χρόνου καθ᾽ ὃν ἡ νῦν δυναστεύουσα πόλις ᾠκίσθη, τοῖς τε πρὸ ἐμοῦ γενομένοις εἰρημένα, κἀμοὶ δοκοῦντα, τοιάδε ἐστὶν. Ex libro I. 75.

---

(1) Ita totus hic locus a graeca, prout nunc est, vel sententia vel interpunctione recedit. Est tamen textus arm. aliquantum perplexus.

(2) Scilicet *potestate consulari fungentes*. Interpres arm. utitur interpretatione graecae vocis *democrates*.

(3) Glossa haec videtur cuiusvis hominis *dictatorem* a *dico* derivantis.

(4) Ita codex arm. *urbes*, non *urbem*.

(5) Hinc plane cognoscimus, ab Eusebio in praesenti libro praetermissos fuisse liberae Urbis consulares fastos. Iam et in huius libri prooemio ff. 4. et mox cap. XLVIII eos tantummodo consules se descripturum promittit Eusebius, qui sub Caesaribus fasces habuerunt. Utrum vero idem Eusebius, quod heic innuere videtur, peculiari opere aut laterculo Brutianos consules complexus sit, nemini satis exploratum existimamus.

3. Itaque ex intermediis temporibus post Tarquinium deiectum ad Iulium Caesarem olympiades conflantur CXV, qui sunt anni CCCCLX. Quippe Tarquinius olympiade sexagesima septima expleta *regno* excidit, Caesar autem initio centesimae octogesimae tertiae (1) summum imperium solus invasit; ergo spatium annorum CCCCLX interpositum est. Porro a septima olympiade Romaque condita anni excurrerant CCXLIV; sunt ergo a Roma condita usque ad Iulium Caesarem anni DCCIV, olympiades vero CLXXVI.

Testis horum est etiam chronographus Castor qui tempora summatim percenset his, quae subdimus, verbis.

CAPVT XLVIII.

Castoris de regno Romanorum.

ROMANORVM reges singillatim enumeravimus ducto initio ab eo tempore quo Aeneas Anchisae filius Latinorum regnum capessivit: desivimus autem in Amulium Silvium, quem Romulus interfecit, Rheae matris suae patruum. Nunc his addemus Romulum et ceteros qui post hunc Romae cum imperio praefuerunt usque ad Tarquinium cognomento Superbum: qua temporis summa anni fiunt CCXLIV. Postea consules ordinatim explicabimus capto quidem exordio a Lucio Iunio Bruto et Lucio Tarquinio Collatino (2), concluso autem opere in Marco Valerio Messala et Marco Pisone, qui consulatum gesserunt Theophimo archonte Athenis (3). Atque horum anni ad quadringentos sexaginta consurgunt (4). Haec Castor.

---

(1) Cap. XVIII. 8. in utroque textu armeniaco et graeco Iulius Caesar dicitur cepisse imperium *olympiade centesima octogesima quarta*. Sed revera et ibi pro *quarta* videtur scribendum *tertia*. Quamquam graeca Scaligeri ed. nov. p. 260 itemque Chronicon paschale olympiade etiam CLXXXIV Caesarem dominum narrant.

(2) Horum consulum nomina corrupta sunt in codice arm. *Seleucio et a Iunio Bruto et ab Ileucio Arcinio Collatino.*

(3) Hi consules fuerunt anno Urbis conditae DCXCIII, quarto olympiadis CLXXIX, quo anno Pompeius de Mithridate triumphavit. Iam archontem Theophimum videtur dicere postremum idem Castor cap. XXIX, quamquam revera multi archontes sequiore adhuc aetate inveniuntur. Interim huius Theophimi nomen addendum est archontum catalogis quos Meursius atque Corsinus satis operoso studio confecerunt.

(4) Secundum vulgatos fastos, quos laudavimus, anni aliquot detrahendi sunt. Hic enim annorum CCCCLX numerus interest inter Brutum et Iulium Caesarem, ut capite superiore dictum est.

28

Iamvero operae pretium erit his attexere Romanorum quoque post Iulium Caesarem imperatores, suosque singulis annis consules adscribere, adiectis item, quae per eos *annos* absolutae sunt, olympiadibus (1).

EVSEBII PAMPHILI
CHRONICORVM CANONVM LIBER PRIOR
IN ARMENIACO CODICE MVTILO HACTENVS EXTABAT.

---

(1) Exin ingens lacuna est codicis armeniaci. Desideratur autem caput universum quo romani Caesares cum synchronis consulibus continebantur. Et ista quidem pars ultima erat prioris huius libri eusebiani, uti diserte docet ipse Auctor in superiore prooemio ff. 4.

AD CHRONICORVM CANONVM
POSTERIOREM LIBRVM
EDITORVM MONITVM.

In armeniaco codice prior Eusebii liber, amissis chartis permultis, caret parte ultima, ut paulo ante in notis diximus, posterior autem initio imminutus est usque ad Abrahami annum CCCXLIV. Superfuit tamen in codice inter priorem posterioremque librum pars maxima laterculorum, quibus nomina et anni regum recensentur. Sine dubio autem haec latercula ad posteriorem Eusebii librum pertinent, quod ·D· Hieronymi editio, si nihil aliud, demonstrat. Nos quod ab unico Armeniorum codice infeliciter excidit, id ope hieronymianae editionis (in qua posterior Eusebii liber servatus est) commode sarciemus: quod si minus faceremus, male profecto de lectoribus nostris et de operis utilitate ac praestantia mereri videremur. Ceterum hanc cautelam distinctionemque adhibebimus, ut quod supplementi locum tenet, id omne inclinatis litteris exprimendum curemus. Nemo vero suspicetur, in his Canonum supplementis usque ad annum CCCXLIV Abrahami, interpolatum Eusebium se legere. Hieronymus enim quod attinet ad tempora haec vetustissima, contentus Eusebio, nihil proprium interserendum putavit; quam rem ipse confirmat in praefatione: *Itaque a Nino et Abraam usque ad Troiae captivitatem pura graeca translatio est. A Troia usque ad vicesimum Constantini annum, nunc addita nunc mixta sunt plurima, quae de Tranquillo et ceteris illustribus historicis curiosissime excerpsimus.* Porro Troiae captivitas (unde incipiunt additamenta vel interpolatio) longe post praedictum Abrahami annum legitur.

EVSEBII PAMPHILI

CHRONICORVM CANONVM

LIBER POSTERIOR.

EVSEBII

PROOEMIVM.

1. *Mosen gentis hebraeae, qui primus omnium prophetarum ante adventum Domini Salvatoris divinas leges sacris litteris explicavit, Inachi fuisse temporibus, eruditissimi viri tradiderunt: ex nostris, Clemens, et Africanus et Tatianus; ex Iudaeis, Iosephus et Iustus, veteris historiae monumenta replicantes. Porro Inachus quingentis annis troianum bellum*

1. Μωϋσέα γένος ἑβραῖον προφητῶν ἁπάντων πρῶτον, ἀμφὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, λέγω δὲ τοῦ Χριστοῦ, ἀμφί τε τῆς τῶν ἐθνῶν δἰ αὐτοῦ θεογνωσίας χρησμοὺς καὶ λόγια θεῖα γραφῇ παραδεδωκότα (*), τοῖς χρόνοις ἀκμάσαι κατὰ Ἴναχον, εἰρήκασιν ἄνδρες ἐν παιδεύσει γνώριμοι, Κλήμης, Ἀφρικανὸς, Τατιανὸς, τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου· τῶν τε ἐκ περιτομῆς Ἰώσηππος καὶ Ἰοῦστος ἰδίως ἕκαστος τὴν ἀπόδειξιν ἐκ παλαιᾶς ὑποσχὼν ἱστορίας. Ἴναχον δὲ τῶν ἰλιακῶν

(*) Apud Syncellum p. 65 D. textus editus sic habet: Μωϋσέα γένος Ἑβραίων, προφητῶν ἁπάντων πρῶτον, ἀμφὶ τοὺς πρὸ ἐξ ἡμῶν, λέγω δὲ τοῦ Χριστοῦ, ἀμφί τε τῆς τῶν ἐθνῶν δἰ αὐτοῦ θεογνωσίας χρησμοὺς, καὶ λόγια θεία γραφῇ παραδεδωκότας κ. τ. λ. quem in locum plura menda obrepsisse vix dubitamus; et quidem in τοὺς πρὸ ἐξ nonne τοῦ σωτῆρος latere perspicimus? Iam et D. Hieronymus hoc Eusebii prooemium ex antiquo exemplari interpretatus est, aliquot tamen immixtis de suo sententiis. Eiusdem eusebiani prooemii partem, in codice parisiaco Syncelli superstitem, ante Goarum Scaliger edidit, eamdemque ita fecit latinam, ut non parum ab hieronymiana interpretatione recederet. Sic igitur Scaliger:

1. *Mosem genere hebraeum, qui prophetarum omnium primus de Salvatore nostro, de Christo, inquam, et de ea, quam gentes per eum adeptae sunt, Dei cognitione, vaticinia et oracula divina scripto tradidit, temporibus aequalem Inacho prodiderunt viri eruditione celebres, nostri quidem instituti, Clemens, Africanus, Tatianus: ex circumcisione vero Iosephus et Iustus, suis quisque ex antiqua historia praebitis argumentis. Inachum vero*

antecedit. Ex ethnicis vero, impius ille Porphyrius in quarto sui operis libro, quod adversum nos casso labore contexuit, post Mosem Semiramim fuisse adfirmat, quae apud Assyrios CL *ante Inachum regnavit annis. Itaque iuxta eum* DCCC *pene et* L *annis troiano bello Moses senior reperitur. Cum haec ita se habeant, necessarium duxi veritatem diligentius persequi. Et ob id in priori libello quasi quandam materiam futuro operi omnium mihi regum tempora praenotavi, Chaldaeorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Lydorum, Hebraeorum, Aegyptiorum, Atheniensium, Argivorum, Sicyoniorum, Lacedaemoniorum, Corinthiorum, Thessalorum, Macedonum, Latinorum, qui postea Romani nuncupati sunt. In praesenti autem, stilo eadem tempora contra se invicem ponens et singularum gentium annos dinumerans, ut quid cuique coaetaneum fuit, ita curioso ordine coaptavi.*

ἔστησαν ἑπτακοσίοις πρεσβεύειν. Ἑλληνικῶν δὲ φιλοσόφων, ὅς τίς ποτε ἦν ἀνὴρ, ὁ τὴν καθ' ἡμῶν συσκευὴν προβεβλημένος, ἐν τῇ δ' μάτην πονηθείσης καθ' ἡμῶν ὑποθέσεως, πρὸ τῶν Σεμιράμεως χρόνων τὸν Μωϋσέα γενέσθαι φησί· βασιλεύει δὲ καὶ Ἀσσυρίων ἡ Σεμίραμις πρόσθεν ἔτεσι ν' πρὸς τοῖς ρ'. Ὥστε εἶναι κατὰ τοῦτον τῶν τρωϊκῶν Μωϋσέα πρεσβύτερον ν' καὶ ω' ἔτεσιν. Ἐγὼ δὲ περὶ πολλοῦ τὸν ἀληθῆ λόγον τιμούμενος, καὶ τὸ ἀκριβὲς ἀνιχνεῦσαι διὰ σπουδῆς προὐθέμην· ἔνθεν ὁρμηθεὶς, ἐν μὲν τῇ πρὸ ταύτης προτάξει ὕλας ἐκπορίζων ἐμαυτῷ χρόνων ἀναγραφὰς συνελεξάμην παντοίας, βασιλείας τε Χαλδαίων, Ἀσσυρίων, Μήδων, Περσῶν, Λυδῶν, Ἑβραίων, Αἰγυπτίων, Ἀθηναίων, Ἀργείων, Σικυωνίων, Λακεδαιμονίων, Κορινθίων, Θετταλῶν, Μακεδονίων, Λατίνων, οἷς ὕστερον γέγονεν ἐπίκλην ὄνομα Ῥωμαῖοι· ὁμοῦ γίνονται ιε'. Ἐν δὲ τῷ παρόντι ἐπὶ τὸ αὐτὸ τοὺς χρόνους συναγαγὼν, καὶ ἀντιπαραθεὶς ἐκ παραλλήλου τῶν παρ' ἑκάστῳ ἔθνει τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν χρονικοῦ κανόνος σύνταξιν ἐποιησάμην.

septingentis annis iliaca antecessisse statuerunt. Ex philosophis autem, quisquis ille fuit apparatus illius adversus nos molitor, in quarto operis, quod in nos incassum elaboravit, ante tempora Semiramidis Mosem fuisse dicit. Atqui illa annis CL *ante Inachum Assyriis imperavit: ut consequens sit Mosem ex huius sententia troicis temporibus antiquiorem fuisse annis* DCCCL. *Ego autem, qui nihil prius habeo veritate, rem accuratius investigare decrevi: atque eo consilio in priore opere materias mihi quasdam comparandi studio, temporum argumenta diversa conquisivi, regna nimirum Chaldaeorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Lydorum, Hebraeorum, Aegyptiorum, Atheniensium, Argivorum, Sicyoniorum, Lacedaemoniorum, Corinthiorum, Thessalorum, Macedonum, Latinorum, qui postea Romani sunt cognominati: quae simul fiunt* XV *regna. In praesenti quidem opere temporibus in unum collatis, annorum uniuscuiusque gentis numeris invicem ex averso inter se oppositis chronici Canonis opus confeci.*

2. *Neque me fugit, in hebraeis codicibus dissonos aetatum annos inveniri, plusque vel minus, prout interpretibus visum est, lectitari: sequendumque illud potius, quod exemplariorum multitudo in fidem traxit. Verum utcunque quis volet computet et reperiet Inachi temporibus, quem primum Argis regnasse aiunt, patriarcham Hebraeorum fuisse Israëlem, a quo duodecim Iudaeorum tribus Israëlis vocabulum sortitae sunt: Semiramim autem et Abraam contemporales fuisse, manifestum est. Nam Moses, licet iunior supradictis sit, omnibus tamen, quos Graeci antiquissimos putant, senior deprehenditur, Homero scilicet et Hesiodo, troianoque bello, ac multo superior Hercule, Musaeo Lino, Chirone, Orpheo, Castore, Polluce, Aesculapio, Libero, Mercurio, Apolline, et caeteris Diis gentium, sacrisque, vel vatibus, ipsius*

2. Εὑρὼν δὲ παρ' Ἑβραίοις διαφόρους τῶν χρόνων ἀποδόσεις, τὴν μὲν πλεονάζουσαν, τὴν δὲ ἐνδέουσαν, ταύτην (1) μετῆλθον. Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτω κατὰ μὲν Ἴναχον, ὃν πρῶτον Ἕλληνες Ἄργους βασιλεῦσαι φασὶ, τὸν Ἑβραίων προπάτορα Ἰσραὴλ γενόμενον εὑρὼν, ἐξ οὗ τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους τῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπωνυμίας ἠξιώθη· κατὰ δὲ τὴν Σεμίραμιν τὸν Ἀβραὰμ, χαλδαῖον μὲν τὸ γένος, ἄλλως δὲ ἄνδρα θεοφιλῆ, καὶ πρῶτον τῶν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν εἶναι πεπιστευμένον· Μωϋσέα δὲ, φιλαληθῶς εἰπεῖν, τούτων μὲν νεώτερον, τῶν δὲ παρ' Ἕλλησιν ἀρχαιολογουμένων ἁπάντων πρεσβύτατον, Ὁμήρου λέγω, καὶ Ἡσιόδου, καὶ αὐτῶν γε τῶν τρωϊκῶν, καὶ ἔτι Διοσκόρων, Ἀσκληπίου, Διονύσου, ἡρώων τε πάντων, Ἑρμοῦ τε, καὶ Ἀπόλλωνος, τῶν τε λοιπῶν παρ' Ἕλλησι Θεῶν, μυστηρίων

2. *Quum autem apud Hebraeos diversas temporum observassem editiones, illam quidem redundantem, hanc vero deficientem, eam sequutus sum. Nihilominus et sic quoque Hebraeorum progenitorem Israëlem, a quo iudaicae gentis duodecim tribus Israëlis nomine censentur, Inacho, quem primum Argis regnasse Graeci prodiderunt, tempore aequalem fuisse reperi: Semiramidis vero temporibus Abraham vixisse, hominem quidem natione chaldaeum, sed tamen Deo acceptissimum, qui primus propheta apud Hebraeos fuisse creditur: Mosem autem, ut verum fatear, infra horum tempora extitisse, antiquiorem tamen omnibus priscae Graecorum memoriae, Homero, inquam, Hesiodo, ipsisque Troianis temporibus, Castoribus, Aesculapio, Libero patre, omnibus Heroibus, Mercurio et Apolline, reliquisque Graecorum Diis mysteriis et initiis, atque adeo ipsis Iovis gestis, quae a*

---

(1) Vocabulum ταύτην a Scaligero sumimus, quod in Goariana Syncelli editione desideratur. Et tamen ex oratione eiusdem Syncelli p. 67. B plane cognoscitur, id vocabulum scriptum fuisse ab Eusebio: quare et ab ipso Goaro in margine notatum est. Iam de redundante itemque de deficiente temporum hebraicorum ratione legendus est Eusebius in prioris libri hebraica chronologia: tum et Syncelli adversus hunc Eusebii locum satis vehemens criminatio inspicienda est, quam nos utpote prolixiorem heic praetermittendam putavimus. Hac autem deficiente ratione, seu minore numero, critici aliquot designari putabant Cainanem praetermissum ab Eusebio, qua super re lege p. 61. n. 1.

quoque Iovis gestis (1), *quem Graecia in arce divinitatis collocavit. Hos inquam, omnes quos enumeravimus, etiam post Cecropem diphyem primum Atticae regem, fuisse convincimus. Cecropem autem praesens historia Mosi coaetaneum ostendit, et antecedere troianum bellum annis trecentis quinquaginta* (2).

.τε καὶ τελετῶν, Διός τε αὐτοῦ πράξεων τῶν παρ' Ἕλλησι μνημονευομένων. Τούτων γὰρ ἁπάντων τὴν ἱστορίαν νεωτέραν τῆς Κέκροπος ἡλικίας παῖδες Ἑλλήνων παραδεδώκασιν. Μωϋσέα δὲ ἡ παροῦσα συνεξέτασις τῶν χρόνων γενέσθαι κατὰ Κέκροπα τὸν διφυῆ, ὃν πρῶτόν φασὶ τῆς Ἀττικῆς βασιλεῦσαι, συνίστησι πρὸ τῶν ἰλιακῶν ἀμφὶ τὰ τν' ἔτη (3). *Ex Syncello p. 65-66.*

Graecis memorantur: quorum omnium historiam infra aetatem Cecropis fuisse Graeci tradiderunt. Hoc autem examen temporum Mosem saeculo Cecropis fuisse adstruit, qui primus circiter CCCL *annis ante troiana tempora in Attica regnasse memoratur.*

---

(1) In canone ad Abrahami annum CCXII, nempe ante Mosem annis plus ducentis, traditur Iupiter mixtus Niobae. Verum ibi Eusebius de aliorum potius quam de sua sententia loquitur; alioqui sibimet mirifice adversaretur. Vide etiam ad Abrahami annum LVI.

(2) Ita legimus cum duobus codicibus ambr. itemque aliis plurimis, nec non editionibus priscis et graeco exemplari; non vero *CCCLXXV* ut Pontaci supputatio et codex eiusdem unicus malunt.

(3) Eusebii chronicos Canones, praeter Syncellum quem toties laudavimus, legebat etiam Syncello suppar chronographus alter graecus Georgius Hamartolus, cuius Chronicon ·ms· et in pluribus bibliothecis occurrit, et partim etiam in ambrosiano codice (R. 117 part. sup.) Is autem non solum perhonorifice Eusebium appellat, verum etiam eumdem eo praecipue nomine commendat, quod Mosen aliquanto recentiorem ostenderit, idest Cecropi contemporaneum, quae sententia Eusebii tantopere Syncello displicuit. Sic igitur ait Hamartolus: Κλήμης τε καὶ Ἀφρικανὸς καὶ Τατιανός, τῶν δὲ ἐκ περιτομῆς Ἰώσιππος καὶ Ἰοῦστος κατὰ Ἴναχον ἀκμάσαι τὸν θεσπέσιον Μωϋσέα ἱστόρησαν, ἰδίως ἕκαστος ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας παρασχὼν τὴν ἀπόδειξιν· Ὁ δὲ πολυμαθὴς καὶ πολυΐστωρ Εὐσέβιος ἀκριβεστάτην τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ποιησάμενος, τοῖς χρόνοις μὲν Ἰνάχου τὸν ἱερὸν Ἰάκωβον εὗρε συνακμάσαντα· Μωϋσέα δὲ Κέκροπος. Χρονικοῦ γὰρ κανόνος σύνταξιν ἐπινοήσας, ἐκ παραλλήλου ἀντιπαρέθηκε τὸν παρ' ἑκάστῳ ἔθνει δυναστεύοντα. Συνήγαγε δὲ χρόνους τῆς βασιλείας Χαλδαίων, Λακεδαιμονίων, Κορινθίων, Θετταλῶν, Μακεδόνων τῶν πάλαι Κιτιαίων λεγομένων, Λατίνων τῶν ἀπὸ Λατίνου βασιλέως αὐτῶν, καὶ Ἰταλῶν ἔκ τινος ἡγεμονεύσαντος αὐτῶν προσαγορευθέντων, καὶ ὕστερον ἐπικληθέντων Ῥωμαίων ἀπὸ Ῥώμου καὶ Ῥέμου. Καὶ τούτων τοὺς χρόνους ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναρτήσας ἑκάστου ἔθνους τῶν βασιλέων συνέκρινε τοὺς χρόνους, ἀντιπαρατιθεὶς τὰ ἔθνη τῆς βασιλείας τῇ Ἀσσυρίων βασιλείᾳ, τουτέστι τῆς Σεμιράμεως τοῖς Ἀβραὰμ ἔτεσι· κατὰ γὰρ τὴν Σεμίραμιν Ἀβραὰμ ἐγνωρίζετο· καὶ Ἰακὼβ κατὰ Ἴναχον· καὶ Μωϋσῆς κατὰ Κέκροπα τὸν διφυῆ, ὃν πρῶτον βασιλέα τῆς Ἀττικῆς Ἕλληνες ἱστόρησαν· ὡς εἶναι τῶν παρ' Ἕλλησιν ἀρχαίων σοφῶν Μωϋσέα πρεσβύτερον, Ὁμήρου λέγω καὶ Ἡσιόδου καὶ τῶν τρωϊκῶν, Ἡρακλέους τε καὶ Μουσαίου καὶ Λίνου καὶ Ὀρφέως, καὶ Διοσκούρων, Ἀσκληπίου καὶ Διονύσου καὶ Ἑρμοῦ, Ἀπόλλωνός τε καὶ τῶν ἑλληνικῶν μυστηρίων καὶ τελετῶν καὶ αὐτῶν τῶν Διὸς πράξεων. Ὅθεν καὶ τινες τῶν παρὰ τῶν προκρίτων φαίνονται ἐκ τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων σφετερισάμενοι· πάντες γὰρ οὗτοι μετὰ τὸν Κέκροπα γεγόνασιν ὃν πολὺ Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος τοῖς χρόνοις ὑποβεβήκασιν. Οὗτος γε τοιοῦ Μωϋσῆς τῶν σοφῶν πάντων διδάσκαλος ἐπέφηνε, τῶν ἀποῤῥήτων ἐξηγητὴς γενόμενος κ. τ. λ. Miramur autem, hunc Hamartoli locum paene ad verbum legi etiam in exordio Commentarii *ad hexameron*, quem olim Leo Allatius sub Eustathii antiocheni, invitis Criticis, nomine vulgavit.

3. *Quod, ne cui dubium videatur, sequens ratio sic probabit. Quadragesimo secundo anno imperii Augusti* CHRISTVS *natus est: quinto decimo Tiberii anno praedicare orsus est. Si quis igitur retrorsum annorum supputans numerum, alterum Darii regis Persarum quaerat annum, sub quo templum Hierosolymorum, quod a Babyloniis destructum fuerat, instauratum est, reperiet a Tiberio usque ad Darium annos* DXLVIII (1). *Darii quippe secundus annus sexagesimae quintae olympiadis anno primo fuit: et Tiberii* XV *in ducentesimam primam olympiadem incurrit. Fiunt ergo inter Darium et Tiberium olympiades* CXXXVII, *anni* DXLVIII, *quadriennio in una olympiade supputato. Deinde secundo Darii anno,* LXX *desolationis templi annus expletur, a quo usque ad primam olympiadem retrorsum numerantur olympiades* LXIV, *anni* CCLVI. *Qui similiter supputantur a supradicto desolationis templi anno usque ad* L *annum Oziae regis Iudaeorum, sub quo Isaias et Osee fuerunt. Itaque prima olympias in Isaiae et reliquorum incurrit aetatem, qui*

3. . . . Συντρεχόντων ὁμολογουμένως τῶν χρόνων Αὐγούστου Ῥωμαίων αὐτοκράτορος, καὶ τῆς του σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως, ἀρχήν τε τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τοῦ Χριστοῦ ποιησαμένου κατὰ τὸ πεντεκαιδέκατον ἔτος Τιβερίου Καίσαρος, εἴτις ἀπὸ τούτου συναγαγειν ἐθέλοι τὸν τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν, προϊὼν ἐπὶ τοὺς ἀνωτέρω χρόνους τοὺς μέχρι Δαρείου τοῦ Περσῶν βασιλέως, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀνανεώσεως τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις νεῶ, ἣ γέγονε κατὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, εὕρει ἂν ἀπὸ Τιβερίου, ἐπὶ τὸ δεύτερον ἔτος Δαρείου, ἔτη φμή. Δαρείου μὲν γὰρ τὸ δεύτερον κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ξέ ὀλυμπιάδος καταντᾷ, Τιβερίου δὲ τὸ πεντεκαιδέκατον τῆς Ῥωμαίων βασιλείας κατὰ τὸ τέταρτον τῆς σα΄ (2) ὀλυμπιάδος συμπίπτει. Γίνονται τοίνυν αἱ μεταξὺ Δαρείου τοῦ πέρσου, καὶ Τιβερίου τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως, ὀλυμπιάδες ρλζ΄, αἳ συνάγουσι χρόνον ἐτῶν φμή, τετραετείας τῇ ὀλυμπιάδι λογιζομένης. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος Δαρείου τὸ ἑβδομηκοστὸν ὑπῆρχε τῆς ἐρημίας τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις νεῶ, κᾀντεῦθεν πάλιν ἀνατρεχόντων, ἀπὸ μὲν τοῦ δευτέρου ἔτους Δαρείου, ἐπὶ τὴν πρώτην ὀλυμπιάδα, ἔτη συνάγοιτο ἂν σνϛ΄, ὀλυμπιάδες ξδ΄. Τοσαῦτα δὲ εὕροις ἂν τὰ ἀπὸ τοῦ ὑστάτου ἔτους τῆς ἐρημίας τοῦ δηλωθέντος ἱεροῦ, ἐπὶ τὸ ν΄ ἔτος Ὀζίου τοῦ τῶν Ἰουδαίων βασιλέως ἀνιὼν, καθ' ὃν ἐπροφήτευον Ἡσαίας καὶ Ὠσηὲ. Ὥστε εἶναι τὴν πρώτην καθ' Ἕλληνας ὀλυμπιάδα σύνδρομον τῷ προφήτῃ Ἡσαίᾳ, καὶ

(1) Confer lib. I. xviii. 9.

(2) In textu edito Eusebii *praep. ev.* x. 9. legitur *ducentesima tertia*; sed est *ducentesima prima* etiam in priore chronicorum canonum libro cap. xviii. 8.

cum eo prophetaverunt. Rursum si a prima olympiade ad superiora tempora et usque ad captivitatem Troiae proveharis, invenies annos CCCCVI, *quos et nos in priore opusculo* (1) *digessimus, ut curiosissima Graecorum historia conscribit. Item apud Hebraeos a supradicto Oziae anno et temporibus Isaiae prophetae, usque ad Samson et tertium annum Labdon iudicis, supputabis annos* CCCCVI (2). *Samson autem est, quem in corporis robore Herculi similem ferunt posteri Iudaeorum: et mihi videntur non multum inter se distare tempore, siquidem ambo circa Troiae captivitatem fuerunt. Post hoc iterum ad priora convertere et cum* CCC *tibi et* XXIX (3) *annos pes retroactus impleverit, Graecorum Cecropem diphyem et Mosem invenies Hebraeorum. Nam a* XLV *Cecropis anno usque ad captivitatem Troiae, et ab* LXXX *aetatis Mosi anno, in quo populum israëliticum de Aegypto eduxit, usque ad Labdon et Samson iudices, computantur anni* CCCXXIX. *Itaque sine ulla ambiguitate Moses et Cecrops, qui primus Atheniensium rex fuit, iisdem fuere temporibus.*

4. *Porro iste est Cecrops diphyes indigena, sub quo primum in arce oliva orta est, et Atheniensium urbs ex Minervae appellatione sortita nomen. Hic primus omnium Iovem appellavit* (4), *simulacra reperit, aram statuit, victimas immolavit, nequaquam istiusmodi rebus in Graecia*

τοῖς τούτου συγχρόνοις. Πάλιν δὲ ἀπὸ τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος, ἐπὶ τοῦς ἔμπροσθεν ἀνιὼν χρόνους, μέχρι τῆς Ἰλίου ἁλώσεως, εὑρήσεις ἔτη συγκεφαλαιούμενα υή. Καὶ καθ' Ἑβραίους ἀπὸ πεντηκοστοῦ ἔτους Ὀζίου τοῦ Ἰουδαίων βασιλέως ἀνιὼν ἐπὶ τὸ τρίτον ἔτος Λαβδὼν τοῦ παρ' Ἑβραίοις γενομένου κριτοῦ, καὶ τοῦ Σαμψὼν, τὸν ἴσον συνάξεις ἀριθμὸν ἐτῶν υή· ὃν κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἀλκὴν ἀνυπόστατον γενέσθαί φασιν ἐοικότα τῷ βοωμένῳ παρ' Ἕλλησιν Ἡρακλεῖ. Καὶ ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς ἀνωτέρω βαδίζων ἐν ταυτῷ τε συναγαγὼν ἀριθμὸν ἐτῶν τκθ', εὕροις ἂν κατὰ μὲν Ἑβραίους Μωϋσέα, κατὰ δὲ Ἕλληνας Κέκροπα τὸν γηγενῆ . . . . . .

4. Οὗτος ἐστιν Κέκροψ ὁ διφυὴς γηγενὴς, ἐφ' οὗ ἡ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἐλαία πρώτως ἐφύη. Οὗτος ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν πόλιν Ἀθήνας ὠνόμασεν· ὃς πρῶτος λέγεται Ζῆνα κεκληκέναι θεὸν, μὴ πρότερον οὕτω παρ' ἀνθρώποις ὠνομασμένον, ἔπειτα βωμὸν παρ' Ἀθηναίοις ἱδρῦσαι, βοῦν θῦσαι, πρῶτος Ἀθηνᾶς ἄγαλμα

(1) Lib. I. 31. quo loco scribuntur *ccccvii*; verum heic graece *ccccviii*.

(2) Graece *ccccviii*.

(3) Codices duo ambrosiani, aliique a Criticis laudati habent heic et inferius CCCXXVIII.

(4) Si Cecrops Mosis et aequalis, Moses autem Iove vetustior, ut dictum est, qui fieri potest ut Cecrops Iovem Deum appellaverit? Sed enim Eusebius aliorum sententiam refert, non suam; quod faciet etiam ad Abrahami annum CCXII.

unquam visis. Cetera quoque quae apud Graecos mira iactantur, posteriora Cecropis annis deprehenduntur. Si autem Cecropis, consequenter et Mosi, qui cum Cecrope fuit. Post hunc enim scribitur diluvium sub Deucalione, incendium sub Phaëthonte, Erichthonius Vulcani et Terrae filius, Dardanus qui Dardaniam condidit: de quo Homerus:

« Quem primum genuit caelesti Iupiter arce ».

Liberae quoque raptus et Europae, sacra Cereris atque Isidis, delubrum in Eleusina, frumenta Triptolemi, regnum Trois:

« Cuius Dii natum Ganymedem ad sidera raptum
» Vina Iovis magni voluerunt fundere mensis ».

Quo tempore quoque Tantalus et Tityus fuerunt et Apollo natus est. Nam Latona Iovis coniux tempore Tityi fuit. Latonae autem et Iovis Apollo filius. Post quos Cadmus Thebas venit:

« Qui Semelem genuit, de qua pulcherrima proles
» Liber condignam partu tulit edita frugem ».

Porro Liber et reliqui, quos mox inferemus, post cc (1) *annum Cecropis fuerunt; Linus scilicet et Zethus et Amphion, Musaeus, Orpheus, Minos, Perseus, Aesculapius, gemini Castor et Pollux, Hercules, cum quo Apollo servivit Admeto. Post quos facta est troianae urbis eversio;*

συστήσασθαι, ὡς οὐδὲ τούτων ἐκ παλαιοῦ ὑπαρχόντων. Κατώτερα δὲ τῶν Κέκροπος ἱστορειται χρόνων τὰ παρ' Ἕλλησι θαυμαζόμενα. Γίνεται γὰρ μετὰ Κέκροπα ὁ κατὰ Δευκαλίωνα κατακλυσμὸς, καὶ ἡ ἐπὶ Φαέθοντος ἐκπύρωσις, Ἐριχθονίου τε γένεσις, καὶ ἡ ὑπὸ Δαρδάνου τῆς Δαρδανίας κτίσις, ὃν πρῶτον, φησὶν Ὅμηρος ...τέκετο νεφεληγερέτα Ζεὺς (2).

Κόρης τε ἁρπαγὴ, καὶ Δήμητρος μυστήρια, καὶ ἡ τοῦ ἐν Ἐλευσίνι τεμένους καθίδρυσις, Τριπτολέμου γεωργία, Τρωός τε βασιλεία, οὗ υἱὸν

. . . . ἀνηρείψαντο Θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν,
Κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη (3).

Τιτυὸς δὲ συνεχρόνισε Ταντάλῳ· ναὶ μὴν ἡ Λητὼ κατὰ Τάνταλον· καὶ Ἀπόλλωνος γένεσις.

Λητὼ γὰρ ἥλκησε Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν (4).

Κάδμος τε ὁ Σεμέλης πατὴρ εἰς Θήβας ἔρχεται.

Καδμείη δ' ἄρα οἱ Σεμέλη τέκε φαίδιμον υἱὸν
Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι Διώνυσον πολυγηθῆ (5).

---

(1) Scaliger scribit *centesimum*; sed etiam duo codices ambr. *ducentesimum*.

(2) *Iliad.* XX. 215.

(3) *Iliad.* XX. 234-235.

(4) *Odyss.* XI. 579.

(5) Hesiod. *Theogon.* v. 939-940.

quam Homerus longo sequitur intervallo; Homero autem Solone et Thalete milesio ceterisque, qui cum iis septem Sapientes appellati sunt, multo prior reperitur. Deinde Pythagoras extitit, qui se non sapientem, ut priores, sed philosophum, idest amatorem sapientiae, dici voluit. Quem secutus Socrates, Platonem erudivit; a quo famosa in partes philosophia divisa est. Horum singulos iuxta ordinem sequentis historiae suis locis inferemus.

5. *Igitur Moses cunctos quos supra memoravimus, antecedit: qui aetate Cecropis fuisse monstratus est. Ab* LXXX *autem anno Mosi et egressu Israël ab Aegypto, rursus ad superiora conversus, usque ad primum annum Abrahae, reperies annos* DV (1). *Quos similiter a* XLV *anno Cecropis usque ad Ninum et Semiramim Assyriorum principes supputabis. Primus quippe omni Asiae, exceptis Indis, Ninus Beli filius regnavit. Itaque manifestum est, Abraham Nini aetate generatum, iuxta eum tamen numerum, quem contractiorem editione vulgata sermo praebet hebraeus. Verum incuriositate* (2) *ne cesses: et cum divinam Scripturam diligenter evolveris, a nativitate Abrahae usque ad totius orbis diluvium, invenies retrorsum annos* DCCCCXLII. *Item a diluvio, usque ad Adam* MMCCXLII, *in quibus* (*) *nulla penitus nec graeca, nec barbara, et ut loquar in commune, gentilis reperitur historia.*

6. *Quamobrem praesens opusculum ab Abraham et Nino usque ad nostram aetatem inferiora tempora persequetur: et statim in principio sui Hebraeorum Abraham, Assyriorum Ninum et Semiramim proponet: quia* (†) *neque Athenarum adhuc urbs, neque Argivorum regnum nomen acceperat, solis Sicyoniis in Graecia florentibus; apud quos temporibus Abrahae et Nini*

5. Τούτων οὖν ἁπάντων πρεσβύτερος γεγονὼς συνίσταται Μωϋσῆς, ὡς ἂν κατὰ Κέκροπα τὴν ἡλικίαν ἀκμάσας. Ἀπὸ δὲ τοῦ π′ Μωϋσέως πάλιν ἀνιὼν ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος ζωῆς Ἀβραὰμ, εὑρήσεις ἔτη φέ. Τοσαῦτα δὲ ἀπὸ τοῦ δηλωθέντος ἔτους τῆς Κέκροπος βασιλείας τὸν ἀνωτέρω χρόνον ἀπαριθμούμενος, ἐπὶ Νίνον ἥξεις τὸν ἀσσύριον, ὃν πρῶτόν φασιν ἁπάσης τῆς Ἀσίας, πλὴν Ἰνδῶν, κεκρατηκέναι· ὥστε εἶναι τὸν Ἀβραὰμ κατὰ τοῦτον . . .

(*) Ἐν οἷς οὐδὲν ἐπίσημον γεγονὸς ἱστορεῖται παρ᾽ Ἕλλησι . . .

(†) Οὔπω τότε Ἀθηναίων οὔτε τὴν πόλιν οὔτε τὴν προσηγορίαν. *Ex Eusebio praep. ev. X. 9 (et 12) quo loco dicit Eusebius se haec evidenter demonstravisse ἐν τοῖς πονηθεῖσιν ἡμῖν χρονικοῖς κανόσι in elaboratis a se chronicis canonibus.*

---

(1) Lege lib. I. XVI. 19-20.

(2) Scaliger et codex quidam caesenas in curiositate.

Europem secundum regnasse ferunt. Quod cur etiam nos putemus, ex sequentibus demonstrabitur. Si enim diligenter enumeres ab ultima aetate Nini usque ad Troiae captivitatem, invenies annos DCCCXXXIV. *Item in Sicyone a* XXII *anno regis Europis usque ad supradictum tempus, eosdem annos invenies* DCCCXXXIV. *Apud Hebraeos quoque a nativitate Abraham usque ad Labdon et Samson iudices Hebraeorum, qui troianis temporibus populo praefuerunt, aeque supputabis annos* DCCCXXXIV. *Item apud Aegyptios ab aetate Nini et Semiramidis, quo tempore sexta decima iam dynastia Thebaei Aegyptiis imperabant, usque ad vicesimam dynastiam et regem Aegypti Thuorin, qui ab Homero Polybus vocatur, sub quo Troia capta est, colliguntur etiam supradicti anni* DCCCXXXIV. *Igitur consequenter in libelli fronte ponimus uno eodemque tempore Abraham, Ninum, Semiramim, Europem, Aegyptiorum Thebaeos. Et haec quidem ita se habere, ut praefati sumus, posterior textus ostendet.*

7. *Nunc illud in cura est, ut etiam Hebraeorum annos in quatuor tempora dividamus. Ab Abraham usque ad Mosen: a Mose usque ad primam aedificationem templi: a prima aedificatione templi usque ad secundam instaurationem eius: ab instauratione eius usque ad adventum* CHRISTI DOMINI. *A nativitate quippe Abrahae usque ad Mosen et egressum Israël ex Aegypto, computantur anni* DV (1). *A Mose usque ad Salomonem et primam aedificationem templi, anni* CCCCLXXIX (2) *secundum minorem tamen numerum, quem tertius Regnorum liber continet. Nam iuxta volumen Iudicum supputantur anni* DC (3). *A Salomone vero, usque ad instaurationem templi, quae sub Dario Persarum rege facta est, colliguntur anni* DXII (4). *Porro a Dario usque ad praedicationem* DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI *et usque ad quintum decimum annum Tiberii principis Romanorum, explentur anni* DXLVIII (5). *Itaque simul fiunt Abraham, usque ad quintum decimum Tiberii annum, anni* MMXLIV.

8. *Similiter a Nino et Semiramide usque ad Mosen et Cecropem, anni* DV. *A Cecrope usque ad captivitatem Troiae, anni* CCCXXIX (6). *A captivitate Troiae usque ad primam olympiadem, anni* CCCCVI (7). *A prima olympiade usque ad secundum Darii annum et instaurationem templi,*

(1) Lib. I. XVI. 19-20.
(2) Lib. I. XVI. 27. sqq. scribuntur *CCCCLXXX*.
(3) Lib. I. XVI. 25 et 27.
(4) Lib. I. XVIII 4. scribuntur *DII*.
(5) Lib. I. XVIII. 9.
(6) Pontacus emendat CCCLXXV. Sed habent CCCXXIX codices ambr. duo, itemque alii codices passim, tum et princeps editio, et veneta anni 1483, et Scaliger.
(7) Lib. I. cap. XXXI scribuntur *CCCCVII*.

anni CCLVI. *A secundo Darii anno et instauratione templi usque ad quintum decimum annum Tiberii Caesaris, anni* DXLVIII (1). *Fiunt simul a Nino et Semiramide, usque ad quintum decimum Tiberii annum, anni* MMXLIV, *quos et ab Abraham usque ad Tiberium ostendimus supputatos. A Tiberii autem quindecimo usque ad Constantini victoris augusti vicennalia numerantur anni* CCC (2). *Itaque fiunt anni istius historiae* MMCCCXLIV (3). *Et ne longus ordo numerorum aliquid forte turbationis afferat, omnem annorum congeriem in decadas caecidimus* (4), *quas ex singularum gentium historiis congregantes sibi invicem facimus esse contrarias, ut facilis praebeatur inventio, cuius graeci aetate vel barbari, prophetae et reges et sacerdotes fuerint Hebraeorum* (5). *Item qui diversarum gentium falso crediti Dii; qui Heroës; quae, quando urbs condita; qui de illustribus viris philosophi, poëtae, principes, scriptoresque variorum operum extiterint; et siqua alia digna memoria putavit antiquitas. Quae universa in suis locis summa cum brevitate ponemus.*

---

(1) Lib. I. XVIII. 9.

(2) Ita Eusebius priore libro cap. XVIII. 9. quae verba huc transferenda fuerunt pro hieronymianis: *usque ad decimum quartum annum Valentis, quo interiit, numerantur anni* CCCLI. Nostra enim editio nihil praeter Eusebium complectitur.

(3) Hieronymus scribit: *itaque fiunt istius historiae* MMCCCXCV. Sed nos spatium subtraximus quod est inter vicennalia Constantini obitumque Valentis.

(4) In armeniaco Eusebii codice anni Abrahami haud caeduntur in decadas, sed singillatim omnes scribuntur. Decades igitur, quae in editionibus extant, auctorem videntur habere Hieronymum, pro quibus nos in hieronymiano supplemento singulos denuo numeros annorum Abrahami scribemus.

(5) Confer prooemium libri I. §. 1.

EXORDIVM LIBRI (1).

1. *Incipiunt tempora totius saeculi, regesque gentium omnium, quibus locis, quibusque temporibus in suis provinciis et quantum regnaverint, vel si quid memoriae dignum per generationes, nativitates, et regna et ducatus, per omnem actum iudicum et omnium regum Iuda et aliorum qui non ex eadem tribu regnaverunt, et per regnum Assyriorum, ceterarumque gentium, et tempora dictatorum cum consulibus ordinariis. Sed et tempora imperatorum et Caesarum, et quibus temporibus historiographi fuisse dixerunt: sed et successiones eorundem, quod per ordinem rerum superius declaratum est* (2). *Quorum universa tempora, gesta, sive apud Hebraeos, vel apud Graecos, vel apud Romanos, sive apud Barbaros, ceterasque gentes, quae gesserunt vel constituerunt, per historias in hoc libro plenissime demonstrantur: quod et in libro hoc* (3) *historiae singulae conscriptae declarant, Deorum generationem, vel singulorum progeniem, sive his temporibus ipsis antelatis, quae gesserunt, et tempora olympiacorum, ex quo primus agon gymnicus constitutus est, quod Graeci olympias appellant. Et quo tempore adventus fuit Salvatoris nostri* IESV CHRISTI, *sive passio ejus; simulque et nomina episcoporum ecclesiarum numero quatuor, hoc est, Romanorum, Alexandriae, Hierosolymorum et Antiochiae, qui per easdem civitates metropoles provinciarum episcopi, quantum temporis singuli sederunt, vel qui eorum episcopatus sui tempore martyrio coronatus sit, sive tempora persequutionum, quibus temporibus ecclesiae dissipatae sint. Sed et tempora regum macedonum, Alexandriae, et quoto agone olympiacorum, vel quibus temporibus seu consulibus finem Alexander fecerit Iudaeis,*

(1) Iamdiu est quum hoc *libri exordium* propter elocutionis barbariem multasque absurditates Criticis merito displicet, neque vel Eusebium vel ·D· Hieronymum habere auctorem videtur. Qui rei momenta cognoscere avet, is adeat in primis egregium opus Hieronymi de Prato *de Chronicis Eusebii dissert. part. I.* Duo tamen interim mirari licet; primum, quod huius exordii auctor statim dicat, se de Caesarum successionibus superius egisse; alterum, quod quatuor Ecclesiarum episcopos annosque pontificatuum se deinceps numeraturum recipiat. Iamvero primum fecerat reapse Eusebius in extrema prioris libri parte; alterum sub postrema item posterioris libri parte suis locis factitatum videbimus, quin tamen Eusebius usquam (nisi forte heic) se id praestiturum spoponderit.

(2) Priore libro capite ultimo quod periit.

(3) Scaliger pro *hoc* habet *Hygini*, non sine codicum aliquot auctoritate.

vel Vespasianus insequutionem sive destructionem templi eorum miserit et tributa eis constituit.

2. *Numeratio temporum non solum ante hominum genus, sed etiam ante lumina ipsa, atque stellas esse, cognoscitur. Nam cum primum fecit Deus caelum et terram, cum ipsis quoque elementis, quae in his elementis condita sunt, id est aqua et spiritus, abyssosque et tenebras necdum luminibus neque sideribus constitutis, dixit Deus: « Fiat lux: » et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quia bona est, et separavit » Deus inter lucem et tenebras: et vocavit Deus lucem diem, et tene- » bras vocavit noctem: et factum est vespere et mane dies unus ». Hic primus dies saeculi, non primus dierum omnium: ideoque non primus, sed unus nominatus est. Secundo autem die factum est firmamentum in medio aquarum, quod et divisit inter aquam et aquam. Tertio autem die congregatae sunt aquae, quae sunt sub caelo, in congregationem unam, et apparuit arida, quam Deus terram nominavit, atque congregationes aquarum appellavit maria, herbamque produxit terra et lignum fructiferum cum semine suo. Quarto igitur die facta sunt luminaria duo in firmamento caeli, ut luceant super terram ad inchoationem diei et noctis, et ut dividant inter diem et noctem, et sint in signa et tempora et dies et annos, et sint in splendorem firmamenti caeli et luceant super terram. Quibus ita perfectis, manifestum est luminibus ipsis antecedere lucem tribus diebus. Unde mihi videntur Aegyptii ceteraeque gentes hoc sequentes decretum, quatuor annis impletis, diem integrum superfluum adiicere quem etiam bissextum nominavere. Nam cum tres dies istos computare qui sint atque recogitare voluerimus, unius anni centesimam vigesimamque partem istam esse cognoscemus. Centesima autem et vigesima dies invicem computata, ista tertia pars esse anni dignoscitur. Tertia ergo addita parte annali quadriennio, dies integer completur, atque ad partium partes, menses atque anni superflui computantur, quos Hebraei quidem embolismos vocare solent, Aegyptii autem exaltationes siderum atque stabilitates appellant: imo bissextum ob rememorationem lucis atque dierum et noctium, quae luminibus triduum antecesserunt, celebratur, ideo quod tres dies sine auctore sole processerunt.*

3. *Nos igitur tempora conscribimus, non quae sunt, saeculi, mundi, neque luminum aut siderum, neque fructuum aut lignorum aut piscium,*

sed generationem hominum, cuius primus fuit Adam (1), factus sexto die. Quinto autem die dixit Dominus: « Educant aquae reptilia animarum » vivarum et volatilia caeli. Et factum est sic. Et fecit Deus beluas » et cetos et omnem animam vivam repentem, quas eduxerunt aquae » secundum suum genus, et omnem volatilem secundum genus suum. » Et vidit Deus quia bona sunt, et benedixit ea Deus, et dixit: Cre- » scite et multiplicamini, et replete aquas, quae sunt in mari, et » volatilia multiplicentur super terram. Et factum est vespere et mane » dies quintus. Sexto autem die dixit Dominus: Educat terra animam » vivam secundum genus suum, quadrupedia et reptilia, bestias terrae » secundum suum genus. Et vidit Deus quia bona sunt, et dixit: Fa- » ciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et habeat » potestatem piscium maris, et volatilium caeli, et omnium iumento- » rum, et totius terrae, et omnium reptilium, quae sunt super terram. » Et fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit eum: ma- » sculum et feminam fecit eos, et benedixit eos Deus, dicens: Crescite et » multiplicamini, et replete terram, et dominamini eius, et habete » potestatem piscium maris, et volatilium caeli, et omnium reptilium » quae sunt super terram ». Quomodo autem Deus eum, et unde fe- cerit, post alia dicit: « Et finxit hominem Deus de limo terrae, et » sufflavit in faciem eius spiritum vitae, et factus est homo in animam » viventem ». Et iterum post alia: « Et dixit Dominus Deus: non » est bonum hominem solum, faciamus ei adiutorium secundum eum ». Et post alia: « Adae autem non est inventus adiutor similis illi: Et im- » misit Deus soporem in Adam, et obdormivit: et apprehendit unam » costam de latere eius, et replevit locum carne eius. Et aedificavit » Dominus costam, quam sumpsit ab Adam in mulierem et adduxit » eam ad Adam videre quid eam vocaret. Et dixit Adam: Hoc nunc os » ex ossibus meis et caro de carne mea. Haec vocabitur Virago, quia » de viro suo sumta est ». Ex his duobus omnis hominum multitudo procreata est: unde etiam nos dinumerationem temporum facientes incipimus.

4. Adam. Eva. Adam autem vocavit nomen mulieris suae Eva, quod interpretatur « vita », quia ipsa est mater viventium. Adam autem cognovit Evam uxorem suam et concipiens peperit Cain et dixit: Acquisivi hominem per Deum, et adiecit fratrem illius parere Abel. Et factus (2) est

(1) Eadem est Eusebii sententia lib. I. xvi. 5.

(2) Hoc loco ingens lacuna est duorum codicum ambrosianorum usque ad *et sedit arca in septimo mense* etc.

Abel pastor ovium, Cain vero agricola (1). *Igitur cum uterque de suorum laborum fructibus immolarent, apparerent autem oblationes Abel acceptabiles magis coram Domino, tactus Cain invidia, insolens fratrem innocentem interemit, cuius morte genitor consternatus, ac sublatus in tempora, ab amplexu coniugis abstinuit Adam. Cum vero esset annorum* CL *genuit Seth, deinde alios mares et feminas. Fuerunt autem anni eius* DCCCCXXX. *Seth autem cum esset annorum* CXXX *genuit Enos: deinde in tempus alios mares et feminas. Fuerunt autem anni eius* DCCCCXII. *Enos vero cum iam esset nonagenarius genuit Cainam: deinde alios filios et filias. Fuerunt autem anni eius* DCCCCV. *Cainam vero cum esset septuagenarius genuit Malaleel: deinde alios filios et filias. Fuerunt omnes anni eius* DCCCCX. *Malaleel quadragenarius genuit Iareth: deinde alios filios et filias. Fuerunt anni eius* DCCCXCV. *Iareth in* CLXII *anno genuit Enoch: deinde in tempora alios filios et filias. Fuerunt anni eius omnes* DCCCCLXII. *Enoch autem* LXV *anno genuit Mathusalem: deinde alios filios et filias. Vir fuit iustus, vixit in humanis annis* CCCLXV *et assumptus est. Mathusalem vero in* CLXXXVII *anno genuit Lamech: deinde alios filios. Omnes anni eius* DCCCCLXIX. *Lamech autem anno*

---

(1) Exin plurimum differt Scaligeri editio, qui in freheriano codice sic legit: « Et factum est post dies, attulit Cain de fructibus terrae hostiam Deo: et Abel obtulit de primitivis ovium suarum et de adipibus (suarum). Et respexit Deus in Abel et super dona ipsius; super Cain autem et super hostiam eius non respexit. Et moestus factus est Cain vehementer et concidit vultus eius. Et dixit Deus ad Cain: *Ut quid tristis factus es?* Et, *Ut quid concidit vultus tuus? Nonne si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti? quiesce. Ad te adversio illius et tu dominaberis.* Et dixit Cain ad Abel fratrem suum: *Transeamus in campum.* Et factum est, quum esset in campo, exsurrexit Cain super Abel fratrem suum et occidit eum. Terra autem exiit Cain a facie Dei et moratus est in terra Naid contra Eden. Et cognovit Cain uxorem suam et concipiens peperit Enoch. Et erat aedificans civitatem et cognominavit eam in nomine filii sui Enoch. Iste Enoch alter est, non qui transpositus est, ut non moriatur. Ille enim filius est Iaret, septimus ab Adam.

» Hae sunt ergo generationes Cain. Cain genuit Enoch, Enoch autem genuit Gaidad et Gaidad genuit Meehel et Meehel genuit Matusalam et Matusala genuit Lamech, qui accepit sibi uxores duas Ada et Sella. Et peperit Ada Ihobel, qui erat pater inhabitantium in tabernaculis pastorum iumentorum. Hunc dicunt Silvanum et nomen erat fratris eius Iubal. Hic erat, qui ostendit psalterium et citharam. Hunc dicunt aliqui esse Mercurium. Sella autem et ipsa peperit Thobel: et erat malleator aeramenti et ferri. Hunc aliqui dicunt esse Vulcanum. Soror autem Thobel Noema, quam et ipsam aliqui dicunt esse Minervam. Usque huc generatio Cain.

» Adam autem cognovit uxorem suam Evam et concipiens peperit filium et nominavit nomen eius Seth, dicens: *Suscitavit enim mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.* Ex isto semine genus humanum iuxta Scripturas computatur. Vixit autem Adam annos CCXXX, secundum Iudaeos autem annos CXXX, et genuit secundum similitudinem suam et nominavit nomen eius Seth. Et facti sunt omnes dies Adae, quos vixit, anni DCCCCXXX et mortuus est. Seth, quum esset annorum CCV, secundum Iudaeos autem CV, genuit Enos. Et vixit Seth, postquam genuit Enos, annos DCCV, et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies Seth, quos vixit, anni DCCCCXII et mortuus est. Enos cum esset annorum CXC, secundum Iudaeos autem annorum XC, genuit Cainan et vixit Enos postquam genuit

CLXXXII genuit Noë, qui interpretatur « consolator » ab operibus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus: et deinde alios filios et filias. Fuerunt omnes anni vitae eius DCCLXXVIII. Superiori tempore Cain fratricida ob divinam indignationem profugit ad orientalem plagam, et consedit apud regionem Eden. Cognovit autem uxorem suam, et genuit Enoch, ad cuius proprium nomen fundavit urbem in vocabulo filii. Porro Enoch genuit Gaidad, qui genuit Maviel, qui genuit Mathusalem, qui genuit Lamech, qui ex argumento vaticinatus divinam ultionem septuplam fuisse in Cain propter homicidium fratris; in se autem septuagies septies futuram ob necatum a se adolescentem sui vulneris in livore. Iste Lamech duxit sibi binas uxores, Adda scilicet et Sella. Ex Adda genuit Iobel, qui primum intra tentorium habitaculis morem gessit. Ex eadem genuit Iubal, qui fuit citharoedorum primus. Ex Sella genuit Thobel, qui mirabilis malleator fuit in omni fabrili arte metallorum.

5. *Noë vero cum D esset annorum genuit Sem, Cham et Iaphet. Et cum multiplicassent homines super terram valde, ac ducerent uxores*

» Cainan, annos DCCXV; secundum Iudaeos autem
» annos DCCCXV; et genuit filios et filias. Et facti
» sunt omnes dies Enos, quos vixit, anni DCCCCV
» et mortuus est. Cainam quum esset annorum
» CLXX, secundum Iudaeos autem LXX, genuit Ma-
» leleel. Et vixit Cainam postquam genuit Male-
» leel, annos DCCXL; secundum Iudaeos autem
» DCCCLX, et genuit filios et filias. Et facti sunt
» omnes dies Cainan, quos vixit, anni DCCCX et
» mortuus est. Maleleel cum esset annorum CLXV,
» secundum Iudaeos autem LXV, genuit Iaret: et
» vixit Maleleel postquam genuit Iaret annos DCCXXX
» et genuit filios et filias. Et fuerunt omnes dies
» Maleleel anni DCCCXCV et mortuus est. Iaret quum
» esset annorum CLXXII genuit Enoch. Et vixit
» Iaret, postquam genuit Enoch, annos DCC et
» genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies
» Iaret, quos vixit anni DCCCLXII et mortuus est.
» In hoc nihil distat apud Iudaeos. Enoch, quum
» esset annorum CLXV, secundum Iudaeos autem
» LXV, genuit Matusala. Et supervixit Enoch post-
» quam genuit Matusalam annos CC, secundum Iu-
» daeos autem CCC, et genuit filios et filias. Et
» facti sunt omnes dies Enoch CCCLV. Et placuit
» Enoch Deo et non inveniebatur, quia transtulit
» illum Deus. Matusala quum esset annorum CLXVII,
» secundum Iudaeos autem CLXXXVII, genuit La-
» mech. Et vixit Matusala postquam genuit La-
» mech annos DCCII, secundum Iudaeos autem
» DCCLXXXII, et genuit filios et filias. Et facti sunt
temporis intervallum unctorum praesidum occupat dominatio, quorum denique extremus Hyrcanus fuit; qui a Parthis in captivitatem abreptus est. Herodes Antipatri contra fas iudaicum sceptrum ab Augusto senatuque romano retulit, itemque eius liberi usque ad supremam Hierosolymorum obsidionem. Interim nemo perpetua successione de genere sacerdotali pontifex Dei erat, neque quoad vita maneret, uti lex mosaica iubet; verum pauci quidam ignobiles modo annui modo ad brevius tempus pontificatum sibi a romanis ducibus emebant. Herodes autem Antipatri ascalonensis filius matre Cypride arabissa quum regnum iudaicum prorsus ad eum non pertineret, principatu nihilominus a Romanis insignitus est. In huius aetatem incurrit Christi adventus: tum et Iudaeorum imperium atque sacerdotium quod hactenus per minorum successiones viguerat, extinctum est: quo facto Mosis vaticinium exitum habuit, quod erat huiusmodi: « Haud deerit princeps e Iuda, neque dux de femore eius, donec is venerit cui manet, quique » gentium expectatio est (1) ». Daniel quoque eadem est vaticinatus his verbis: « Fore videlicet ut post » duas et sexaginta hebdomades deleatur unctio, nullumque iudicium ei sit: tum et templum et » sanctum populus polluat adventante duce, bellique diluvio obruantur ». Pergit porro dicere: « Atque » in templo abominatio exterminii erit, et usque ad consummationem temporum consummatio dabitur » exterminii ».

	OLYMP.	ABRAHAMVS	AEG. Cleopatra	ROM. Augustus	IVD. Herodes	
Antonii et Augusti foedus.	187	1984	18	11	1	*a* HERODES alienigena post sublatos gentis pontifices regnat.

b Herodes quemdam nomine Ananelum (2) marte proprio pontificem Iudaeorum creavit. Mox eodem reiecto Aristabulum uxoris suae fratrem Hyrcani filium (3) ad eiusmodi honoris fastigium extulit. Hyrcano post annum occiso, denuo id munus ad Ananelum detulit.

ἑξήκοντα ἑβδομάδες συμπληροῦσι χρόνον ἐτῶν υπγ᾽· ὅποσα ἔτη τυγχάνει τὰ τῆς ἀρχῆς τῶν Χριστῶν ἡγουμένων· ὧν τελευταίου Ὑρκανοῦ ἀπὸ Πάρθων αἰχμαλώτου ληφθέντος, ὁ Ἡρώδης τοῦ Ἀντιπάτρου μηδὲν προσήκουσαν αὐτῷ τὴν τῶν Ἰουδαίων βασιλείαν ὑπὸ Αὐγούστου καὶ συγκλήτου Ῥωμαίων παραλαμβάνει· κατ᾽ ἔπειτα οἱ τούτου παῖδες μέχρι τῆς ὑστάτης Ἱεροσολύμων πολιορκίας· οὐκ ἔτι οἱ ἐκ διαδοχῆς τοῦ ἱερατικοῦ γένους ἱερῶντο τῷ Θεῷ, οὐδὲ διὰ βίου κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον· ἄσημοι δέ τινες ἄλλοτε ἄλλοι· καὶ οἱ μὲν ἐνιαύσιοι, οἱ δὲ ἔτι ὀλίγῳ πλέον παρὰ τῶν ῥωμαϊκῶν ἡγουμένων τὴν ἀρχιερωσύνην ἐξωνοῦντο.

Ἡρώδης Ἀντιπάτρου τοῦ ἀσκαλωνίτου καὶ μητρὸς Κύπριδος ἀραβίσσης οὐδὲν αὐτῷ προσήκουσαν τὴν Ἰουδαίων βασιλείαν ὑπὸ Ῥωμαίων ἐγχειρίζεται, καθ᾽ ὃν τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως πλησιαζούσης, ἡ ἐκ προγόνου διαδοχὴ, ἀρχιερωσύνη τε καὶ ἀρχὴ τῶν Ἰουδαίων κατελύθη, συμπληρουμένης τῆς παρὰ Μωϋσῇ λεγούσης προφητείας· οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἄρχων ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. Ἑξῆς δὲ ὁ Δανιὴλ προφητεύει λέγων· καὶ μετὰ τὰς ζ᾽ καὶ ξβ᾽ ἑβδομάδας ἐξολοθρευθήσεται, καὶ χρίσμα οὐκ ἔσται ἐν αὐτῷ, καὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ λαὸς ἡγουμένου ἐρχομένου, καὶ κοπήσονται ἐν κατακλυσμῷ πολέμου· καὶ ἑξῆς φησὶ καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων, καὶ ἕως συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν. Idem p. 309-310.

a Τῶν παρὰ Ἰουδαίοις ἀρχιερέων ἐκλειπόντων, Ἡρώδης ἀλλόφυλος βασιλεύει. Chron. pasch. p. 189. *A.*

b Ἡρώδης Ἀνάνηλόν τινα μεταπεμψάμενος ἀπὸ Βαβυλῶνος, Ἰουδαίων ἀρχιερέα καθίστησι. Μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ, τούτων παύσας, Ἀριστόβουλον τὸν ἀδελφὸν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς, υἱὸν δὲ Ὑρκανοῦ, ἐπὶ τὴν τιμὴν προάγει· Ἐνιαυτοῦ δὲ διαγενομένου, πάλιν τῷ Ἀνανήλῳ ἀποδίδωσι τὸν Ἀριστόβουλον ἀνελών. Idem p. 190. *B*, *et Sync. p.* 311. *D.*

(1) *Gen.* XLIX. 10.

(2) Hier. addit *Babylone accitum.*

(3) Hier. *Hyrcani nepotem.*

	OLYMP.	ABRAHAMVS	AEG. Cleopatra	ROM. Augustus	IVD. Herodes	
Romani colonias deduxerunt.		1985	19	12	2	
a Augustus pedestrem triumphum egit.		1986	20	13	3	
b Antonius Arabiam attribuit Cleopatrae.	188	1987	21	14	4	*c* Augusti et Antonii altera dissensio imperii causa (1).
		1988	22	15	5	

d Cleopatra et Antonius semet ipsi occiderunt: Aegyptus autem Romanorum imperio adiecta est. Lagidae usque ad Cleopatram regnaverunt in Aegypto annis CCXCV.

	OLYMP.	ABRAHAMVS	ROM. Augustus	IVD. Herodes	
e Augustus (2) Sebasti nomine insignitus est: mensis item sextilis dictus est augustus. Praeterea Nicopolis ad Actium condita.		1989	16	6	*f* Nonnulli hinc primum monarchiae Augusti annum numerant; Alexandrini autem a quarto decimo.
		1990	17	7	*g* Triumphum egit Augustus de Cleopatra, cuius filii Sol et Luna publice ducti sunt.
h Augustus leges tulit apud Romanos.		1991	18	8	*i* Censu Romae acto, inventa sunt hominum XLI centena et LXIV milia.
Coloniae deductae sunt. Thebarum suburbia in Aegypto funditus eversa sunt.	189	1992	19	9	Tralles terrae motu corruerunt.

a Αὔγουστος πεζὸν ἐθριάμβευσεν θρίαμβον. *Sync. p.* 305. *D.*

b Ἀντώνιος Ἀραβίαν Κλεοπάτρᾳ παρίδωκεν. *Idem p.* 308. *A.*

c Πρὸς Ἀντώνιον ἀνίσταται πόλεμος Αὐγούστου. *Idem p.* 311. *A.*

d Ἀντώνιος καὶ Κλεοπάτρα παραχρῶνται ἑαυτούς. *Ibidem.* Αὔγουστος ἐλθὼν εἰς Αἴγυπτον, κρατεῖ τῆς Αἰγύπτου, τὴν τῶν Πτολεμαίων καθελὼν βασιλείαν, διαρκέσασαν ἔτεσι σϞϛ'. *Chron. pasch. p.* 192. *B.*

e Ὀκτάβιος Αὔγουστος προσηγορεύθη· καὶ ὁ σεξτίλιος μὴν ὁμοίως αὐτὸς σεβαστὸς ἀνηγορεύθη. *Ibidem* Νικόπολις ἡ κατὰ Ἀκτίαν ἐκτίσθη. *Idem p.* 308. *C.*

f Ἐντεῦθέν τινες ἀριθμοῦσιν τὸ πρῶτον ἔτος Αὐγούστου μοναρχίας. *Ibidem.* Οἱ δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀπὸ τοῦ ιδ' ἔτους ἀριθμοῦσιν τοὺς Αὐγούστου χρόνους. *Idem p.* 311. *C.*

g Κλεοπάτρας παῖδας Ἥλιον καὶ Σελήνην κατῆξεν εἰς Ῥώμην Αὔγουστος, θρίαμβον ἐπ' αὐτοῖς ἥδιστον Ῥωμαίοις ἐνδειξάμενος. *Idem p.* 311. *B.*

h Αὔγουστος Ῥωμαίοις ἐνομοθέτησεν. *Idem p.* 313. *C.*

i Τιμήσεως γενομένης ἐν Ῥώμῃ ἀπεγράφησαν Ῥωμαίων μυριάδες υϛ' καὶ δ'. *Ibidem D.*

(1) Hier. *Augusti et Antonii tertiae dissensionis exordium.* Porro videtur Hieronymus interpretatus ἀρχὴν *exordium*, Armenius autem *imperium*.

(2) Melius Hier. *Caesar.*

	OLYMP.	ABRAHAMVS	ROM. Augustus	IVD. Herodes	
a M. Lollius Galatiam in Romanorum provinciam redigit.		1993	20	10	*b* Augustus Calabriam et Galatiam (1) vectigales fecit.
c Augustus oblatum sibi supremum dominatum recepit (2).		1994	21	11	
d Ab eodem missus Tiberius Iudaeos (3) cepit.		1995	22	12	*e* Augustus Cyzicenis libertatem ademit.
	190	1996	23	13	*f* Herodes Hierosolymis multa et grandia aedificia excitavit. Idem Samariam a fundamentis olim eversam instauravit, Sebastemque in honorem Sebasti appellavit: tum et in Paneade Panion condidit.
g Augustus Samios liberos esse iussit.		1997	24	14	
h Cypri insulae magna pars terrae motu labefactata est.		1998	25	15	*i* Germanos rebellantes Marcus Lucius (4) repressit.
k Tiberius Caesar appellatur.		1999	26	16	
	191	2000	27	17	
l Augustus Caium sibi filium adoptavit.		2001	28	18	*m* Coloniae deductae Berytum et Patras.
		2002	29	19	*n* Bosphorum Agrippa subegit.
o Tiberius Caesar Vindelicos omnesque Thraciae finitimos subegit.		2003	30	20	*p* Augustus pontifex maximus electus est.
	192	2004	31	21	

q Herodes Anthodonem Antipatridemque instauravit, quam in parentis sui Antipatri honorem ita appellavit: tum et aliam urbem de suo nomine Herodion dixit.

a Λόλλιος Μάρκος Ῥωμαίοις Γαλατίαν ἐπεκτήσατο. *Sync. p.* 313. *C.*

b Αὔγουστος Καῖσαρ Καλαβρίαν καὶ Γαλάτας ὑποφόρους ἐποίησεν. *Chron. pasch. p.* 193. *A.*

c Αὔγουστος μοναρχίαν ἐγχειριζομένην ἀπώσατο. *Sync. p.* 313. *C.*

d Τιβέριος Ἀρμενίαν Αὐγούστῳ παριστήσατο. *Ibidem.*

e Αὔγουστος Κυζικηνῶν ἐλευθερίαν ἀφείλατο. *Ibidem.*

f Ἡρώδης ἐν Ἱεροσολύμοις πλεῖστα καὶ μεγάλα ἔκτισεν· ὁ αὐτὸς δὲ καὶ τὴν πάλαι Σαμάρειαν καταρειπομένην ἐκ θεμελίων ἐγείρας, εἰς τιμὴν τοῦ Σεβαστοῦ Αὐγούστου Σεβαστὴν ὠνόμασεν· ἐν Πανιάδι δὲ τὸ Πάνιον κατεσκεύασεν. *Chron. pasch. p.* 193. *B.*

g Αὔγουστος Σαμίοις ἐλευθερίαν παρέσχεν. *Sync. p.* 313. *C.*

h Σεισμὸς Κύπρου πολλὰ μέρη κατέπτωκεν. *Ibidem.*

i Γερμανοὺς κατεστρέψατο Λόλλιος Μάρκος νεωτερίσαντας. *Idem p.* 314. *A.*

k Τιβέριος Καῖσαρ ἀνηγορεύθη. *Idem p.* 313. *D.*

l Αὔγουστος Γάϊον Ἀγρίππαν υἱοθετήσατο. *Ibidem.*

m Ἀποικίας εἰς Πάτρας καὶ Βήρυτον Ῥωμαίοις ἐξέπεμψεν. *Idem p.* 314. *A.*

n Ἀγρίππας Βόσφορον ἐχειρώσατο. *Ibidem.*

o Τιβέριος Καῖσαρ Οὐινδικοὺς καὶ τοὺς λοιποὺς παρακειμένους τῇ Θράκῃ ὑπέταξεν. *Idem p.* 313. *D.*

p Αὔγουστος μέγας ἀρχιερεὺς ἐψηφίσθη. *Idem p.* 314. *B.*

q Ἡρώδης Ἀνθηδόνα ἐπέκτισεν Ἀγριππῖναν μετονομάσας ἔτι δὲ Παρασανάβαν εἰς τιμὴν Ἀντιπάτρου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, Ἀντιπατρίδα ὠνόμασεν· καὶ ἄλλην εἰς οἰκεῖον ἐκάλεσεν ὄνομα, πόλιν ἐγείρας Ἡρώδιον. *Ibidem C-D*, *et Chron. pasch. p.* 193. *D.*

---

(1) Ita arm. interpres ex graeco dicit *Galatiam*, quod vocabulum si vim eius spectes, iure cum Hieronymo explicabis etiam *Galliam*; sin historiam dices *Gallaeciam* cum Scaligero, quicum praeterea pro *Calabriam* merito scribes *Cantabriam*.

(2) Hier. et Sync. *renuit*.

(3) Hier. et Sync. *Armeniam*. Fieri autem potest ut armenius amanuensis mendose scripserit ՀՐԷԱՅՍ *Iudaeos* pro ՀԱՅՍ *Armenios*.

(4) Hier. et Sync. *Lollius*.

	OLYMP.	ABRAHAMVS	ROM. Augustus	IVD. Herodes	
a Herodes Caesaream de nomine Caesaris struxit, quae antea Turris Stratonis vocabatur. Idem complura aedificia in singulis Syriae Palestinaeque urbibus instauravit.		2005	32	22	
		2006	33	23	
		2007	34	24	
	193	2008	35	25	*b* Tiberius Germanicus (1) imperator appellatus est.
c Tiberius Caesar domitis Pannoniis triumphavit.		2009	36	26	*e* Herodes Hyrcanum pontificem olim Iudaeorum interemit, postquam parthica captivitate auxiliantibus suis reversus fuerat. Idem et filium eius, qui in patris pontificatum successerat, necavit: nec non huius sororem, uxorem suam de qua liberos duos susceperat, quos item adultae iam aetatis leto dedit: tum denique et occisae uxoris matrem, socrum suam, eadem poena adfecit. Iam ut tot parricidiis cumulum adiiceret, virum quoque sororis suae Solomae morte multavit, eamque novis nuptiis implicuit, ac deinde crudeliter interficiendam curavit. Denique et sacrarum legum doctores, et patriae religionis studiosi his caedibus adiecti sunt.
		2010	37	27	
d Tiberius de Ariis (2) Armeniis, Vindelicis et Pannoniis triumphavit. Cos urbs magnam partem concidit.		2011	38	28	
	194	2012	39	29	
		2013	40	30	
f Augustus filiam suam Iuliam in adulterio deprehensam in exilium pepulit. *g* Augustus gladiatorium et navale certamen edidit.		2014	41	31	
h Quirinus decreto senatus in Iudaeam missus descriptionem hominum facultatumque confecit.		2015	42	32	

i IESVS CHRISTVS DEI FILIVS BETHLEEMI IVDAEAE NASCITVR.

Ab Abrahamo ad Christum natum colliguntur anni MMXV.

a Ἡρώδης Καισάρειαν εἰς ὄνομα Καίσαρος ἔκτισεν, Στράτωνος πύργον τὸ πρὶν καλουμένην. *Chron. pasch.* p. 193. *D.* Ὁ αὐτὸς κατὰ πάσας πόλεις Συρίας καὶ Γαλιλαίας ἐπέκτισεν. *Sync.* p. 314. *D.*

b Τιβέριος Καῖσαρ καταπολεμήσας Γερμανοὺς αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύθη. *Ibidem A.*

c Τιβέριος ἐπὶ νίκῃ Παννονίων ἐθριάμβευσεν. *Ibidem.*

d Ὁ αὐτὸς ἐπὶ νίκῃ Ῥαιτῶν καὶ Ἀρμενίων καὶ Οὐινδικίων καὶ Παννονίων ἐθριάμβευσεν. *Ibidem.*

e Ὑρκανὸν ἐκ Παρθικῆς ἐπανελθόντα γηραιὸν φόβῳ τῆς εὐγενείας Ἡρώδης ἀνεῖλεν· ὁμοίως καὶ Ἀριστόβουλον υἱὸν αὐτοῦ ἀρχιερέα. Ὁ αὐτὸς Μαριάμνην ἰδίαν γαμετὴν θυγατέρα Ὑρκανοῦ σὺν δύο παισὶν αὐτοῦ ἐξ αὐτῆς ἀνδρωθεῖσιν ἤδη, φονεύει, καὶ τὴν Μαριάμνης μητέρα, οἰκείαν δὲ πενθερὰν ὁ μιαιφόνος. *Ibidem B.* Πρὸς δὲ ταῖς ἑτέραις αὐτοῦ μιαιφονίαις, Σαλώμης τῆς ἰδίας ἀδελφῆς ἀναιρεῖ τὸν ἄνδρα· γαμήσαντος δὲ αὐτὴν ἑτέρου, καὶ τοῦτον ἐπιπροστίθησιν· καὶ ἔτι πρὸς τούτοις τοὺς ὑφηγητὰς τῶν ἱερῶν νόμων καὶ τοὺς τῶν πατρίων ζηλωτὰς κτείνουσι. *Chron. pasch.* p. 202. *D.*

f Αὔγουστος Ἰουλίαν τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα ἐφυγάδευσεν καταγνοὺς αὐτῆς μοιχείας. *Chron. pasch.* p. 194. *B.*

g Αὔγουστος παρέσχεν ναυμαχίαν καὶ μονομαχίαν. *Sync.* p. 314. *A.*

h Ὑπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς Κυρίνιος ἐπιμελητὴς ἐξεπέμφθη, οὐσιῶν καὶ οἰκητόρων ἀναγραφὰς ποιούμενος. *Idem* p. 316. *B.*

i Ἐγεννήθη ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ υἱός, ἐν Βηθλεὲμ πόλει τῆς Ἰουδαίας. *Idem* p. 315. *D.*

(1) Hier. et Sync. *Tiberius vastata Germania imperator appellatur.*

(2) Nempe *Persis.* Vide dicta superius p. 1. n. 2.

	OLYMP.	ABRAHAMVS	ROM. Augustus	IVD. Herodes	
Caius Caesar cum Parthis amicitiam composuit.	195	2016	43	33	
a Sextus pythagoricus philosophus agnoscebatur.		2017	44	34	Augustus Tiberium et Agrippam filios adoptavit.
c Herodes, DOMINI NOSTRI ortu cognito, Bethleemi pueros interficiebat.		2018	45	35	*b* Iudas galilaeus Iudaeos ad seditionem commovebat.
		2019	46	36	*d* Herodes atroci hydrope correptus consumpto vermibus corpore misere obiit.
	196	2020	47	37	
				e ARCHELAVS annis IX.	
Tetrarchas fecit Augustus Herodem, Antipatrum, Lysaniam et Philippum fratres Archelai.		2021	48	1	*f* Iudaicae gentis principem Augustus constituit Archelaum Herodis filium.
		2022	49	2	Tiberius Caesar Dalmatas Sarmatasque subegit.
		2023	50	3	
	197	2024	51	4	*g* Athenodorus tarsensis philosophus physicus (1) cognoscebatur.
h Romae fames tanta fuit, ut quinque modii denariis viginti septem cum semisse venirent.		2025	52	5	
		2026	53	6	
		2027	54	7	
	198	2028	55	8	*i* Sition (2) alexandrinus philosophus cognoscebatur.
l Augustus cum Tiberio censum peragens reperit XLI centena et XC milia centum et septemdecim Romanorum capita.		2029	56	9	*k* Atheniensium audax rebellio compressa est punitis auctoribus.

m Archelaus Iudaeorum rex quum annis novem gentis principatum tenuisset, in urbem Galliae Viennam relegatus est.

n Defectus solis fuit, et Augustus obiit.

a Σέξτος φιλόσοφος πυθαγορικὸς ἤκμαζεν. *Sync. p.* 316. *C.*

b Ἰούδας τις γαλιλαῖος κατὰ Ῥωμαίων ἀποστατεῖν Ἰουδαίους προέτρεπεν. *Ibidem.*

c Ἡρώδης κατὰ τὴν Βηθλεὲμ ἀναιρεῖ νήπια, τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν πυθόμενος γέννησιν. *Idem p.* 317. *B.*

d Ἡρώδης ὕδρωπι συσχεθεὶς σκώληκας ἀπὸ τοῦ στόματος (σώματος) ἐξέβρασεν, καὶ οὕτω δεινῶς ὀδυρόμενος τέθνηκεν. *Ibidem B.*

e Ἰουδαίων ἐβασίλευσεν Ἀρχέλαος ἔτη ϑ. *Ibidem C.*

f Αὔγουστος Ἀρχέλαον μὲν υἱὸν Ἡρώδου Ἰουδαίων ἐθνάρχην κατέστησεν· τοὺς δὲ ἄλλους ἀδελφοὺς αὐτοῦ τέσσαρας ὄντας, Ἡρώδην, καὶ Ἀντίπατρον, Λυσανίαν τε, καὶ Φίλιππον, τετράρχας ἀνέδειξεν. *Ibidem D.*

g Ἀθηνόδωρος ταρσεὺς ἤκμαζεν. *Idem p.* 318. *C.*

h Λιμὸς κατέσχεν τὴν Ῥωμαίων ἰσχυρὰ, ὡς πολλῶν δηναρίων τὸν μόδιον τοῦ σίτου πραθῆναι. *Ibidem.*

i Σιτίων ἀλεξανδρεὺς φιλόσοφος ἤκμαζεν. *Ibidem.*

k Ἀθηναῖοι στασιάζειν ἀρξάμενοι, κολασθέντες ἐπαύσαντο. *Ibidem.*

l Αὔγουστος τοὺς οἰκήτορας Ῥώμης κατὰ πρόσωπον ἀριθμήσας, εὗρεν οἰκοῦντας αὐτὴν ἀνδρῶν μυριάδας ιγ' καὶ ϡλζ'. *Ibidem.*

m Ἀρχέλαος Ἰουδαίων βασιλεὺς μετὰ ϑ ἔτη τῆς ἀρχῆς εἰς Βίεναν πόλιν Γαλατίας (3) ὑπὸ Ῥωμαίων ἐξορίζεται. *Ibidem.*

n Αὔγουστος τελευτᾷ τοῦ βίου· καθ' ὃν χρόνον ἔκλειψις ἡλίου γέγονε. *Ibidem.*

(1) Hier. *stoicus.*

(2) Hier. *Sotio.*

(3) Sic scribimus potius quam Γαλλίας, namque arm. interpres legit *in urbem Galatarum.* Erat autem Syncelli lectio corrupta.

	OLYMP.	ABRAHAMVS	ROM. Tiberius	IVD. Herodes	
					a TIBERIVS imperator annis XXIII.
					b HERODES tetrarcha annis XXIV.
		2030	1	1	
		2031	2	2	
		2032	3	3	*c* Terrae motu tredecim urbes corruerunt Ephesus, Magnesia, Sardes, Mosthene, Aegae, Hierocaesarea, Philadelphia, Tmolus, Temnus, Myrhina, Apollonia Dia, Hyrcania.
Germanicus Caesar de Parthis triumphavit.	199	2033	4	4	
		2034	5	5	
		2035	6	6	
	200	2036	7	7	
d Pompeii theatrum inflammatum est.		2037	8	8	*e* Tiberius Drusum imperii socium fecit.
		2038	9	9	
Drusus Caesar veneficio periit.		2039	10	10	*f* Philippus tetrarcha Paneadem condidit et Caesaream quam Philippi appellavit (1): tum et aliam urbem Iuliadem.
	201	2040	11	11	
		2041	12	12	
		2042	13	13	*g* Pilatum Tiberius ad regendam Iudaeam mittit.
		2043	14	14	
	202	2044	15	15	*h* Herodes Tiberiadem et Liviadem condit.

i Iohannes Zachariae filius locis desertis circa Iordanem amnem praedicabat, palamque cunctis faciebat DEI VNCTVM inter eos adesse. Quin ipse IESVS DEI VNCTVS vivificae evangelicaeque doctrinae suae initium faciebat, factisque et dictis divinae vim potestatis spectantibus exhibebat.

Iamvero usque ad quintum decimum, de quo nunc agimus, Tiberii annum, a secundo hierosolymitani templi aedificio quod incidit in alterum Darii Persarum regis annum et sexagesimam quintam olympiadem, congeruntur anni DXLII; a Solomone temploque primum condito anni MLXIV; a Mose egressuque ex Aegypto anni MDXL; ab Abrahamo Ninique et Samiramidis regno anni MMXLIV; a diluvio anni MMDCCCCLXXXVI; ab Adamo denique anni MMMMMCCXXVIII.

a Ῥωμαίων γ′ μονάρχης Τιβέριος ἔτη κβ′. *Sync. p.* 319. *A.*

b Ἰουδαίων γ′ Ἡρώδης ἔτη κδ′.. *Ibidem.*

c ΙΓ′ πόλεις κατεπτώθησαν Ἔφεσος, Μαγνησία, Σάρδεις, Μοστίνη, Αἶγαι, Ἱεροκαισάρεια, Φιλαδελφία, Τμῶλος, Τῆμος, Μυρίνα, Κύμη, Ἀπολλωνία, Δία, Ὑρκανία. *Ibidem B.*

d Πομπηΐου θέατρον ἐνεπρήσθη. *Idem p.* 320. *B.*

e Τιβέριος Δροῦσον τῆς ἀρχῆς κοινωνὸν προσλαβόμενος, κατὰ μικρὸν ὡς φαρμάκῳ ἀνεῖλεν. *Ibidem.*

f Φίλιππος τετράρχης Πανεάδα ἀνακτήσας Καισάρειαν Φιλίππου προσωνόμασεν. Ὁ αὐτὸς Ἰουλιάδα ἀνήγειρεν. *Ibidem.*

g Τιβέριος Πόντιον Πιλάτον ἡγεμόνα τῆς Ἰουδαίας ἐξέπεμψεν. *Ibidem.*

h Ἡρώδης ἔκτισεν Τιβεριάδα εἰς ὄνομα Τιβερίου Καίσαρος. *Ibidem.*

i Ἰωάννης Ζαχαρίου υἱὸς ἐν τῇ ἐρήμῳ παρὰ τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ ἦλθεν εὐαγγελιζόμενος ἐν μέσοις αὐτοῖς ἤδη παρεῖναι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ. Καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς κ. τ. λ. *Chron. pasch. p.* 209. *B.*

(1) Hier. *Paneadem, in qua plurimas urbes construxerat, Caesaream Philippi vocavit.*

	OLYMP.	ABRAHAMVS	ROM. Tiberius	IVD. Herodes	
ἰ IESVS VNCTVS DEI DOMINVS NOSTER vivificam doctrinam omnibus evulgabat, et singula prodigia, quae litteris commendata sunt, perpetrabat.	203	2045 2046 2047 2048	16 17 18 19	16 17 18 19	*a* IESVS VNCTVS DEI DOMINVS NOSTER discipulis suis regni caelorum arcana pandebat, eosque iubebat conversionem ad communem Deum regnique sui conditiones cunctis ethnicis edicere.

b IESVS VNCTVS DEI DOMINVS NOSTER, secundum prophetias de eo prolatas, decimo nono regnantis Tiberii anno venit ad passionem. Quod quidem circa tempus etiam in aliis Graecorum memoriis haec ad verbum narrata reperimus: « Solem videlicet defecisse, Bithyniam terrae motu esse concussam, maximamque Nicaeae partem prostratam ». Atque haec profecto cum iis congruunt quae in Vivifici nostri passione acciderunt. Quin adeo Phlegon olympiadum scriptor hac ipsa de re tertio decimo *libro* sic loquitur: « Ducentesimae tertiae olympiadis anno quarto tanta fuit solis defectio quantam nemo antea » cognoverat. Sexta quippe diei hora nox adeo offusa est, ut in caelo stellae viserentur. Magnus quoque » terrae motus in Bithynia fuit, Niceaeque pars magna ruit ». Sic praedictus vir ait. Iamvero Vivificum nostrum eo anno fuisse excruciatum, grandi argumento est testimonium quod e Iohannis evangelio petitur, in quo post quintum decimum Tiberii annum Christo praedicanti triennium attribuitur (1). Sub his temporibus narrat quoque Iosephus (2) per dies Pentecostes motus primum ac strepitus circum sacerdotes esse excitatos: mox subitam vocem ex adyto templi exauditam dicentium: « Migremus hinc, migremus (3) ». Idem praeterea Iosephus scribit: « Pilatum praesidem eodem tempore Caesaris imaginem in templo contra fas statuisse, ingentisque tumultus ac seditionis apud Iudaeos initium fecisse (4). Hinc autem plurimae aerumnae et calamitates iudaicae genti acciderunt.

c Flaccus Abilius (5) Alexandriae Aegyptique pro Tiberio praefectus insidias varias adversus gentem iudaicam moliebatur.

a Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς κηρύσσει τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας. *Chron. pasch. p.* 210. *D.*

b Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ κύριος ἡμῶν κατὰ τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας ἐπὶ τὸ πάθος προῄει ἔτους ιθ' τῆς Τιβερίου βασιλείας· καθ' ὃν καιρὸν καὶ ἐν ἄλλοις μὲν ἑλληνικοῖς ὑπομνήμασιν εὕρομεν ἱστορούμενα κατὰ λέξιν ταῦτα· ὁ ἥλιος ἐξέλιπεν· Βιθυνία ἐσείσθη· Νικαίας τὰ πολλὰ ἔπεσεν· ἃ καὶ συνᾴδει τοῖς περὶ τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν συμβεβηκόσιν. Γράφει δὲ καὶ Φλέγων ὁ τὰς ὀλυμπιάδας (συνάγων (6)) περὶ τῶν αὐτῶν ἐν τῷ ιγ' ῥήμασιν αὐτοῖς τάδε· τῷ δ' ἔτει τῆς σβ' ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν ἐγνωσμένων πρότερον· καὶ νὺξ ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς ἡμέρας ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀστέρας ἐν οὐρανῷ φανῆναι· σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν τὰ πολλὰ Νικαίας κατεστρέψατο· καὶ ταῦτα μὲν ὁ δηλωθεὶς ἀνήρ· τεκμήριον δ' ἂν γένοιτο τοῦ κατὰ τόδε τὸ ἔτος πεπονθέναι τὸν Σωτῆρα ἡ τοῦ Κυρίου κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου μαρτυρία, ἥτις μετὰ τὸ ιε' ἔτος Τιβερίου τριετῆ χρόνον τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ διαγενέσθαι μαρτυρεῖ· Κατὰ τοὺς αὐτοὺς δε χρόνους καὶ Ἰώσηππος ἱστορεῖ ἐν ἡμέρᾳ Πεντηκοστῆς κινήσεως καὶ κτύπου ἱερεῖς ἀντιλαβέσθαι πρῶτον, ἔπειτα φωνῆς ἀθρόας ἔνδοθεν ἀκοῦσαι, ἀπὸ τοῦ ἐσωτάτου ἱεροῦ αὐτοῖς εἰπούσης· μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν· καὶ ἄλλο δέ τι ὁ αὐτὸς ἀναγράφει Ἰώσηππος· ὡς Πιλάτου τοῦ ἡγεμόνος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Καίσαρος τὰς εἰκόνας νύκτωρ εἰς τὸ ἱερὸν, ἅς περ οὐκ ἦν θέμις, ἀναθέντος, μεγίστου θορύβου καὶ στάσεως ἀρχὴν ἐμβεβληκότος Ἰουδαίοις· ἔνθεν ἐπιστήσεις πᾶσαι τὸ Ἰουδαίων ἔθνος διεδέξαντο συμφοραί. *Eusebius apud* Sync. *p.* 324-325.

c Φλάκκος Ἀβίλιος τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου ἐπίτροπος ὑπὸ Τιβερίου ἐκπέμπεται· πολλὰ δὲ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐπιβούλευσεν. *Sync. p.* 225. *B.*

(1) Legendus Eusebius *Hist. eccl.* I. 10. qui docte demonstrat, praedicatione Christi triennium circiter fuisse occupatum.

(2) *Bell. iud.* VI. 5, qui tamen locus perperam ab Eusebio ad hoc tempus trahitur, ut iamdiu Critici observaverunt.

(3) Sic repetitur in codice arm.

(4) *Antiq.* XVIII. 4. et *Bell. iud.* II. 9.

(5) Codex arm. *Avulius.*

(6) Verbum συνάγων ne armenius quidem interpres legisse videtur, qui ad litteram ait: *Phlegon qui de olympiadibus ab ipsissimis.*

	OLYMP.	ABRAHAMVS	ROM. Tiberius	IVD. Herodes	
a Hierosolymorum primus episcopus ab Apostolis manuum impositione ordinatur Iacobus frater DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.		2049	20	20	*b* Pilatus post praedictam seditionem, quae ob Caesaris imaginem acciderat, aerarium quod Iudaei corbonam vocabant, in aquaeductus exhausit, novique tumultus causam eis praebuit.
. Philo alexandrinus, vir doctissimus, cognoscebatur.		2050	21	21	

c Seianus Tiberii praefectus, qui apud eum plurimum gratia pollebat, vehementissimam dabat operam ut iudaicam gentem deleret. Id quidem memorat Philo in secunda sua historia (1).

	OLYMP.	ABRAHAMVS	ROM.	IVD.	
		2051	22	22	*d* Quum Pilatus de Christianorum religione Tiberium certiorem fecisset, hic rem detulit ad senatum: quo renuente (2), Tiberius necem iis comminatus est qui Christianis obtrectarent. Huius rei testis est Tertullianus romanus (3).
	204	2052	23	23	*e* Agrippa Herodis regis filius, quum Romam ad accusandum Herodem tetrarcham venisset, a Tiberio in vincula coniectus est (4).
g Caius se ipsum in Deos retulit. *h* Caius Memmii Reguli (5) uxorem sibi copulavit, Memmiumque coëgit scribere se uxoris esse patrem. *i* Pontius Pilatus in varias calamitates implicitus manus sibi attulit, testibus romanis historicis.			*f* CAIVS an. IV. mensibusque IV.		Plures senatorii equestrisque ordinis interfecti sunt.
		2053	1	24	*k* Caius Agrippam vinculis emissum fecit regem Iudaeorum.

a Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος πρῶτος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων ὑπὸ τῶν ἀποστόλων καθίσταται. *Sync. p.* 328. *B.*

b Πιλάτος μετὰ τὴν στάσιν Ἰουδαίων διὰ τὰς Καίσαρος εἰκόνας, τὸν λεγόμενον Κορβανᾶν, ἤτοι θεῖον θησαυρὸν, εἰς ὑδάτων καταγωγὴν ἐδαπάνησεν· καὶ αὖθις στασιάζειν ἠνάγκαζεν. *Ibidem C-D.*

c Σηϊανὸς ἔπαρχος Τιβερίου Καίσαρος περὶ τελείας ἀπωλείας τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων πολλὰ συνεβούλευσεν τῷ Καίσαρι, ὡς Φίλων ἱστορεῖ ἐν τῷ β΄. *Idem p.* 328-329.

d Πόντιος Πιλάτος περὶ τοῦ Χριστιανῶν δόγματος ἐκοινώσατο τῷ Τιβερίῳ Καίσαρι, κἀκεῖνος τῇ συγκλήτῳ Ῥώμης· τῆς δὲ μὴ προσιεμένης, Τιβέριος θάνατον ἠπείλησεν τοῖς χριστιανοκατηγόροις, ὡς ἱστορεῖ Τερτυλλιανὸς ὁ ῥωμαῖος. *Chron. pasch. p.* 229. *D.*

e Ἀγρίππας υἱὸς Ἡρώδου τοῦ βασιλέως κατήγορος Ἡρώδου τοῦ τετράρχου ἀφικόμενος ἐν Ῥώμῃ, δεσμεῖται ὑπὸ Τιβερίου. *Ibidem C.*

f Ῥωμαίων βασιλεὺς δ΄ Γάϊος ἔτη γ΄. *Sync. p.* 330. *B.*

g Γάϊος ἑαυτὸν ἀποθεοῖ. *Idem p.* 329. *A.*

h Ὁ αὐτὸς τὴν γυναῖκα Ῥηγούλου λαβὼν, πατέρα ταύτης τὸν ἴδιον ἄνδρα Μέμμιον λέγειν εἶναι ἠνάγκασεν. *Ibidem.*

i Πόντιος Πιλάτος ἐπὶ Γαΐου Καίσαρος ποικίλαις περιπεσὼν συμφοραῖς, ὥς φασιν οἱ τὰ Ῥωμαίων συγγραψάμενοι, αὐτοφονευτὴς ἑαυτοῦ ἐγένετο. *Idem p.* 330. *C.*

k Γάϊος Ἀγρίππαν λύσας τῶν δεσμῶν, βασιλέα τῶν Ἰουδαίων κατέστησεν. *Chron. pasch. p.* 230. *B.*

(1) Vide librum *de virtut. et legat. ad Caium* ed. mangeianae T. II. p. 569.

(2) Interpres arm. pro *quo renuente*, habet *matris lemenes*, quia scilicet antiquam scripturam ΜΗΠΡΟΣΙΕΜΕΝΗΣ male legit μητρὸς ἱεμένης. Tum et reliqua verba *Tiberius* etc. aliô transtulit.

(3) *Apologet. cap. v.* Rectius autem *dices latinus.*

(4) Vide Iosephum *Bell. iud. II.* 9.

(5) Interpres arm. *Memmii filii Reguli.* Sic enim perperam videtur intellexisse locutionem Μεμμίου τοῦ Ῥηγούλου. Id autem mendum denuo inferius recurret.

	OLYMP.	ABRAHAMVS	ROM. Caius	IVD. Agrippa	
					a AGRIPPA annis VII.
c Multi optimates a Caio caesi sunt, qui sorores quoque suas relegavit in insulas.		2054	2	1	*b* Flaccus Abilius Aegypti praefectus variis aerumnis Iudaeos vexabat. *d* Caius exules (1) interfecit.
f Petrus apostolus antiochenam ecclesiam primo fundavit: *tum* Romam venit, ubi et evangelium praedicavit, mansitque ibidem praeses eius ecclesiae annis viginti (2).		2055	3	2	*e* Caius Petronio Syriae praefecto ut signum Iovis Illustris Hierosolymis statueret mandavit.

g Flacci dolis, quibus et plebs alexandrina favebat, multae calamitates Iudaeis acciderunt, tum et eorum maxima synagoga imaginibus et statuis et idolis et sacrificiis polluta est. Sane et Philo in eo libro quem in Flaccum scripsit, se his rebus interfuisse refert, eaque propter legationem ad Caium suscepisse (3).

h Toto orbe in Iudaeorum synagogis statuas et imagines Caii atque Idolorum collocatas aiunt Philo et Iosephus.

a Ἰουδαίων Ἀγρίππας ἔτη ζ'. *Syn*c. *p.* 330. *D.*

b Φλάγκος Ἀγκύλιος Αἰγύπτου ἔπαρχος παντοίαις συμφοραῖς τὸ Ἰουδαίων ἔθνος καθυπέβαλεν. *Idem p.* 331. *B.*

c Γάϊος πολλοὺς ἀναιτίους τῆς γερουσίας ἀνελών. Ὁ αὐτὸς τὰς ἰδίας ἀδελφὰς κατὰ νήσους φυγαδεύσας. *Idem p.* 330. *C.*

d Ὁ αὐτὸς τοὺς ἐν ἐξορίαις ἀνελών. *Ibidem.*

e Γάϊος ἀνδριάντα Διὸς Ἐπιφανοῦς καλουμένου ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀναθεῖναι Πετρωνίῳ τῷ Συρίας ἐπάρχῳ προσέταξεν. *Idem p.* 331. *B.*

f Πέτρος ὁ κορυφαῖος πρώτην ἐν Ἀντιοχείᾳ θεμελιώσας ἐκκλησίαν, εἰς Ῥώμην ἄπεισι κηρύττων τὸ εὐαγγέλιον· ὁ δ' αὐτὸς μετὰ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας, καὶ τῆς ἐν Ῥώμῃ πρῶτος προέστη ἕως τελειώσεως αὐτοῦ. *Ibidem D.*

g Φίλων ἱστορεῖ ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ λόγῳ Φλάγκῳ, ὅτι πρεσβείαν ὡς περὶ Ἰουδαίων πρὸς Γάϊον ἐποιήσατο· ὑπὲρ ὧν Φλάγκος Ἰουδαίοις ἐπιβουλεύων, εἰκόνων καὶ ἀνδριάντων καὶ βωμῶν ἀναθέσεσι τὰς συναγωγὰς ἐμίανεν· τότε ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων δῆμος συνεπιθέμενος ποικίλους Ἰουδαίους ἐκόλασεν. *Ibidem B.*

h Ἰώσηππος καὶ Φίλων ἱστοροῦσιν ἐν ταῖς ἁπανταχοῦ συναγωγαῖς Ἰουδαίων ἀνδριάντας καὶ εἰκόνας Γαΐῳ καὶ βωμοὺς ἀνατεθῆναι. *Ibidem B-C.*

(1) Interpres arm. φυγάδας intellexit heic *fugitivos*.

(2) Ita *annis* XX etiam Samuel; sed Hier. XXV.

(3) Saepe commemoravimus codicem armeniacum, in quo Philonis opera multa inedita continentur. Is codex primum complectitur quatuor libros quaestionum in Genesim; tum quaestionum in Exodum libros omnino duos; deinde, post alia opera a nobis alibi descripta, tres de providentia libros (namque et is in quo agitur de animalium cuiuscemodi ratiocinio ad eamdem materiam pertinet.) Iamvero ante libros de providentia, haec ab Anonymo praefatio, seu Philonis vita, perscribitur.

Sapientissimus Philo gente fuit israëlita: qua tamen nominatim e tribu ortus sit, latet: propterea quod gens saepe distracta fuit victorum arbitrio. Etsi enim Iudaei sub Cyro, Dario atque Artaxerxe, Esdra Nehemiaque ducibus, in patriam postliminio redierunt; nihilominus regnante Macchabaeorum aetate Antiocho rursus hac illac dispersi fuerunt, alii quidem in Libyam et Alexandriam Aegypti, alii alió, prout res tulit. Hinc igitur confusio perturbatioque familiarum consecuta est: quum singuli domos etiam et agros ibi ubi captivi versabantur acquirerent. Rem Actorum quoque historia docet, cum ad annua festa confluxisse narrat Hierosolyma Iudaeos e Parthia, Media, Elymaide, Mesopotamia, Phrygia, Pamphylia, aliisque sive proximis sive longinquis regionibus. Is vero nominatim, qui cum Stephano disputaverunt, Alexandrini maxime erant, quos inter coniectare licet Philonem quoque versatum, quem ea tempestate Alexandrinae praesidem fuisse exploratum est. Idem ad Caium quoque legatus Romam profectus est, indidemque non sine ignominia pedem retulit. quae res in id tempus incidit, quo Petrus Romae evangelium praedicabat, uti Eusebius Pamphili testis est.

	OLYMP.	ABRAHAMVS	ROM. Tiberius	IVD. Agrippa	
a Caius a suis satellitibus interfectus est.	205	2056	4	3	
			b CLAVDIVS annis XIV, mensibusque VIII.		
d Fames maxima orbem occupat Agabique prophetia, in Actibus Apostolorum perscripta, eventum sortita est, qua dicitur fames universo orbe futura.		2057	1	4	*c* Marcus evangelista, Petri interpres, in Aegyptum Alexandriamque profectus, CHRISTI DOMINI verbum nunciabat.
		2058	2	5	*e* Primus Antiochiae episcopus Evodius fuit.
		2059	3	6	
f Claudius de Britannis triumphavit.	206	2060	4	7	*g* Agrippa obiit, post quem filius eiusdem Agrippa iussu Claudii rex gentis fuit.
				h AGRIPPA annis XXVI.	
i Censu Romae habitu a Claudio inventa sunt civium LXIX centena et XLI milia.		2061	5	1	*k* Inter Theram et Therasiam insula exorta est stadiorum fere XXX.
m Sub Iudaeae praefecto Cumano per azymorum dies tantus seditionis motus Hierosolymis excitatus est, ut in exitu portarum, turbis se invicem opprimentibus, plus triginta milia Iudaeorum in eo tumultu perierint.		2062	6	2	*l* Thraciae regnum, quod huc usque manserat, in provinciam redactum est.
		2063	7	3	
	207	2064	8	4	*n* Tanta in Graecia fames fuit, ut modius unus sex didrachmis veniret.
		2065	9	5	
		2066	10	6	Valida Romae fames.
		2067	11	7	*o* Claudius ad regendam Iudaeam misit Felicem, apud quem Paulus apostolus calumnias adversus se Iudaeorum purgabat.

p Quum esset Felix Iudaeorum praefectus multi exorti sunt deceptores qui populum in fraudem ducerent: quos inter et aegyptius quidam propheta dum coactis per deceptionem triginta hominum milibus res

a Γάιος ἐσφάγη ὑπὸ τῶν ἰδίων σπαθαρίων τῶν κουβικουλαρίων. *Chron. pasch. p.* 230-231.

b Ῥωμαίων ϛ Κλαύδιος ἔτη ιγ΄. *Sync. p.* 332. *B.*

c Μάρκος ὁ εὐαγγελιστὴς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Ἀλεξανδρείᾳ τὸν σωτήριον λόγον εὐηγγελίζετο. *Ibidem.*

d Ἡ ἐν ταῖς πράξεσιν Ἀγάβου προφητεία πεπέρασται, λιμοῦ μεγάλου κατασχόντος τὴν οἰκουμένην ἐπὶ Κλαυδίου *Ibidem C.*

e Τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας πρῶτος ἐπίσκοπος Εὐόδιος ἐχρημάτισεν. *Ibidem B.*

f Κλαύδιος κατὰ Βρεττανῶν ἐθριάμβευσεν. *Ibidem C.*

g Ἀγρίππα του βασιλέως Ἰουδαίων τελευτήσαντος, Ἀγρίππας υἱὸς αὐτοῦ ὑπὸ Κλαυδίου τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίζεται Ἰουδαίων *Idem p.* 333. *A.*

h Ἰουδαίων Ἀγρίππας ἔτη κγ΄. *Ibidem.*

i Κλαύδιος τοὺς πολίτας Ῥώμης ἀπογραψάμενος μυριάδας εὗρεν χϛ δ καὶ α. *Idem p.* 332. *C.*

k Νῆσος μεταξὺ Θήρας καὶ Θηρασίας σταδίων λ΄ ἐφάνη. *Idem p.* 333. *B.*

l Θρᾴκη ἀπὸ τοῦδε τοῦ χρόνου ἐπαρχία ἐχρημάτισεν, βασιλεύσασα πρίν. *Ibidem.*

m Ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἀζύμων στάσεως γενομένης ἐν Ἱερουσαλὴμ, συμπατηθέντες περὶ τὰς τῶν πυλῶν ἐξόδους Ἰουδαῖοι ὤλοντο περὶ τὰς τρεῖς μυριάδας, Κουμανοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ καὶ τῆς ὅλης Ἰουδαίας ἡγεμονεύοντος. *Ibidem.*

n Λιμοῦ κατὰ τὴν Ἑλλάδα γεγονότος μεγάλου, ὁ τοῦ σίτου μόδιος ἐξ διδράχμων ἐπράθη. *Ibidem.*

o Κλαύδιος Φήλικα τῆς Ἰουδαίας ἡγεμόνα ἐξέπεμψεν· ὑπ᾽ αὐτοῦ Παῦλος ὑπὸ Ἰουδαίων κατηγορηθεὶς τὴν ἀπολογίαν πεποίηται. *Idem p.* 332. *C. et* 334. *C.*

p Ἐπὶ αὐτοῦ Φῆλιξ Ἰουδαίας ἡγεμονεύειν σταλεὶς, πολλῶν καὶ ἄλλων Ἰουδαίων ἀπατούντων, ἐν οἷς καὶ αἰγύπτιος ψευδοπροφήτης, ἅμα τρισμυρίοις μείζοσιν ἐπιχειρῶν πράγμασι, τῇ Φήλικος

magnas molitur, exercitu Felicis oppressus est. Sane Iosephi narratio cum Actibus Apostolorum consentit, » in quibus Paulo tribunus (1) dicit: « Num tu ille Aegyptius es, cuius operâ ante hos dies quatuor homi- » num milia in desertum seditiose secesserunt « ?

	OLYMP.	ABRAHAMVS	ROM. Claudius	IVD. Agrippa	
	208	2068	12	8	
a In praefectura Felicis seditione Iudaeorum Caesareae Stratonis coorta, multa vis hominum consumpta est.		2069	13	9	
		2070	14	10	*b* Felici datur successor Festus, apud quem publice Paulus apostolus quum ad quaesita respondisset, praesente etiam pro tribunali Agrippa rege, vinctus Romam missus est.
			c NERO annis XIV mensibusque VII.		
		2071	1	11	*d* Nero Agrippinam matrem itemque amitam interfecit.
	209	2072	2	12	
		2073	3	13	
		2074	4	14	
		2075	5	15	
e Romae Nero citharistarum certamine vicit.	210	2076	6	16	*f* Festo in Iudaeae praefecturam succedit Albinus.
h Post Marcum evangelistam alexandrinae ecclesiae episcopus creatus est Anianus (2), qui pontificatum annis XXVI gessit.		2077	7	17	*g* Iacobum DOMINI fratrem, quem omnes cognomento Iusti insigniebant, lapidibus obruerunt Iudaei, cuius sedem episcopalem Simeon, qui et Simon, insedit.
		2078	8	18	

κατελύθη στρατηγίᾳ. Συμφωνεῖ Ἰώσηππος ἐν τούτῳ ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων, ἔνθα τῷ θείῳ Παύλῳ ὑπὸ τοῦ χιλιάρχου λέλεκται· οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος, ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀναστατώσας, καὶ ἐξαγαγὼν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς τετρακισχιλίους ἄνδρας. *Sync. p.* 334. *C.*

a Ἐπὶ αὐτοῦ στάσις Ἰουδαίων γέγονε ἐν Καισαρείᾳ Στράτωνος, καὶ πολλοὶ διεφθάρησαν ἐπὶ αὐτοῦ. *Ibidem.*

b Φῆστος διάδοχος Φήλικος, ἐφ' οὗ ὁ θεῖος Παῦλος, παρόντος καὶ Ἀγρίππα τοῦ βασιλέως Ἰουδαίων, ἀπολογησάμενος, δέσμιος εἰς Ῥώμην ἐκπέμπεται. *Idem p.* 336. *D.*

c Ῥωμαίων ϛʹ ἐβασίλευσεν Νέρων ἔτη ιγʹ. *Ibidem C.*

d Νέρων ἀνεῖλεν τὴν ἑαυτοῦ μητέρα Ἀγριππῖναν, καὶ τὴν τοῦ πατρὸς ἀδελφήν. *Ibidem.*

e Νέρων ἐπὶ Ῥώμης κιθαρίζων ἐνίκησεν. *Ibidem.*

f Φῆστον Ἀλβῖνος διεδέξατο. *Ibidem D.*

g Ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου Ἰάκωβος, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων Δίκαιος, λίθοις ὑπὸ Ἰουδαίων ἀναιρεῖται. *Eusebius apud Sync. p.* 335. *C*, *et p.* 337. *C.* Καὶ παρέλαβε τὸ σχῆμα τῆς ἐπισκοπῆς Ἱεροσολύμων Συμεὼν, ὁ καὶ Σίμων. *Chron. pasch. p.* 246. *B.*

h Τῆς Ἀλεξανδρείας ἐκκλησίας μετὰ Μάρκον τὸν εὐαγγελιστὴν πρῶτος ἐπίσκοπος ἐχειροτονήθη Ἀνιανὸς, ὃς προέστη ἔτη κβʹ. *Sync. p.* 336. *B.*

---

(1) Interpres arm. pro *tribunus* scribit *myrias.* Vide autem *Act.* XXI. 37-38.

(2) Codex arm. *Ananius*, Samuel *Ananies.*

a Nerone convivante, fulmina in mensam deciderunt.

c Albino Florus succedit, sub quo Iudaei rebellaverunt.

d Olympias haec non est acta propterea quod Nero distulit *illuc* se conferre (1). Eadem tamen deinde acta est.

f Nero olympiis coronatus est, quum praeconum (2), cantorum, citharistarum, currus pullini et perfectae *aetatis equorum* (3) et decem equuleorum certamen vicisset.

Iterum Nero Isthmia, Pythia et Actia, praecones, cantores et citharistas edidit coronamque retulit.

Senatus consulto Neroni in expensas macelli (4) centies centena milia decreta sunt annua.

k Flavius Iosephus historicus, et iudaicorum militum dux, quum ei nex a Romanis impenderet, Neronis interitum Vespasiano imperiumque huic ipsi praedixit.

OLYMP.	ABRAHAMUS	ROM. Nero	IUD. Agrippa
	2079	9	19
211	2080	10	20
	2081	11	21
	2082	12	22
	2083	13	23
212	2084	14	24

b Nero *iterum* Romae citharistas superat. Romae plurima incendia fuerunt. Terrae motu tres urbes deiectae sunt Laodicea, Hierapolis et Colossus.

e Plurimi e nobilitate homines Romae occisi sunt.

Nero inter alios illustris generis homines Octaviam quoque uxorem suam interfecit, et Cornutum philosophum vertere solum coëgit.

g Musonius et Plutarchus philosophi cognoscebantur.

h Petro in romanae ecclesiae episcopatum succedit Linus annis XIV.

i Nero ad cetera scelera persecutionem quoque Christianorum primus adiunxit: sub quo videlicet Petrus et Paulus apostoli martyrium Romae consummaverunt.

l A Romanis, Iudaei defecerunt quum Cestii Flori (5) avaritiam diutius ferre nequirent: adversus quos a Nerone missus Vespasianus multa apud Iudaeos in pristinum revocavit.

a Κατὰ τῆς Νέρωνος τραπέζης κεραυνὸς ἔπεσεν. *Sync. p.* 336. *C.*

b Νέρων κιθαρῳδίας κατὰ Ῥώμην πομπεύων. *Idem p.* 340. *A.* Ἐμπρησμοὶ γεγόνασι πολλοὶ ἐν Ῥώμῃ· πόλεις τε τῆς Ἀσίας κατέπεσον τρεῖς, Λαοδίκεια, Ἱεράπολις καὶ Κολοσσαί. *Idem p.* 336. *C.*

c Φλῶρος Ἀλβῖνον διεδέξατο. *Ibidem D.*

d Νέρων μεταθέμενος τὴν ὀλυμπιάδα. *Idem p.* 340. *A.*

e Νέρων πλείστους ἐν Ῥώμῃ ἐπισήμους καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἀνεῖλε. *Cedrenus p.* 205. *C, et* 215. *C.*

f Νέρων κιθαρῳδίαις καὶ τραγῳδίαις πομπεύων Ἰσθμίοις καὶ Πυθίοις καὶ Ἀκτίοις ἐστεφανοῦτο κήρυξιν, ἅρματι πωλικῷ καὶ τῷ τελείῳ καὶ δεκαπώλῳ. *Sync. p.* 340. *A.*

g Μουσώνιος καὶ Πλούταρχος φιλόσοφοι ἐγνωρίζοντο. *Chron. pasch. p.* 240. *D.*

h Τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας πρῶτος ἐπίσκοπος μετὰ Πέτρον τὸν κορυφαῖον Λῖνος ἔτη ιδ'. *Sync. p.* 341. *B.*

i Νέρων ἐπὶ πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς ἀδικήμασιν, καὶ τὸν πρῶτον κατὰ Χριστιανῶν ἐνεδείξατο διωγμὸν· ἡνίκα Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ θειότατοι ἀπόστολοι τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσαντες ἀγῶνι. *Idem p.* 340. *C.*

k Φλάβιος Ἰώσηππος συγγραφεὺς στρατηγήσας ὑπὲρ Ἰουδαίων, καὶ μέλλων εἰς τὸν πόλεμον ἀναιρεῖσθαι, θεσπίζει Οὐεσπασιανῷ περὶ τῆς Νέρωνος τελευτῆς, καὶ τῆς αὐτοῦ Οὐεσπασιανοῦ βασιλείας. *Chron. pasch. p.* 240. *D.*

l Ἰουδαῖοι Ῥωμαίων ἀπίστησαν ἐπὶ Γεστίου Φλώρου διὰ πλεονεξίαν αὐτοῦ ἄμετρον· ἐφ' οὓς ὁ Νέρων Οὐεσπασιανὸν στρατοπεδάρχην ἐξέπεμψεν πολλὰ τῆς Ἰουδαίας ἀγανακτησάμενος (6). *Idem p.* 336. *D.*

(1) Vide in priore libro olympiades p. 160.

(2) Melius heic quam loco citato olympiadum a *praeconibus coronatus est.*

(3) Codex arm. tantum *perfectis.* Iam de equis τελείοις videndus saltem Pollux I. 181.

(4) Praeclara lectio, quae Criticorum de hoc loco litibus finem facere videtur.

(5) Interpres arm. *Cesti filii Flori.* Recole dicta superius p. 371. n. 5.

(6) Patet Hieronymum et arm. interpretem legisse ἀνεκτήσατο.

	OLYMP.	ABRAHAMVS	ROM.	IVD.	
			Vespasianus	Agrippa	
			a VESPASIANVS annis IX, mensibus XI, diebusque XXII.		

b Vespasianus duobus proeliis Iudaeos superavit, obsidioneque circumclusit. Galba quum septem mensibus imperavisset Romae in foro capite truncatus est. Vitellius (1) tertio imperii sui mense vita se ipse privavit. Nero atrocibus nunciis, qui ad se undique perferebantur, conterritus in hortis semet confecit. Post Neronem (2) Galba in Hiberia, Vitellius (3) in Germania, Otho Romae imperium singuli sibi vindicabant.

c Vespasianum in Iudaea suus exercitus imperatorem dixit. Ipse autem initium commovit belli iudaici cum filio suo Tito et Alexandria (4), et ipse Romam discessit.		2085	1	25	*d* Antiochiae secundus Episcopus Egnatius fuit.
		2086	2	26	Templum in Capitolio Romae crematum.

e Suprema hierosolymitani templi subversio. Titus Iudaeos obsedit, atque Hierosolyma caesis sexaginta (5) hominum milibus funditus evertit. Fame ferroque duodecies centena hominum milia consumpta tradit Iosephus (6), quadringenta praeterea milia (7) captivorum venumdata. Causam, quamobrem tanta multitudo eandem in urbem confluxerit, ait festum paschale, quo natio universa uno in loco congregata, tamquam carcere conclusa est. Par autem congruumque fuit, ut qui Vivificum nostrum per idem festum fraude sustulerant, haud alio quam hoc ipso tempore poenas facinoris sui luerent.

a Ῥωμαίων ζ' ἐβασίλευσεν Οὐεσπασιανὸς ἔτη Ϟ. *Chron. pasch. p.* 246. *A.*

b Οὐεσπασιανὸς δυσὶ πολέμοις Ἰουδαίους τρεψάμενος ἀπέκλεισεν. *Sync. p.* 340. *B.* Γάλβας ἐβασίλευσεν μῆνας ζ', καὶ ἐν μέσῃ τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. Ὄθων βασιλεύσας μῆνας Ϛ', διεχειρίσατο ἑαυτόν. *Chron. pasch. p.* 245-246. *A.* Νέρων ἑαυτὸν ἀνεῖλεν. *Cedrenus p.* 215. *D.* Μετὰ Νέρωνος Γάλβας ἐβασίλευσεν ἐν Ἰβερίᾳ, Οὐιτέλλιος ἐν Γερμανίᾳ, Ὄθων ἐπὶ Ῥώμης. ἕκαστος αὐτῶν ἰδίᾳ ἐπέβη τῇ ἀρχῇ. *Chron. pasch. p.* 245-246.

c Οὐεσπασιανὸς αὐτοκράτωρ, στέψαντος αὐτὸν τοῦ στρατοῦ, τὸν κατὰ Ἰουδαίων ἐγχειρίσας πόλεμον Τίτῳ, αὐτὸς δι' Ἀλεξανδρείας εἰς τὴν Ῥωμαίων ἀφίκετο πόλιν. *Idem p.* 246. *A-C.*

d Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος Ἰγνάτιος. *Sync. p.* 342. *B.*

e Τίτος Ἰουδαίους πολιορκήσας, καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα κατασκάψας, καὶ μυριάδας ἀνδρῶν ἐφόνευσεν. Φησὶ δὲ καὶ Ἰώσηππος λιμῷ καὶ μαχαίρᾳ μυριάδας ρι' ἀπολέσθαι, καὶ ἄλλας τρεῖς μυριάδας διαπεπρᾶσθαι αἰχμαλώτων· αἴτιον δὲ τὸ τοσοῦτο πλῆθος κατὰ τὴν πόλιν εὑρῆσθαι, φησίν, τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτήν, ἐν ᾗ πάντες οἱ τοῦ ἔθνους συνεληλυθότες, ὡς ἐν εἱρκτῇ συνεκλείσθησαν· ἔδει γὰρ τοὺς ἐν ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα τῷ Σωτῆρι ἐπιβουλευκότας, μὴ ἄλλοτε τὰ ἐπίχειρα, ὧν ἐτόλμησαν, παθεῖν. *Eusebius apud Sync. p.* 342. *A, et apud Chron. pasch. p.* 247. *A-B*

(1) Codex arm. *Vitelius*; sed est Otho.

(2) Haec pericope rectius a Hieronymo paulo ante posita est.

(3) Codex arm. *Vitalius.*

(4) Ita codex arm.

(5) Dic potius *sexcentis.*

(6) *Bell. iud.* VI. 9.

(7) Codex arm. *quadraginta et decem myriades*, quod mendum videbatur. Quamquam et Samuel scribit, sex myriades caesas, fame autem et gladio secundum Iosephum periisse centum et viginti myriades: praeterea quadraginta et duodecim myriades in captivitatem fuisse abductas.

a Colligitur autem omne tempus, usque ad alterum Vespasiani annum in quem supremum exitium incidit; nempe a quintodecimo quidem Tiberii Caesaris anno coeptâque vivificâ Christi praedicatione, anni sunt XLII; ab obsidione vero Antiochi, anni CCXXXVIII; ab altero Darii anno, quo templum denuo excitatum a primo denique eiusdem *templi* conditu sub Solomone, anni MCIII.

	OLYMP.	ABRAHAMUS	ROM. Vespasianus (1)	
		2087	3	*b* Vespasianus Capitolium instaurare coepit.
	213	2088	4	
		2089	5	
c Alexandriae tumultus fuit.		2090	6	
e Terrae motu tres in Cypro insula urbes eversae.		2091	7	*d* Colossus, cuius altitudo CXXVIII cubitorum, erectus est.
	214	2092	8	
		2093	9	*f* Fames (2) vehemens Romae fuit, ob quam ad multos dies plus hominum decem milia elata sunt.
g Vespasianus colonos (3) misit: deinde extinctus est.		2094	10	
			h TITVS annis II mensibusque II.	
i Romanae ecclesiae episcopatum secundus adiit Anacletus (4) annis VIII.		2095	1	*k* Vesevus (5) mons scisso vertice tantos ignes efflavit, ut finitimos pagos urbesque inflammaverit.
l Ingens aedificiorum incendium Romae fuit.	215	2096	2	*m* Titus morbo decessit.

a Συνάγεται δ πᾶς χρόνος ἐπὶ τὸ δεύτερον ἔτος Οὐεσπασιανοῦ καὶ τὴν ὑστάτην ἅλωσιν Ἱεροσολύμων, ἀπό μὲν πέντε καὶ δέκα ἔτους καὶ αὐτοῦ Τιβερίου Καίσαρος καὶ τοῦ σωτηρίου κηρύγματος ἀρχῆς, εἰς ἔτη τεσσαράκοντα δύο· ἀπὸ δὲ τῆς Ἀντιόχου πολιορκίας ἔτη (σλη')· ἀπὸ δὲ ἕκτου ἔτους Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου, καθ' ὃν δευτέρας οἰκοδομῆς ἔτυχεν ὁ ναὸς, εἰς ἔτη φϛζ'· ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης ἐπισκευῆς αὐτοῦ τῆς ἐπὶ Σολομῶνος γενομένης, εἰς ἔτη αργ'. *Chron. pasch.* p. 247-248, *et Sync.* p. 342-343.

b Οὐεσπασιανὸς τὸ Καπιτώλιον ἐμπρησθὲν ἀνῳκοδόμησεν. *Sync.* p. 342. *B.*

c Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ στάσις. *Ibidem.*

d Κόλοσσος ἀνεστάθη μῆκος ποδῶν ρκζ' ἐκ χαλκοῦ. *Ibidem.*

e Ἐν Κύπρῳ τρεῖς πόλεις σεισμῷ κατεπτώθησαν. *Ibidem.*

f Λοιμὸς κατὰ Ῥώμην μέγας· ὡς καθ' ἡμέραν ὑπὲρ μυρίους θνήσκειν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. *Ibidem.*

g Οὐεσπασιανὸς ἀποικίας ἐκπέμψας τελευτᾷ νόσῳ. *Ibidem.*

h Βασιλεὺς Ῥωμαίων α' Τίτος ἔτη β'. *Idem* p. 343. *A.*

i Τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος γέγονε β' μετὰ Πέτρον τὸν κορυφαῖον Ἀνέγκλητος ἔτη δύο. *Idem* p. 344. *B.*

k Τὸ Βέσβιον ὄρος κατὰ κορυφῆς ῥαγὲν, πῦρ ἀνέβλυσεν τοσοῦτον, ὡς καταφλέξαι τὴν παρακειμένην χώραν σὺν ταῖς πόλεσιν. *Idem* p. 343. *B.*

l Ὁ μέγας κατὰ τὴν Ῥώμην ἐμπρησμὸς. *Ibidem.*

m Πάθει δεινῷ βληθεὶς Τίτος ἀπέθανεν. *Chron. pasch.* p. 249. *A.*

(1) Codex arm. hic addit *annis X*, quum in praecedente pagina rectius scriptum sit *annis IX* etc.

(2) Hier. et Sync. *lues*, quae probabilior lectio est. Legebat autem arm. interpres λιμὸς pro λοιμὸς.

(3) Interpres arm. pro *colonos misit* maluit scribere *vagos dimisit*.

(4) Codex arm. mendose *Linus*.

(5) Codex arm. *Sebius*.

	OLYMP.	ABRAHAMVS	ROM. Domitianus	
				a DOMITIANVS annis xvi.
b Senatus consulto Titus inter Deos relatus est.		2097	1	*c* Domitianus se ipsum dixit Augustum(1).
e Vestae tres sacrae virgines in stupro deprehensae puniuntur.		2098	2	*d* Domitianus eunuchos fieri vetuit.
g Alexandrinae ecclesiae episcopatum suscepit Abilius annis xiii.		2099	3	*f* Domitianus nobiles (2) multos relegavit, et optimates occidit.
	216	2100	4	
i Nasamones et Daci bello adversus Romanos superati sunt.		2101	5	*h* Domitianus templum sine lignea materia (3) struxit.
		2102	6	*k* Duorum mensium immutatis nominibus, september germanicus, october parthicus (4) dicti sunt.
l Romanae ecclesiae episcopatum tertius adiit Clemens annis ix.		2103	7	
	217	2104	8	Domitianus exiliis caedibusque indulgebat.
Domitianus mathematicos et philosophos Roma expulit.		2105	9	
m Maxima virginum Vestalium Cornelia stupri convicta lege iubente viva defossa est.		2106	10	*n* Domitianus de Dacis et de Germanis triumphavit.
		2107	11	
Flavius Iosephus heic finem facit secundae priscorum historiae (5).	218	2108	12	*o* Caesar edixit ne in urbibus vitis sereretur.

a Ῥωμαίων ιϑʹ ἐβασίλευσεν Δομετιανὸς ἔτη ιςʹ. *Chron. pasch. p.* 249. *A.*

b Τῆς συγκλήτου πρεσβευσαμένης, Τίτος θεὸς ἀνηγορεύθη. *Sync. p.* 343. *A.*

c Δομετιανὸς σεβαστὴν ἀνηγόρευσεν τὴν ἰδίαν γαμετήν. *Ibidem C.*

d Δομετιανὸς εὐνουχίζειν ἄνδρας ἐκώλυσεν. *Ibidem.*

e Τῆς Ἑστίας τρεῖς παρθένοι ἱέρειαι κατεδικάσθησαν ἁλοῦσαι φθορᾷ. *Ibidem D.*

f Δομετιανὸς εὐπατρίδας πολλοὺς μετέστησεν Ῥώμης. *Ibidem C.*

g Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Αἰμίλιος ἔτη ιβʹ. *Idem p.* 344. *D.*

h Δομετιανὸς τὸν ἄξυλον ναὸν κατεσκεύασεν. *Chron. pasch. p.* 249. *C.*

i Ἐπὶ αὐτοῦ Δάκες καὶ Νασαμῶνες ἐπαναστήσαντες Ῥωμαίοις διεφθάρησαν. *Sync. p.* 343. *D.*

k Δύο μῆνες μετωνομάσθησαν, σεπτέμβριος γερμανικὸς, καὶ ὀκτώβριος δομετιανός. *Chron. pasch. p.* 249. *C.*

l Τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἡγήσατο Κλήμης. *Sync. p.* 344. *C.*

m Ἡ πρώτη τῶν τῆς Ἑστίας παρθένων Κορνηλία ἐπὶ φθορᾷ κατηγορεύθη, καὶ ζῶσα κατωρύγη, κατὰ τὸν νόμον. *Chron. pasch. p.* 249. *D.*

n Δομετιανὸς ἐθριάμβευσεν κατὰ τῶν Δακῶν καὶ Γερμανῶν. *Sync. p.* 343. *D.*

o Ὁ αὐτὸς ἐν ταῖς πόλεσιν ἀμπέλον φυτεύεσθαι ἐκώλυσεν. *Ibidem.*

(1) Hier. et Sync. *Domitiani uxor Augusta appellata.*

(2) Interpres arm. heic et alibi *eupatridas*, graeco vocabulo utens.

(3) In Syncelli editione p. 343. C. legitur corrupte: τότε καὶ ἄξυλον ᾠκοδόμησεν, quem locum Goarus necessario errore interpretatus est: *eodem tempore asylum aedificavit.*

(4) Codex arm. *parthenicus*; verumtamen id corrigi videbatur nobis a Samuele qui scribit *parthicus*. Ab Hieronymo et Chronici paschalis auctore scribitur *domitianus*.

(5) Hier. *vicesimum librum antiquitatum his temporibus scribit*; quae vera lectio videtur.

	OLYMP.	ABRAHAMUS	ROM. Domitianus	
a Domitianus denuo mathematicos et philosophos Roma expulit.		2109	13	*b* Domitianus caedibus et exiliis nobilium saevit.
c Secundus post Neronem Domitianus Christianos insectatus est, sub eoque Iohannes apostolus in Patmum insulam relegatus est, ibique traditur Apocalypsim vidisse, uti narrat Irenaeus.		2110	14	*d* Apollonius tyaneus et Ephrates (1) philosophi cognoscebantur.

e Domitianus Davidis genus deleri iussit, nequis superesset iudaici regni heres. Narrat autem Brettius (2), multos Christianos sub Domitiano martyrium obivisse. Tunc etiam Flavia Domitilla, et Flavius Clementis consulis sororis filius (3) exul abiit in Pontiam insulam, quia se Christianum professus est.

	OLYMP.	ABRAHAMUS	ROM.	
f Quartus romanae ecclesiae episcopus Evaristus (4) annis VIII.	219	2111	15	*g* Deus plura signa Romae perque orbem parabat.
		2112	16	Domitianus in sua regia interfectus est.
			i NERVA anno I mensibusque III.	
h Alexandrinae ecclesiae tertius episcopus Cerdon annis XI.		2113	1	*k* Iustus tiberiensis, iudaicus scriptor agnoscebatur.

l Domitiani honores senatus consulto abrogati sunt, exulesque revocati, qui sine iusta causa pulsi videbantur, ita ut singuli domos quoque suas possessionesque recuperarent. Eodem tempore Iohannes item apostolus fertur ab insula dimissus Ephesum ad hospitium suum rediisse.

a Δομετιανὸς τοὺς μαθηματικοὺς δεύτερον ἀπήλασεν καὶ φιλοσόφους τῆς Ῥώμης. *Sync. p.* 343. *D.*

b Δομετιανὸς πολλοὺς τῶν εὐπατρίδων ἀνεῖλεν. *Ibidem.*

c Δεύτερος μετὰ τὸν Νέρωνα Δομετιανὸς Χριστιανοὺς ἐδίωξεν· ἐπ' αὐτοῦ δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος Ἰωάννης εἰς Πάτμον ἐξορίζεται τὴν νῆσον, ἔνθα τὴν Ἀποκάλυψιν ἑωρακέναι λέγεται, ὡς δηλοῖ Εἰρηναῖος. *Chron. pasch. p.* 250. *C.*

d Ἀπολλώνιος ὁ τυανεὺς καὶ Εὐφράτης φιλόσοφοι ἤκμαζον. *Sync. p.* 345. *C.*

e Δομετιανὸς τοὺς ἀπὸ γένους Δαβὶδ ἀναιρεῖσθαι προσέταξεν, ἵνα μή τις Ἰουδαίων βασιλικοῦ γένους ἀπολειφθῇ. Πολλοὶ δὲ Χριστιανῶν ἐμαρτύρησαν κατὰ Δομετιανὸν, ὡς ὁ Βρέττιος ἱστορεῖ, ἐν οἷς καὶ Φλαυία Δομετίλλα ἐξαδελφὴ Κλήμεντος Φλαυίου ὑπατικοῦ, ὡς χριστιανὴ εἰς νῆσον Ποντίαν φυγαδεύεται· αὐτός τε Κλήμης ὑπὲρ Χριστοῦ ἀναιρεῖται. *Idem p.* 344. *A.*

f Ῥωμαίων ἐπίσκοπος Εὐάρεστος ἔτη θ. *Ibidem D.*

g Ἐν Ῥώμῃ θεοσημεῖαι πολλαὶ καὶ καθόλης τῆς οἰκουμένης γεγόνασι. *Ibidem*

h Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Κερδων ἔτη ι. *Idem p.* 347. *B.*

i Ῥωμαίων βασιλεὺς ε' Νερούας ἐβασίλευσεν ἔτος ἕν. *Idem p.* 346. *C.*

k Ἰοῦστος τιβεριεὺς ἰουδαῖος συγγραφεὺς ἐγνωρίζετο. *Ibidem D.*

l Δομετιανοῦ αἱ τιμαὶ καθῃρέθησαν ὑπὸ τῆς συγκλήτου· καὶ οἱ ἀδίκως ἀπελασθέντες ἐπανῆλθον· ἔνιοι ἀπέλαβον καὶ τὰς οὐσίας. *Idem p.* 245. *C.* Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ὁ βασιλεὺς Νερούας ἀνεκαλέσατο τὸν ἀπόστολον Ἰωάννην ἀπὸ Πάτμου τῆς νήσου, καὶ ἦλθεν πάλιν εἰς Ἔφεσον. *Chron. pasch. p.* 251. *B.*

(1) Hier. et Sync. *Euphrates.*

(2) Hier. *Brutius*, Chron. pasch. p. 250. C. *Brutus.*

(3) Hier. et Sync. *Flavia Domitilla Flavii Clementis consulis ex sorore neptis.*

(4) Cod. arm. *Evareus.*

	OLYMP.	ABRAHAMVS	ROM. Traianus	
				a TRAIANVS annis XIX et mensibus VI.
Nerva morbo occubuit in hortis sallustianis.		2114	1	Senatus Nervae divinos honores decrevit.
b Iohannem apostolum tradit Irenaeus ad Traiani usque tempora vitam produxisse. Post eum auditores eius cognoscebantur Papias hieropolitanus et Polycarpus smyrnaeae dioeceseos episcopus.		2115	2	
	220	2116	3	
		2117	4	*c* Traianus Daciam provinciam fecit.
d Traianus de Dacis et de Scythis triumphavit.		2118	5	
e Romanae ecclesiae episcopatum quintus excepit Alexander annis X.		2119	6	
	221	2120	7	*f* Romae domus aurea flammis absumpta est.
		2121	8	*g* Ingens terrae motus deiecit Asiae quidem (1) urbes quatuor Elaeam, Myrhinam, Pytanen et Cymen (2); Graeciae autem Opuntiorum et Oritarum.
a *Crispus et Constantius filii Constantini, et Licinius adolescens Licinii Augusti filius, Constantini ex sorore nepos, Caesares appellantur: quorum Crispum Lactantius latinis litteris erudivit, vir omnium suo tempore eloquentissimus, sed adeo in hac vita pauper, ut plerumque etiam necessariis indiguerit nedum deliciis.*

	275	2336	11	b *Licinius Christianos de palatio suo pellit.*
Basileus Amasiae Ponti episcopus sub Licinio martyrio coronatur.		2337	12	
		2338	13	

c *Alexandrinae ecclesiae XVIII ordinatur episcopus Alexander: a quo Arius praesbyter de ecclesia eiectus, multos suae impietati sociat: ad quorum perfidiam coarguendam synodus CCCXVIII episcoporum in Nicaea urbe Bithyniae congregata, omnes haereticorum machinas HOMOVSII oppositione deiecit (1).*

		2339	14	
	276	2340	15	
		2341	16	
		2342	17	
		2343	18	
Constantinus filius Constantini Caesar factus.	277	2344	19	d *Licinius Thessalonicae contra ius sacramenti privatus occiditur.* *Nazarius rhetor insignis habetur.*

e *Crispus filius Constantini et Licinius iunior Constantiae Constantini sororis et Licinii superioris filius, crudelissime interficiuntur anno imperii sui nono.*

		2345	20	

f *Vicennalia Constantini Nicomediae acta, et sequenti anno Romae edita.*

HVC VSQVE HISTORIAM SCRIBIT EVSEBIVS PAMPHILI MARTYRIS CONTVBERNALIS.

a Κωνσταντῖνος Αὔγουστος Κωνστάντιον καὶ Κρίσπον τοὺς ἑαυτοῦ υἱοὺς Καίσαρας ἀνηγόρευσε· *Chron. pasch. p. 281. C.*

b Λικίνιος ἤρξατο κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸν κινεῖν *Cedrenus p. 282. D.*

c Ἀλεξανδρείας (ιη') ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος, ὁ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ. *Niceph. p. 416. C.*

d Λικίνιος τέλος σφαγείς. *Chron. pasch. p. 282. B.*

e Κωνσταντῖνος Κρίσπον τὸν ἴδιον υἱὸν Καίσαρα ὄντα καὶ διαβληθέντα αὐτῷ ἀνεῖλεν. *Ibidem D.*

f Κωνσταντῖνος εἰκοσαετηρίδα τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἦξεν, καὶ ἔδωκεν ἐν τῇ Ῥώμῃ βικεννάλια. *Ibidem C.*

(1) Additamentum quod heic in nonnullis editionibus attexitur *Et fuit synodus prima*, tum etiam *de Cruce inventa*, merito ab Eusebio et ab Hieronymo Critici abiudicant atque inclinatis litteris scribunt, idemque abest a duobus latinis codicibus ambrosianis. Quare et nos omittendum censuimus.

FINIS.

SAMVELIS

PRAESBYTERI ANIENSIS

TEMPORVM VSQVE AD SVAM AETATEM RATIO

E LIBRIS HISTORICORVM SVMMATIM COLLECTA.

OPVS EX HAICANIS QVINQVE CODICIBVS

AB IOHANNE ZOHRABO DOCTORE ARMENIO

DILIGENTER EXSCRIPTVM ATQVE EMENDATVM

IOHANNES ZOHRABVS ET ANGELVS MAIVS

NVNC PRIMVM CONIVNCTIS CVRIS LATINITATE DONATVM

NOTISQVE ILLVSTRATVM EDIDERVNT.

MEDIOLANI

REGIIS TYPIS

MDCCCXVIII.

DE SAMVELE PRAEFATIO.

I. POSTQVAM eusebiani Chronici curis editionisque labore tandem aliquando defuncti fuimus, ea statim cogitatio nos subiit, solitatim ne mallemus istos canones in lucem emittere, an ut multi Graeci, ut Syri, ut Latini (quos inter princeps Eusebii interpres D. Hieronymus primusque editor mediolanensis Mombritius) eusebianum opus consecutorum temporum gestis cumulaverunt; nos quoque item editionem nostram posteriore aliqua historia continuaremus. Equidem ubi de prosequendis canonibus sententia placuit, nihil opportunius fuit Samuele chronographo armenio, cuius omnis industria in eo diligentissime versata est, ut apud gentiles suos Eusebii sibi personam vocemque capesseret. Nam quum universo opere Eusebii, latiore nimirum historia ac linearis canonis epitome uteretur Samuel, haud ipse consilium cepit, quod olim Latini fecerunt, totum illud prioris libri volumen securi tenedia resecandi; verum mitiore contentus sententia, priorem quidem librum, tot auctorum sententiis redundantem ac varium, satis brevi compendio conclusit; posteriorem autem ad sui temporis usum paulo aptius accommodavit, addita Christi aera, rebusque multis quas Eusebius neglexerat: tum quod instituti caput erat, adeo temporum digestionem produxit, ut ab anno Constantini magni vigesimo (in quo finem fecit Eusebius) ad quintum usque et quadragesimum Manuelis Comneni decurrerit: quod ingens additamentum res annorum octingentorum et quinquaginta complectitur. Quamquam, ut vere dicamus, id praecipue spectavit Samuel magnoque studio perfecit, ut res armeniacas quarum nullum vestigium apud Eusebium videre est, e summo gentis historico chorenensi Mose in suam lucubrationem transferret; ubi vero hic etiam deficeret, complures alios et graves Armeniorum scriptores excerperet; ad extremum quae ipse viderat, chronographiae committeret. Non uno autem nomine eusebianae editioni prodest Samuelis coniunctio. Namque in primis priori canonum eusebianorum historiae (quam prope stulte quidam Critici iam fictitiam nullamque esse putabant) testimonium gravissimum indubiumque adiicit Samuel, dum et eius prooemium prope ad litteram exprimit, et res chaldaicas se in praedicto libro legisse commemorat, et unde Eusebius hebraicam chronologiam sit exorsus docet, et eiusdem imitator τοὺς LXX Bibliorum interpretes pressim sequendos existimat, et illas viginti genealogias ab eodem

Samuelis summarium commode cum Eusebio coniungitur.

Eusebio mutuatur: quamquam ipse demum patriarcharum uxores sponte inserit, ex aliquo fortasse veteris Testamenti pseudepigrapho libro, erudita curiositate delectas (1). Quid autem? nonne Samuel emendare Eusebium videtur, cum Cainanum (cuius Eusebius omissi causa tot Syncelli criminationibus patuit) in patriarcharum ordine collocandum demonstrat? Nonne nomina sive propria sive gentilia, nonne annorum notas, nonne alia complura quae in Eusebii codicibus luxata fuerunt, recte Samuel interdum constituit? Denique ad Eusebii crisim quid non hic conferat Auctor, qui modo Eusebium ab se paene exscribi confirmat (2); modo eidem ita se innixum fatetur, ut, eo subducto, nihil scribere possit (3)?

Samuelis patria, notitia operis et Maecenas.

II. Sed priusquam de multiplici Samuelis utilitate dicimus, operae pretium est de ipso homine et de codicibus, unde opus protrahitur, summa cum brevitate disserere. Samuelis, dignitate praesbyteri, patria fuit Ania, Armeniae urbs ad flumen Achurium sita in ea provinciae Araratiae regione quam geographi dicunt Siraciam. Haec Ania quum nono christianae aerae saeculo non modica incrementa accepisset, propterea quod Bagratuniis principibus regiam sedem praeberet, decimo quidem undecimoque saeculo tam frequens tamque splendida evasit, ut domos centum mille, templa autem plus mille habuisse feratur (4). Porro haec urbs diligenter secernenda est ab Anio provinciae, quae dicitur alta Armenia, castello quod Moses Chorenensis commemorat (5). Age vero ipsius Samuelis chronographi mentionem faciunt primum quidem armenii scriptores Cyriacus Ganzaghenus saeculi XIII homo; iterum sequente saeculo vir eruditus Varanus Barzerberdensis; uterque in suis haicanis historiis: denique postrema aetate Serposius in armeniacae historiae compendio, quod, scriptore usus anonymo amico, impensis subsidiisque maximis adornavit, Samuelis chronicos canones iusto quidem rarius sed tamen aliquoties compellat. Praeterea gallicani aliquot perdocti homines, codicis parisiaci notitia usi, nec segniter nec perfunctorie Samuelem nostrum commendant. Primus in his Villefroyus Samuelis Chronicon diligentissime contrectavit, atque operis universi rationem exposuit (6). Exin Villefroyi schedis instructus Freretus Samuelis chronologiam cum fructu usurpavit in dissertatione de anno armeniaco (7). Sed enim nemo affluentius laudabiliusve samuelianis copiis semet exornavit, quam novissimus Sammartinius (8) vir orientalium studiorum nostra aetate prudentissimus, qui de Armeniae historia et geographia aeque bene vel etiam copiosius meriturus est, quam ille diu memorabilis Sanctieructus de Alexandri gestis atque scriptoribus. Iam ex ipso statim prologo et mox e prioris partis conclusione cognoscimus, Samuelem patriarchae Gregorii precibus exoratum

(1) Legesis Samuelis prologum et prioris partis prima capita duo.

(2) *Part.* I. cap. VII. 22.

(3) *Prolog.* ff. 5.

(4) Lege lexicon Armeniae geographicum editum Venetiis anno MDCCLXIX. Nunc Ania pagus est.

(5) *Hist.* II. 11.

(6) Apud Montfauconium *Biblioth. mss.* p. 1026.

(7) *Mémoires de l'Acad. des inscr.* T. XIX p. 85. sqq.

(8) *Mémoires historiques et géographiques sur l'Arménie* T. I. passim.

hanc summariam temporum tractationem scripsisse: sed est obscurum ad quem Gregorium Samuelis verba pertineant. Profecto nonnulli cogitant de Gregorio illo, qui anno Christi MCXVI electus est, vixitque in pontificatu annos LIII; nos tamen Samuelis librum Gregorio potius iuniori oblatum censemus, qui Nersi Claiensi successit anno MCLXXVI: cuius rei permulta indicia sunt, sed illud longe certissimum, quod nimirum Samuel quarto Gregorii iunioris, seu Deghae, anno chronologiam a se adornatam concludit, uti mox evidenter docebimus.

III. Chronicorum Samuelis canonum codices haud infrequentes occurrunt: nam praeter complures, qui in Armeniorum bibliothecis delitescunt, parisiacum nuper commemoravimus. Neque tamen Samuel vel europaeis vel orientalibus typis ante hoc tempus, quantum scimus, impressus est. Iam in tanto codicum numero vix ullus est, in quo Samuelis canones ultra Auctoris terminum, nempe ultra Christi annum MCLXXIX, a recentioribus chronographis vel etiam scribis produci non soleant; quo genere additamenti ne codex quidem parisiacus caret; idemque in graecis etiam ac latinis aliorum auctorum chronicis sollemne pervulgatumque est. Denique non solum protractus est Samuel, verum etiam alieni panni laciniis quandoque intertextus, qua de re notae nostrae lectores identidem admonebunt. Nunc mediolanensis Samuelis editio e quinque codicum collatione ac varietatibus conflata est. Princeps Samuelis exemplar, quod veluti fundamentum editionis nostrae posuimus, circa annum aerae armeniacae DCLVI (Christi ad Samuelis supputationem MCCIX) exaratum fuerat, ideoque trigesimo fere post Chronici finem anno confectum cognoscitur. Namque Samuelis lucubrationem revera anno MCLXXIX explicitam esse, manifesto docet Chronici codex alter, in quo licet opus multo ulterius protrahatur, praedicto tamen anno MCLXXIX eiusmodi admonitio perscribitur: *Heic explicit facundi Samuelis compositio, qui sane vehementer curavit ut emendatissime scriberet. Appulit autem usque ad suam omnino aetatem; quum historici officium sit de praeteritis praesentibusque disserere; ultra vero ea quae in vita cuiusque versantur, progredi non liceat. Quamquam igitur post hunc locum pergit adhuc linearis armeniacarum rerum historia, nihilominus complura menda satis coarguunt alium esse scripti auctorem, nam praeter Christi aeraeque Armeniorum annos, nil propemodum recte se habet.* Neque tamen reticere licet, princeps illud exemplar putri situ haud raro fuisse corruptum nonnullisque chartis multatum. Id vero damnum reparatum est invento alio byzantina in urbe exemplari (1), quod anno quidem aerae armeniacae DCCCXXXII (Christi MCCCLXXXV) scriptum fuerat, ita tamen ut idem ab antiquissimo omnium codice sumptum diceretur, nempe ab apographo annis duodecim post conditum opus confecto. Sane id byzantinum exemplar magnopere nobis placebat, eiusque ope saepe pravas interpolationes cognovimus, quae ab Auctoris ingenio vehementer abhorrebant. Hactenus tria commemoravimus Samuelis exemplaria; princeps idest antiquissimum, alterum quo monemur de iusto Auctoris confinio, tertium byzantinum.

Samueliani summarii codices.

(1) Huius exemplaris apographum a se confectum I. Zohrabus conservat.

His demum alia duo accesserunt, quorum unum nec valde antiquum et porro imperfectum; alterum recentissimum, idque in annum MDCLXXXXVIII desinens, temerariis videlicet accessionibus atque interpolationibus scatens. Operis denique titulus in codicibus scriptus is fere est quem in fronte editionis posuimus : *Samuelis praesbyteri Aniensis temporum usque ad suam aetatem ratio e libris historicorum summatim collecta.*

Qui sit Samuelani summarii fructus.

IV. Sed rogabit aliquis qua communis utilitatis spe quove prudenti consilio armenium chronographum ad Europaeorum studia perferendum curemus? namque illud iustissime dicitur : nova et utilia qui narrat, auctorem hunc perhibeto bonum. Nos sane fatemur, priorem Samuelis partem parum emolumenti (praeter Eusebii confirmationem) afferre : res enim hebraicas et reliquorum orbis olim cogniti populorum ita Samueli Eusebius suppeditat, ut hoc Summarium nihil fere habeat praeter Eusebii aliorumque chronographorum brevem quamdam repetitionem; historiam porro armeniacam usque ad Christum de Virgine genitum totidem saepe verbis e Mose chorenensi videmus arcessiri. Neque tamen est cur quisquam propterea Samuelem spernendum putet, nisi idem tot latinos et graecos chronographos aeque pedibus trahat, qui plerique omnes quum ab orbe condito ordiantur, necessaria ratione fit, ut eamdem crambem videantur recoquere. Quamquam nos res armeniacas multorum ad aures nunc primum perventuras speramus, quandoquidem huius gentis res nondum satis in populari luce versantur, propter eorum paucitatem, qui ad has scribendas accesserunt. Sed licet quod quisque volet existimet, in nostra quidem editione quantum Eusebii primus liber secundo dignitate praestat, tantumdem Samuelis pars posterior priorem iucunditate fructuque superat. Romanorum et Graecorum imperatores centum scribuntur apud Samuelem ab Augusto ad Manuelem Comnenum. Persarum quoque reges primum Arsacidae mox Sasanidae post Christum usque ad Mahumetum plus triginta narrantur : qui postquam fatales exitus habuerunt, exortae sunt saracenorum Amirarum tyrannides, quarum ingens imperii moles partim quidem internecivis odiis ac dissensionibus, partim vero Scytharum adventu post annos quinquaginta circiter supra ducentos debilitata ac dissipata est. Praedictis interiecti fuerunt Armeniorum dynastae miro ludo fortunae iactati, Arsacidae nimirum reges, Mamicunii principes, Gnunii, Arzerunii, Bagratunii, praeter persicos, arabicos, iberos, graecosque praefectos. Adde Armeniorum patriarchas numquam intermissos. Adde Christi aeram a vulgari satis dissentientem, qua in re Samuelis chronologia, propter veterem et gravissimam summorum Criticorum de aera vulgari controversiam (1), haud flocci facienda est. Adde aeram armeniacam non, ut vulgo Armenii supputant, Christi anno DLI, sed anno DLIII institutam, quod verissime a Samuele dici iampridem Villefroyus ex anno Hierosolymorum a Christianis captorum demonstravisse videtur (2). Iam ipsae

(1) Vide, si nihil aliud, certe libros Henrici Sanclementii *de vulgaris aerae emendatione.*

(2) Apud Montfauconium *Biblioth. mss.* p. 1016-1017.

res aetatibus regum interpositae quantae demum sunt? Quamquam Samuelis non est historia sed capita quaedam et historiae commentarius, virorum tamen illustrium facinora innumera commemorantur. Et quidem laetissima est illuminatio Armeniorum, quo tempore gens illa universa incredibili studio et consensu ad Christum convolavit, prodigiis plurimis, maximisque ss. Gregorii et Rhipsimiae comitumque virtutibus tota Armenia strepentibus (1). Exin tot templorum coenobiorumque aedificia, tot martyria fortissima, tot doctrinis laboribusque confirmata religio. Quamquam vero postea nec haereses neque schismata neque partium praesertim furiosissima studia defuerunt; tamen natio Armeniorum numquam se a communione romana cunctim seiunxit. Quid haicanae litteraturae auspicatissima initia et progressus prope admirabiles, nisi tam saepe procella litterarum, turbo ac tempestas eruditionis omnis bellum persicum et mox arabicum in Armeniam pervasisset? Mahumeticae potentiae incunabula et incrementa (quamquam communiori saracenicorum temporum historiae parum consona (2)), Armeniae lacrymabiles vastationes, Latinorum in Palaestinam expeditiones satis ubere stilo scribuntur: neque ullius paene rei varietas desideratur; non urbium primordia et excidia, non caedes innumerae, non pestilentiae famesque, non scelera, non fraudes, non strategemata, non denique multorum hominum litteris, sanctimonia, bellica arte praestantium enumeratio. Atque haec omnia notis Editorum plurimis et castigationibus illustranda erant atque purganda, nisi nos festinatio operis ab omni fere exquisitiore cura avocasset.

V. Nunc si licet de religiosis quoque Samuelis dogmatibus iudicium interponere, in primis notandum est, orientales haereticos (Samosatenum puta, Macedonium, Nestorium atque alios) non obscure in hoc Chronico condemnari. Iam ab ipsa chalcedonensis synodi oppugnatione et a crimine monophysitico, ob quae nomina male interdum Armenii audiverunt, satis Samuel abhorrere videtur. Is quippe anno Christi DCXL diserte docet, ab Esdra patriarcha Armeniorum in chalcedonensis synodi sententiam pedibus itum esse; quum tamen anno Christi DXXVII caute reticuisset, patriarcham Nersem Astarachensem, Eutychianorum fraudibus circumventum Persarumque armis conterritum (3), praedictae synodi canones rescidisse, quo silentio Samuel calamitatem eius facti studiose se tegere innuit. Rursus anno Christi DCCCLVI Zachariae patriarchae ecclesiasticas constitutiones Samuel collaudat: atqui exploratum est, ab hoc pontifice chalcedonensem iterum synodum fuisse comprobatam (4). Quid? eutychianos duos Iohannem Mairacomensem et Sergium nonne Samuel aperte exsecratur (5)? Utinam et Zenonis henoticon atque Anastasii praedictique Zenonis dogmata nigro aeque lapillo signaret (6)! Nisi forte Samuelis hi loci

De Samuelis orthodoxia coniecturae.

(1) Lege ad Christi annum 305.

(2) Scilicet tum hegirae initium multo ante annum Christi 648 retrahendum est (quod ipse Samuel p. 53 satis docet) tum Mahumeti priorumque califarum res gestae ex accuratioribus Arabum historiis cognoscendae sunt, quas non parum Samuel p. 55 perturbare atque obscurare videtur.

(3) Lege Serposium *Compendio storico* T. II. p. 34 sqq.

(4) Serpos. *Compend.* T. II. p. 46 et 434.

(5) Ad an. Ch. 645.

(6) Ad an. Ch. 495 et 511.

interpolati sunt ab iis quibus chalcedonense concilium displicuit; quod genus interpolationum alibi quoque in Samuelis codicibus deprehendimus. Sed Samuelis orthodoxiam nil vehementius commendat, quam quod is in Deghae patriarchae clientela fuit, cuius hominis doctrina catholica ex eiusdem scriptis rebusque gestis cognoscitur. Namque Degha scriptis litteris (et quidem etiam ad Caelestinum III Papam) monophysiticam labem insectatus est, coacta autem synodo circa eum ipsum annum, quo Chronicon Samuelis concluditur, duas sollemniter Christi naturas ab Armeniis pronunciandas curavit (1). Denique quod sancti nomen Iohanni Ozniensi largitur Samuel (2), in primis sciendum est, criminationes adversus hunc hominem inventis nupera aetate documentis magnopere fuisse fractas, eumdemque a monophysitica suspicione liberatum (3). Et quidem in veterum scriptis sancti nomen civilis tantummodo privatique honoris causa interdum tribuitur: Iohannes autem hic Ozniensis in sacra Armeniorum calendaria pleraque non est relatus. Miramur item singularem Samuelis in religiosa historia scribenda tranquillitatem, quum tamen oriens magnis factionum flammis omni tempore exarserit. Certe permultis controversiarum harum scriptoribus tantum saepe furorem dissensionum aestus obiecit, ut eorum mentes haud valde absint ab insania, nedum facilis aditus veritati relinquatur. Atqui opus est ut Christianus quisque lenitati, mansuetudini, praetereaque unitati, concordiae et obedientiae studeat: alioquin videamus, per Deum immortalem, quem in locum res sacras perventuras putemus. Sed quis demum Samuelis orthodoxiam non ex ea narratione auguretur, qua Gregorium patriarcham III armenium a Romanorum regibus atque pontificibus summo honore affectum gloriatur (4)? eumque ad Hierosolymorum urbem profectum, a Latinis ibi versantibus orthodoxum esse iudicatum, et summo studio omnique charitate dilectum: qua re mirifice delectatus Samuel, hinc sibi demum exploratum ait, gentem suam numquam supremi Numinis gratia excidisse. Iam illud quantae iustitiae est, quod narrat Gregorium patriarcham valde improbavisse Armeniorum aliquot defectionem ab heterodoxo rege, qui tamen et christianis sacris fide obligata favebat, et iure imperare videbatur (5)? Quamquam alibi saracenicae superstitioni et tyrannidi pro merito maledicit Samuel. Quantae rursus fortitudinis est, quod graecorum principum, quorum ipse vel aetate vel prope in ditione vivebat, perfidiam in Latinos atque impietatem adversus causam christianam tam aperte condemnat (6)? Nisi forte, quod in re simili dixit Hieronymus (7), timor Dei hominum timorem expellit. Omnino Samuel eiusmodi scriptor est, quem genuisse Armenii merito glorientur, Europaei autem nunc cognoscere gestiant.

(1) Lege Serposium *Compend.* T. II. p. 446.
(2) Ad an. Ch. 718.
(3) Lege Serposium T. II. p. 42. 377-397. sqq. itemque sermonem ipsius Ozniensis *contra Phantasticos.*
(4) Ad an. Ch. 1115.
(5) Ad an. Ch. 1126.
(6) Ad an. Ch. 1099 et 1150.
(7) *Praefat. ad Eusebii Chron.* in fine.

SAMVELIS ANIENSIS

SVMMARII TEMPORVM

PARS PRIOR.

PROLOGVS

1. Qvvm tres in partes universum temporis spatium dividi soleat, in praeteritum videlicet, in praesens atque in futurum, humanae tamen voluntatis affectio ad praeteriti magis atque futuri, quam ad praesentis cognitionem ferri videtur. Iam fore ut homines, sive sacri sive profani, illa potius *tempora* inquirerent, *divinae* quoque scripturae nos docent, quandoquidem vel ipsis familiaribus suis aiebat ille Vivificus: « Non est vestrum nosse horas et (1) tempora quae Pater posuit in sua potestate ». Quod effatum non de supremo solum exterminio, sed de temporibus omnibus idcirco pronunciatum verax ille Eusebius ait (2), ut siqui sunt curiosiores atque inania scrutantes, ii paucis his verbis deterrerentur, quominus doctrinam temporum se adsequi posse certa scientia confiderent. Profecto divinum hoc dominicumque oraculum eo praecipue nomine editum est, ut vanarum rerum exploratores incasso labore supersedeant. Quae enim cognita et considerata utilitatis aliquid adferunt, ea ipse (3) docuit palamque fecit in propheticis libris, quibus *omnia* ex ordine continentur usque ad divinum Verbum cum natura carnea coniunctum, capto initio ab oraculis ore Mosis divinitus evulgatis.

2. Iam ex plurimis eius rei causis duas tantum praecipuas notare sufficiat: quod *divinum scilicet Verbum* in primis voluerit os eorum comprimere, qui creaturas principio et fine carentes dicere ausi sunt; deinde eversos paterna hereditate homines spe laetifici adventus sui recreare: superioribus continuatim saeculis humanitatis a se adsumendae mysterium parabolis visionibusque confirmans; postremo autem perfectissima scientia discipulos suos imbuens, sancto Spiritu in eosdem immisso: quos et ministros et conscios arcanae voluntatis suae fecit, rerumque ineffabilium gnaros, quarum luculento splendore creaturae universae saturatae sunt. Illi igitur omnium rerum naturas edocti, de praeteritis, praesentibus atque futuris scribere aggressi sunt, utpote ab illius Veracis discipulis notione veritatis imbuti: tum etiam disertissimus et sapientissimus quisque ad elaborandas gentis suae chronographias incubuit.

3. Quos inter (primos inquam itemque novissimos) amplissimum dignitatis locum beatus ille Eusebius obtinuit: deinde Socrates historiographus, aliique complures.

(1) Ita *et*, non *vel*, habent Samuel itemque Eusebius in prooemio, nec non armeniaca ipsa Biblia. At graeca et latina Biblia *vel*.

(2) In prioris libri prooemio p. 2.

(3) Deus.

Nostrae porro gentis primum aio historicum fuisse Agathangelum, qui origines scripsit illuminationis [1] Armeniorum curante divo Gregorio, cuius etiam multimoda patientia mirabiliter inclaruit. Secutus est Moses Chorenensis historica veridicentia praenobilis: deinde Elisaeus, et Lazarus et Faustus, qui et Byzantius, paulo antiquior historicus: nec non Heraclius a Sebio episcopo laudatus [2], tum et Leontius praesbyter, et Sabuhius, et dominus Iohannes, et posteriore demum aetate Stephanus doctor, cognomento Asolnichius [3]. Atque hi de rebus armeniacis, itemque alii plurimi de singulis gentibus, narrationes suas texuerunt tantummodo post Adamum paradiso emissum, vitâ eius quam in paradiso exegit omissâ . . . [4] uti Dominus aiebat, diem nimirum et horam, qua sit ipse venturus, a nemine ante cognosci [5]: quae verba quum ad Angelos Filiumque ipsum retulerit, interrogationem hanc commovet: Atqui si erat ipse venturus, quonam idem pacto horam nesciebat? Ergo ne moerore ipsos adficeret, id ab eo dictum existimo.

4. Ego vero imperitiae inscitiaeque meae immemor, te rogante, o sanctimonia fulgens Gregori, studio tibi obsequendi impulsus sum ad ea quae tibi erant in votis scribenda. Agesis igitur sancti Spiritus ope fretus, ex his *historicis* breviter sermonis *mei* rationem, prout tua fert sententia, decerpam; ita tamen ut nusquam a veritatis calle deflectam. Et quidem ex tam ingenti numero duo mihi praecipue facem praeferent, Eusebius ac Moses Chorenensis. Iam vero primum quidem ab Adamo inchoans, desinam in Noachum: hinc ad Abrahamum usque *pergam*. Postea Chronographorum more lineari ratione *tempora* ad nos usque digeram. Denique hoc in opere si vana reiecero, et necessaria complexus fuero, rem tibi me gratam spero esse facturum.

5. Revera supervacaneum ducimus haud probabiles Chaldaeorum historias et barbarica nomina recitare: quibus siquis indigebit, praesto est mirifici Eusebii liber, sine quo nosmet ipsos haud scribere posse fatemur. Quamquam reapse quidquid eius generis ibi scriptum est, neque opportunitate caret neque utilitate. Etsi enim peregrinis nominibus priscos patres indigitat, annorumque rationes immaniter exuberant; patrum tamen numerus congruit cum divinis *scripturis* [6]. Alia insuper causa fuit, quamobrem ea referrentur quae ab illis [7] quasi somniantibus excogitata sunt: quia nimirum chaldaeus fuit Abrahamus, eiusque maiores Chaldaeae indigenae, quam rem liber Geneseos aperte prodit [8]. Immo illae narrationes nullum veritati testimonium non suppeditant, nempe quod adtinet ad diluvium, ad turris opificium, atque ad cetera quae ibidem consequuntur. Ea, *inquam*, ratio fuit beatis illis Patribus cur haec commemoranda putarent. Nobis tamen quum istorum lucubrationes sufficere videantur, ea materia satis erit, quae instituto nostro conducit.

6. Iam ipsorum Chronicorum initium ab Adami e perbeatis illis sedibus exitu Seniores illi sapientissimi petendum censuerunt [9]. Quisquis vero aliter nugatur,

---

(1) Hinc divus Gregorius, de quo mox, dicitur vulgo *illuminator*.

(2) Obscurus vel corruptus videtur hic locus in Samuelis codicibus. Quod autem merito mireris etiam Stephanus Asolnichius in suae historiae prouemio eumdem hunc locum eadem obscuritate laborantem exhibet.

(3) De his armeniis historicis alibi loquendum videtur.

(4) Hoc loco in emendatiore Samuelis exemplari innuitur lacuna.

(5) *Marc.* XIII. 32.

(6) Confer Eusebii *Chron.* I. 2. 8.

(7) *Chaldeis.*

(8) Euseb. *Chron.* I. XVI. 2.

(9) Euseb. *Chron.* I. XVI. 3-6.

diuturnitatem eius incolatus sibi esse exploratam dictitans; aut de caeli et terra conditu temeraria effutit [1]; huic, inquam, cave fidem tribuas. Namque ab eo tempore, quo ille suavissimo vitae genere excidit qui [2] Adamus vocatus est (quo nomine omnes cunctim homines significantur) inde, inquam, nostra temporum ratio exordium cepit, ea videlicet quae in septuaginta virorum interpretatione est: apud Hebraeos enim discrimen ingens in temporum praesertim numero deprehenditur. Porro autem ii sanctum Spiritum ducem habent qui septuaginta viros sectantur [3]: quibus nos quoque adhaerentes, rem, quam sumus adgressi, expediamus.

CAPVT I.

Quaenam ratio temporum apud septuaginta interpretes perscribatur ab Adamo usque ad diluvium.

I. PRISCVS homo Adamus post exitum e paradiso anno aetatis CCXXX genuit Sethum ex Eva coniuge sua: vixitque adhuc annis DCC usque ad CXXXVII [4] annum Malalielis. Alios quoque genuit filios et filias. Obiit aetatis anno DCCCCXXX.

II. Sethus annos natus CCV genuit Enosum ex Alora [5] coniuge sua: vixitque adhuc annis DCCVII usque ad XX annum Enochi. Genuit filios et filias. Obiit aetatis anno DCCCCXII [6].

III. Enosus annos natus CXC genuit Cainanum ex Nuena coniuge sua: vixitque adhuc annis DCCXV usque ad LIII annum Mathusalae. Genuit filios et filias. Obiit aetatis anno DCCCCV.

IV. Cainanus annos natus CLXX genuit Malalielem ex Malaleda coniuge sua: vixitque adhuc annis DCCXL usque ad LXXXI annum Lamechi. Genuit filios et filias. Obiit aetatis anno DCCCCX.

V. Malaliel annos natus CLXV genuit Iaredum ex Dina coniuge sua: vixitque adhuc annis DCCXXX usque ad XLVIII annum Noachi. Genuit filios et filias. Obiit aetatis anno DCCCXCV.

VI. Iaredus annos natus CLXII genuit Enochum ex Baracha [7] coniuge sua; vixitque adhuc annis DCCC usque ad CCLXXX annum Noachi. Genuit filios et filias. Obiit aetatis anno DCCCCLXII.

VII. Enochus annos natus CLXV genuit Mathusalam ex Iaduera coniuge sua: vixitque adhuc annis CC: quumque Deo placuisset, translatus est anno XXXIII Lamechi. Genuit filios et filias; translatus est aetatis anno CCCLXV. Ab Adamo usque ad Enochum translatum generationes VII annique MCCCCLXXXVII conflantur.

VIII. Mathusala annos natus CLXVII genuit Lamechum ex Edna coniuge sua: vixitque adhuc annis DCCCII. Hic annis XIV [8] diluvio superfuit, quod ex ipsius vitae spatio

---

(1) Hoc pacto videntur peccare nominatim Syncellus et Cedrenus in suorum chronicorum primordiis.

(2) Codex pro *qui* habet *atque*.

(3) Conferatur Euseb. *Chron.* I. XVI. 7. et 17.

(4) Alius codex *CXXX*.

(5) Al. cod. *Azora*.

(6) Al. cod. *DCCCCLII*.

(7) Al. cod. *Bavacha*.

(8) Codex unus *annis* omisso numero, alius mendose *annis LXXX*. Verum supputatio docet scribendum *XIV*. Conferatur Eusebius p. 54 cum n. 1.

cognoscitur. In aliis tamen exemplaribus vixisse annis *postquam genuerat* traditur DCCLXXXII. Genuit filios et filias. Obiit aetatis anno DCCCCLXIX.

IX. Lamechus annos natus CLXXXVIII genuit Noachum e Bedna coniuge sua: vixitque adhuc annis DXXXV. Patri suo Mathusalae praemortuus est Lamechus, postquam vixerat usque ad DXXXV annum Noachi. Genuit filios et filias. Obiit aetatis anno DCCXXIII.

X. Noachus annos natus D genuit Semum, Chamum atque Iapetum e Noëmzara coniuge sua: vixitque adhuc annis C usque ad diluvium: post diluvium autem annis CCCL. Obiit aetatis anno DCCCCL. Ab Enocho translato usque ad diluvium generationes tres annique DCCLV coacervantur. Ab Adamo autem generationes decem, annique MMCCXLII.

CAPVT II.

Quae ratio temporum scribatur apud septuaginta interpretes a Semo ad annum Abrahami primum.

XI. SEMVS annos natus C genuit Arphaxadem anno altero post diluvium e Dizaclibade coniuge sua: vixitque adhuc annis D. Genuit filios et filias. Obiit aetatis anno DC.

XII. Arphaxades annos natus CXXXV genuit Salam ex Rabuia coniuge sua: vixitque adhuc annis CCCCIII. Genuit filios et filias. Obiit aetatis anno DXXXVIII.

XIII. Sala annos natus CXXX genuit Heberum e Mucha coniuge sua: vixitque adhuc annis CCCCVI (1) usque ad VII annum Seruchi. Genuit filios et filias. Obiit aetatis anno DXXXVI.

XIV. Heberus annos natus CXXXIV genuit Phalecum e Zuba coniuge sua: vixitque adhuc annis CCCCXXXIII usque ad XXXVIII annum Nachori. Genuit filios et filias. Obiit aetatis anno DLXVII.

XV. Phalecus annos natus CXXXIV genuit Ragavum e Ziura coniuge sua: vixitque adhuc annis CCIX usque ad LXXVII (2) annum Seruchi. Genuit filios et filias. Obiit aetatis anno CCCXLIII. Phaleci aetate terra divisa est: nam et Phalecus divisionem significat. Iste quidem patri suo praemortuus est. In eiusdem aetatem turris quoque opificium incidit: itemque loquelae, quae eatenus una fuerat, in plurimas dialectos pro numero tribuum divisio: qua super re cum divina scriptura historici externi consentiunt. Conficiuntur itaque a diluvio usque ad turrim procreationes quinque annique DXXV. Ab Adamo autem procreationes quindecim annique MMDCCLXVII.

XVI. Post Phalecum vero Ragavus annos natus CXXXV genuit Seruchum e Sura coniuge sua: vixitque adhuc annis CCVII usque ad LXXVII annum Nachori. Genuit filios et filias. Obiit aetatis anno CCCXLII.

XVII. Seruchus annos natus CXXX genuit Nachorum e Melcha coniuge sua: vixitque adhuc annis CC usque ad LI annum Abrahami. Genuit filios et filias. Obiit aetatis anno CCCXXX.

---

(1) Al. cod. CCCCLXXXX.

(2) Al. cod. *LXXV*.

XVIII. Nachorus annos natus LXXIX genuit Tharam ex Iescha coniuge sua: vixitque adhuc annis CXIX usque ad XLIX annum Abrahami. Genuit filios et filias. Obiit aetatis anno CXCVIII.

XIX. Thara annos natus LXX genuit Abrahamum ex Edna coniuge sua; vixitque usque ad XXXV annum Isaaci, nempe superfuit annis CXXXV. Genuit filios et filias. Obiit Thara aetatis anno CCV.

XX. Primus Abrahami annus. Conficiuntur a diluvio usque ad annum primum Abrahami procreationes novem annique DCCCCXLII. Ab Adamo autem procreationes XIX annique MMMCLXXXIV, ita ut Abrahamus in vigesima procreatione sit. Haec quidem secundum septuaginta virorum interpretationem.

CAPVT III.

De Cainano et aliis quibusdam (1).

1. HAVD pauci enimvero prudentissimi historici ad procreationem annorumque numerum Cainanum adiungunt cum annis CXX; eumque aiunt Arphaxade natum Salaeque parentem. Rem autem ita describunt: Arphaxades annos natus CXXXVII ex Rabuia uxore sua genuit Cainanum: quumque adhuc annis CCCCIII vixisset, extinctus est. Cainanus annos natus CXX Salam e Secha uxore sua suscepit: quumque adhuc annis CCCLXXXXVII vixisset, obiit. Porro huius rei testibus utuntur celeberrimis doctissimisque viris, Origene scilicet Gregorioque theologo atque Epiphanio cyprio: immo adeo Luca evangelista sancti Spiritus pleno, qui illum in suam genealogiam intulit (2). De horum ergo sententia Abrahamus quidem vigesimum primum locum post Adamum occupat. Summa autem annorum, quos Eusebius ab Adamo ad Abrahamum MMMCLXXXIV scribit, ad MMMCCCIV consurgit.

2. Insuper et Moses Chorenensis comparativum laterculum instruens stirpium quae a tribus Noachi filiis ad Abrahamum usque pertingunt, eumdem patriarcham Cainanum in suam historiam inserendum curavit, quartum a Noacho et a Semo tertium: eademque ratione Thiram a Noacho quartum, tertium autem a Iabetho: tum denique Mestraimum quartum a Noacho, tertiumque a Chamo dicit. Qua de re idem Moses historicus hoc pacto scribit (3): « Arduum scilicet esse, rationem temporum inde usque » abs rerum origine exploratam habere atque colligere: multo vero difficilius, ipsas » *hominum* propagines consequenter a tribus Noachi liberis pervestigare. Quandoquidem et divinae litterae, delectâ eâ, quae ad se pertinebat, Semi prosapiâ, reliquarum nullam rationem habuerunt, tamquam spretarum videlicet neque dignarum » quae in orationis suae textum insererentur ». Rursusque ait: « Licet id in nullo » interpretationis nostrae exemplari exaratum occurrat, neque in ullo Chronico » extet, praeter quam apud eruditum quemdam ingeniosumque Syrum hominem; nihilominus plane nobis constare Mestraimum eumdem esse atque Mezraimum,

---

(1) Exin capitum titulos nos addemus.

(2) Quum nos Samuelem paucis admodum adnotationibus illustrandum sumpserimus, quod quidem ad hunc famosum de Cainano locum attinet, lectores nostros ad Calmetum *in Gen.* X. 24, et ad Millium *in Luc.* III. 36. libenter ablegamus, apud quos et prisci Patres et hodierni Critici abunde disputant.

(3) *Hist.* I. 4.

» qui quidem Aegyptus videtur, uti Nebrothus Belus est ». Iam et harum trium gentium sic laterculum digerit.

Semus	Chamus	Iabethus.
Arphaxades	Chusus	Gamerus.
Cainanus	Mestraimus	Thira.
Sala	Nebrothus	Thorgomus.
Heberus	Babius	Haicus.
Phalecus	Anebis	Armenacus.
Ragavus	Arbelus	Armais.
Seruchus	Chaealus	Amasia.
Nachorus	Arbelus	Gelamus.
Thara	Ninus	Harma.
Abrahamus	Ninyas	Aramus.

3. Deinde addit: « In Chami quidem usque ad Ninum progenie annos, quibus » quisque procreavit, nusquam expressos reperiri, vel ad nos certe non pervenisse: » tum et de Iabetho nostro satis certum nihil tradi; nihilominus expositum harum » trium familiarum genus eatenus esse verissimum, quatenus procreationes undecim » sunt usque ad Abrahamum, Ninyam, atque Aramum. Araeus enim duodecimum locum obtinet posteriorque Nino est: idemque acerba aetate mortem » obiit a Samiramide caesus. De his autem haud est cur quisquam dubitationem » prae se ferat. Quippe, ait: Certiora quaeque ex variis historiis pro virili parte » decerpsi quae a nemine prudente oppugnatum iri puto, nisi aliqui forte veritatis » extinguendae cupiditate laborant: qui siqui sunt, istoc quidem se pacto quantum libet oblectent ».

4. Nos igitur iam inde a tribus Noachi liberis usque ad divini Verbi revelationem singillatim scribere ordiamur, primum quidem Semi propaginem, deinde Chami, postremo Iabethi. Semum, Noachi natum maximum, gentes exterae Zeruani nomine denotant, Chamum Titani, Iabethum Iapitostis. Neque his solum, verum etiam reliquis patriarchis capto initio ab Adamo inconditas appellationes affingunt, atque annorum immensum numerum uniuscuiusque proferunt: nempe sic: « I. Alorus saris » decem (1) ». (Saro autem ter mille ac sexcentos annos contentos aiunt. Neros etiam quosdam et sosos adiungunt: nerum anni sexcenti conficiunt, sosum sexaginta.)

II.	Sethus	Alaparus saris III.
III.	Enosus	Almelon saris XIII.
IV.	Cainanus	Ammenon saris XII.
V.	Malaliel	Amegalarus saris XVIII.
VI.	Iaredus	Davonus saris X.
VII.	Enochus	Evendorachus saris XVIII.
VIII.	Mathusala	Amempsinus saris X.
IX.	Lamechus	Otiartes saris VIII.
X.	Noachus	Xisuthrus saris XVIII.

Universam decem horum regum aetatem saris centum viginti definiunt, quae sunt annorum myriades tres supra quadraginta praetereaque bis mille anni. Haec historiographi Chaldaeorum. Nos vero incertis his praetermissis, aggrediamur ad dicendum quae divini libri hoc pacto tradunt.

---

(1) Confer Euseb. *Chron.* I. 1. 2.

CAPVT IV.

Gentium divisiones (1).

1. SEMO progeniti sunt quinque liberi: Elamus, a quo Elamitae; Asurus, a quo Assyrii, Arphaxades, a quo Chaldaei; Ludus, a quo Lydi (2); denique Aramus, a quo Aramaei qui etiam Syri vocitantur. Arami liberi sunt: Hus, a quo Lagi, Enul, a quo Emulii; Gader, a quo Gaspheni; Mosochus, a quo Moseni. Filii Arphaxadis: Sala, cuius filius Heberus, a quo Hebraei (3). Filii Heberi: Phalecus, a quo stirps Abrahami componitur; Iectanus, a quo creantur liberi tredecim: quorum natu maximus Elmodadus, a quo Indi; tum Salecus, a quo Bactriani; Asarmothus, a quo Arabes; Iarechus, a quo Iarachaei; Zodoramus, a quo Carmeli: Ezel, a quo Ariani; Decla, a quo Cedrusii; Gebal, a quo Scythae; Abimeel, a quo Hyrcani; Saba, a quo Arabes primi (4); Uphir, a quo Aramii; Zevila, a quo Gymnosophistae; Ioabus, a quo Aradii. Hi omnes Iectano geniti sunt fratre Phalcci: eorumque incolatus a Masiis (5) usque dum venias ad Spheram (6) montem orientalem, pertinet. Et quidem alibi dicitur (7) universa Semi soboles tractum omnem a Bactrianae finibus incolere Rhinocuram (8) usque, quo loco Syria ab Aegypto secernitur itemque a rubro mari; et ab ora maris quod est ad Arsinoëm indicam.

2. Chami liberi quinque: quorum natu maximus Chusus, a quo Chusii: tum Mestraimus, a quo Aegyptii; Phudus, a quo Troglodytae; Chanaanes, a quo Afri atque Phoenices. Chusi liberi sunt: Saba, Ila, Sabaat, Regma, Sabacatha. Rursus Regmae liberi, Saba et Iudadanes. Aiunt praeterea divinae litterae, a Chuso genitum esse Nebrotum, qui primus in orbe gigas fuerit: atque hunc gigantem coram Domino Deo venationi operam dedisse: eumdemque auspicatum esse regnum a Babylone, ab Oredo, ab Achade, a Chalane in regione Senaiar. Indidem exortum esse Asurum, a quo Ninive itemque Roboda urbs condebatur cum Chalane: tum et Rasemanes, inter Ninivem et Chalanem, quae est urbs maxima. Iam et Mestraimus, Aegyptiorum pater, creavit Ludimum, a quo Lydi; Seneimum, a quo Pamphylii; Salbium, a quo Libes; Nepthalimum et Patrosonimum, a quo Cretes; Caslinimum, a quo Lycii, unde et genus Philistaeorum, Capthorimum, a quo Daci. Porro Chanaanes primum natorum suscepit Sidonem, a quo Sidonii, et Chetaei et Iebusaei, et Amorrhaei, et Gergesaei, et Levaei, et Arvacaei, unde Tripolitae quoque et Aminaei; deinde Aradium, a quo Aradii; Samrinum, a quo Orthosii: Amathum, a quo Amathusii. Hinc proseminatae sunt Chananaeorum gentes omnino XXXII: quarum fines fuerunt a Sidone usque dum Geraram venias, et a Gaza usque dum Sodomam et Gomorrham et Ademam et Seboimum et Lasam

(1) Hac super re consulendi sunt Eusebius in Exordio libri, Syncellus p. 45-51, itemque Cedrenus fol. 12-14, quibuscum non sine fructu Samuel comparabitur.

(2) Al. cod. *Lazi*.

(3) Al. cod. *Heberi*.

(4) Sync. et Cedren. *Arabes indici*.

(5) Biblia lat. vulgata *Gen.* x. 30. *de Messa*.

(6) Biblia vulgata *Sephar*.

(7) Vide Syncellum et Cedrenum.

(8) *Rhinocura* nomen urbis itemque torrentis. Interdum scribitur *Rhinicorura*.

venias. Alio tamen loco dicuntur [1] hae gentes a Rhinicorura usque Gadiron australes regiones incoluisse.

3. Rursus ex eodem Geneseos libro, Iabethi liberi: Gamerus, a quo Gamiri [2]; Magogus, a quo Celtae et Galatae; Mada, a quo Medi; Iavanus, a quo Hellenes [3] et Iones; Elisa et Thobelus, a quo Thessali; Mosochus, a quo Illyrii; Thiras, a quo Thraces; Cheteimus, a quo Macedones. Porro Gameri liberi: Aschanazus, a quo Sarmatae; Riphatha, a quo Sauromatae [4]; Thorgomus [5], a quo Haicani [6]. Iavanis autem liberi: Elisa [7], a quo Sicilienses et Athenienses; Tharsis, a quo Hiberi et Tyrrheni; Citis, a quo Romani et Latini et Rhodii. Ex his coloni deducti sunt per gentium insulas in suas quique regiones, populi omnino quindecim; hique a Medis ad Hesperiam usque pertingunt, quae patet ad oceanum et borealem plagam prospectat. Deinceps recensentur populi LI, itemque eorum ditiones per aquilonarem tractum a Medis usque Gadiron. Patent scilicet ab amne Potamino [8] usque ad Mastusiam quod est Ilion [9].

4. Sed enim ego gentes singulas trium Noachi filiorum distincte me expositurum recepi usque ad Christum cum humana natura coniunctum, quamquam divinae litterae Semiticae tantum familiae seriem scripto continent; de Chamo autem atque Iabetho, praeter dicta a me superius, nihil memorant. Ergo Semi stirpem a primo Abrahami anno nunc exordiar: hactenus enim in superioribus scripsi, brevi licet stilo, multis praetermissis: quo scribendi genere in sequentibus etiam utar, quae de sinceris tum exteris tum nostris historicis, prout aequum videbitur, coacervabo.

CAPVT V.

Semi prosapia.

1. Agesis ergo inde initium capiam ubi ordinem procreationum abrupi, quaeque interiectae sunt narrationes omittam. Ibi scilicet dictum est, a Thara annos nato LXX genitos fuisse Abrahamum, et Nachorum et Aranem. Porro Aranes, genito Lotho, parenti suo Tharae praemortuus est in natali terra Chaldaea. Adiunxerunt autem sibi uxores Abrahamus et Nachorus; Saram Abrahamus, Melcham Arane natam Nachorus. Ceterum Sara sterilis nullam ex se prolem edebat. Exin Tharas cum liberis Chaldaeam deserens ut in Chananaeam migraret, Charras usque processit, ibique sedem fixit; quumque aetatis annum ducentesimum ageret, Charris naturae concessit.

---

(1) Vide Syncellum et Cedrenum.

(2) Nempe *Cappadoces.* Vide Euseb. p. 43. n. 1.

(3) Nempe *Graeci.* Et quidem Armenii Graecos vulgo quidem *Ionas* dicunt; cum autem volunt elegantius loqui, *Hellenas*; numquam vero *Graecos.*

(4) Al. cod. *Soromachae.*

(5) Haici pater Thorgomus, quem nominat etiam Ezechiel XXVII. 14, et XXXVIII. 6.

(6) Vulgo *Armenii.*

(7) Al. cod. *Elias.*

(8) Syncellus et Cedrenus *Tanai.*

(9) Ita etiam Cedrenus fol. 14. *C*, ἕως Μαστουσίας τῆς κατὰ Ἴλιον. Verum Syncellus p. 50. *B.* ἕως Μαστουσίας τῆς κατὰ ἥλιον, *usque ad Mastusiam soli oppositam.*

2. Anno aetatis septuagesimo quinto Abrahamus Dei revelatione dignus habitus est, et solum vertere iussus. Quare Charris relictis Chananaeam incoluit. Tum annos sex supra octoginta iam natus filium ex Agare Sarae ancilla suscepit, cui nomen indidit Ismaëli, unde Ismaëlitarum natio est; Agarenorum videlicet, qui etiam Saraceni et Tagikii (1) vocantur. Insuper anno ante centesimum Deus cum illo foedus icit circumcisionis, ideoque ipse cunctique domus eius mares circumcisione uti coeperunt: tum etiam Abrahamus pro Abramo, itemque Sarra pro Sara dicti sunt. Eoque anno nondum elapso Dominus Deus cum Angelis apud Mambrem eidem apparens, ultro prolem recepit se ei concessurum. Primo inter prophetas Abrahamo divinum Verbum humana specie aspectandum se praebens ethnicorum vocationem portendebat, quam per evangelicam demum divini Verbi doctrinam in nobis Deus, *id est* in gentium universitate, consummavit.

3. Iamvero centesimum annum agenti Abrahamo e Sara coniuge natus est Isaacus: quo nascente Sarae ipsius nonagesimus annus vertebatur. Haec autem quum edito Isaaco annis septem et triginta superfuisset, vita excessit. Post Sarae obitum Abrahamus damascenum Eliazarum famulum in Mesopotamiam legavit; Rebeccamque Bathuele natam, Labani sororem, Isaaco filio suo collocandam in matrimonio curavit. Exin ipse quoque Ceturam sibi uxorem adiunxit, de qua liberos sex suscepit. Atque ita Abrahamo tribus e coniugibus soboles oborta est; primo quidem ex Agare aegyptia Ismaël, a quo gens Ismaëlitarum; tum e Sara Isaacus, a quo gens Iudaeorum: postremum e Cetura gens Parthorum extitit, quorum germen est Arsaces ille inclytus Pahlavensium et Arsacidarum familiarum progenitor. Igitur Abrahamus post genitum Isaacum quinque adhuc annis et septuaginta peractis, ita ut annos omnino centum et septuaginta quinque vixisset, fato suo functus est. Iam Isaacus sexagesimo aetatis anno Esavum genuit et Iacobum, postquam annis viginti in matrimonio cum Rebecca fuerat. Idemque annis adhuc viginti et centum superstes octogesimo et centesimo aetatis anno decessit.

4. Iacobo filii duodecim cum filia geniti sunt e duabus Labani filiabus, Lia scilicet atque Rachele, nec non ex harum ancillis duabus Balla Zelphaque. Quamquam vero primus ei natus sit Ruben quem anno aetatis quinto et octogesimo genuit, tum Simeon sexto et octogesimo; Levinus tamen praefertur in ordine, quem aetatis septimo (2) et octogesimo anno creavit, de cuius etiam genere magnus ille Moses exortus est; quae res ita describitur: Iacobus annos natus LXXXVII e Lia coniuge sua Levinum suscepit; Levinus annos natus XLVI genuit Cahathum; Cahathus annos natus LXIII genuit Amramum; Amramus annos natus LXX genuit Mosem; Moses annos natus LXXX Aegypto populum eduxit.

5. Rursus secundum chronicos Eusebii canones (3) Iacobo annum secundum et nonagesimum agenti de Rachele uxore Iosephus natus est: tum et Iosephus anno aetatis decimo septimo a fratribus venditus concessit in Aegyptum; cumque ibi tredecim annis in ergastulo fuisset, anno aetatis trigesimo Aegypti dominatum obtinuit, quo per annos octoginta perfunctus, anno demum centesimo decimo diem

(1) Hoc nomine Armenii barbaros Arabiae populos antiquitus indigitaverunt. Ita in Bibliis arm. II. *Macchab. XII.* 10. Sic etiam sequiore aetate appellabant Saracenos Armeniae oppressores. Quin adeo quos Europaei *Turcas* dicunt, Armenii *Tagikios* nunc nominant.

(2) Al. cod. *sexto*.

(3) Vide ad an. Abrahami 252.

supremum obiit. Primo aegyptiacae ubertatis anno rerum moderamen ad Iosephum delatum est : anno autem octavo saevire ibidem fames coepit, cuius calamitatis anno altero Iacobus in Aegyptum descendit anno aetatis CXXX, vitamque ibi annis adhuc XVII productam anno demum CXLVII clausit, quo tempore rerum potiebatur anno iam sexto vigesimoque Iosephus, qui et annis LIV superfuit.

6. Iosepho e vivis erepto, servitutem filii Israelis serviebant Aegyptiis annis CXLIV. Fiunt ergo a Iacobi descensu anni CCXV. Anno servitutis quarto supra sexagesimum Moses lucem aspexit; qui octoginta annos ingressus, cum fratre Aarone tres item et octoginta annos nato, populum Aegypto subduxit : cui postquam annis quadraginta in deserto praefuisset, anno aetatis vigesimo supra centesimum moritur. Post Mosem Iesus Navi filius, Iordane transmisso, populum (1) in terram annunciationis intra annos XXVII perduxit, annoque aetatis centesimo et decimo obiit.

7. Iesum praefectura Iudicum subsecuta est; quorum primus

I. Godoniel annis XL.
II. Avodus annis LXXX.
III. Baracus et Debora annis XL.
IV. Samegarus postea qui alienigenas sexcentos trucidavit (2).
V. Gedeon annis XL.
VI. Abimelechus annis III.
VII. Thola annis XXIII.
VIII. Iairus annis XXII.
IX. Iephthaeus annis VI.

X. Hesebon annis VII. (Baraco liberi septuaginta, Heseboni triginta fuerunt (3).) Heseboni in Hebraeorum exemplari subditur Aelon iudex annis X, quem tamen septuaginta interpretes non agnoscunt (4). Huius anno tertio Ilium captum est.

XI. Labdon annis VIII. Huius quadraginta liberi, horumque filii triginta in septuaginta asinis equitabant.

XII. Sampson annis XX.

XIII. Heli annis XL. Verum in septuaginta interpretum exemplari scribuntur XX (5).

XIV. Samuel atque Saul annis XL.

8 Sane quum in evolvenda Semi stirpe, procreationum seriem haud alienam ab evangelica Matthaei ratione, usque ad Iosephum et Mariam contexturos nos promiserimus; e Iacobi liberis optare Iudam debueramus, a quo procreationes deduceremus, quoniam ex huius surculo DOMINVS exortus est. Verumtamen necesse fuit, in Mosis et Iesu reliquorumque gratiam, qui populo usque ad Davidem ius reddiderunt, Levinum loco Iudae commemorare. Nunc autem unde par est rem denuo repetamus.

9. Abrahamus genuit Isaacum; Isaacus Iacobum; Iacobus anno aetatis LXXXVIII Iudam e Lia uxore suscepit; Iudas annos natus XLVIII Pharem genuit; Phares autem anno aetatis LVIII (6) Ezronem; Ezron anno aetatis LVIII genuit Aramum; Aramus anno aetatis XLVII genuit Aminadabum; Aminadabus anno aetatis XLV genuit Naasonem. Porro, inquit (7), erat Aminadabus copiarum Iudae dux, quo tempore

---

(1) Codd. arm. *eos* pro *populum*.

(2) *Iudic.* III. 31.

(3) Alio in codice desideratur hoc comma parenthesi clausum.

(4) Ita etiam Eusebius ad an. 832. Verum idem in priore libro semel ponit (p. 73) et semel omittit (p. 77) *Aelonem*. Nunc quidem apud LXX viros cap. XII. 11. nec non apud Biblia arm. occurrit *Aelon*.

(5) I. *Reg.* IV. 18.

(6) Al. cod. LIX.

(7) Apud Eusebium I. XVI. 22 *Naasson* non *Aminadabus*.

Moses Israëlis progeniem ex Aegypto deduxit. Constantur igitur a primo Abrahami anno usque ad migrationem ex Aegypto procreationes VIII, annique DV; ab Adamo autem procreationes XXVIII, annique MMMDCLXXXIX.

10. Naason annos natus XLIV genuit Salmonem. Eratque, ait (1), Naason princeps Iudae myriadum in deserto, eiusque soror Elisabeth Eleazaro Aaronis filio nupta fuit, quo coniugio creatus est Phinees, atque ita contigit ut Iudae genus cum Levitico adfinitate iungeretur. Salmon annos natus XXXV genuit Boosum. Eratque ait Salmon tribûs Iudae princeps, quo tempore Iesus cum populo Iordanem traiecit. Is uxorem copulavit sibi Rahabam, quam divus Evangelista dicit Rechabam (2). Idem Bethlehemum urbem in Iudae ditione fundavit.

11. Boosus annos natus CVIII genuit Obedum. Booso nupsit Rutha moabitis femina. Epiphanius Amanitidem ait Rutham, scilicet Amonitidem. Obedus annos natus CI genuit Iessaeum; Iessaeus annos natus CXXX genuit Davidem; David annos natus LVIII genuit Solomonem. Ille tricenarius regnum auspicatus est, annisque XL retinuit, vitâ ad septuagesimum annum protractâ. Solomon annos natus XXII (3) genuit Roboamum. Idem quarto regni sui anno templi aedificium excitabat. (A Mose egressuque ex Aegypto usque ad Solomonem templique opificium conficiuntur anni CCCCLXXX. Ab Adamo autem MMMMCLXIX). Idem duodennis regnum adeptus est (4), quod XL annis insedit, vivens annis LII.

12. Post Solomonem Israëlis regnum bifariam divisum est. Samariae decem tribubus imperavit Hieroboamus Nabati filius, isque rex Israëlis vocitatus est. Hierosolymis autem imperavit Roboamus Solomonis filius, isque rex Iudae appellatus est.

I. Roboamus regnat Hierosolymis annis XVII.

II. Abias annis III.

III. Asa (5) annis XLI.

IV. Iosaphatus annis XXV (6).

V. Ioramus annis VIII.

VI. Ochosias anno I.

VII. Godolia mater eius annis VII.

VIII. Ioasus annis XL. Tres hosce reges, nempe Ochosiam cum Godolia matre, Ioasum et Amasiam, idcirco in suam genealogiam Evangelista non intulit, quod illa filia, hi nepotes Achabi fuissent.

IX. Amesias annis XXIX.

X. Azarias, idemque Ozias, annis LII. Anno Oziae quadragesimo nono prima olympias acta est.

XI. Ioathamus annis XVI.

XII. Achazus annis XVI. Undecimo Achazi anno Israël in servitutem a Salmanasaro redactus est.

XIII. Ezechias annis XXIX. Nono Ezechiae anno Romam condidit Romulus, qui erat ab Abrahamo annus MCCLXXXIII (7).

XIV. Manasses annis LV.

XV. Amosus annis XII.

XVI. Iosias annis XXXI.

---

(1) Ibidem.

(2) Matthaeus I. 5.

(3) Al. cod. *XII*.

(4) Ita ait et Eupolemus apud Eusebium *Praep. ev. IX*. 30.

(5) Al. cod *Asaphus*.

(6) Al. cod. XLVII. Confer Eusebium p. 84. n. 1.

(7) Moenia templaque Romae hoc anno a Romulo aedificata tradit Eusebius.

XVII. Ioachasus mensibus III. Ioachasum Nechaus captivum abduxit, regemque dixit Eliachimum.

XVIII. Eliachimus, idemque Ioachimus, annis XII. Huius anno decimo Iudaeam Nabuchodonosorus domuit, et post acceptum ab Eliachimo tributum abscessit.

XIX. Ioachimus, idemque Iechonias, mensibus III. Reversus Nabuchodonosorus Ioachimum quoque in captivitatem deportavit.

XX. Mathanias, idemque Sedechias, annis XI.

Duodecimo Sedechiae anno Nabuchodonosorus Chaldaeus captis Hierosolymis templum cremavit. Manserat templum annis CCCCXLII. In quadragesimae septimae olympiadis annum quartum incidit captivitatis initium, eademque annos septuaginta occupavit. Post annum captivitatis vigesimum Nabuchodonosorus e vita migravit.

13. Iamvero in Matthaei genealogia Iechonias genuit Salathielem anno aetatis LVI: hic Zorobabelem anno LVI; hic Abiudum anno XLV; hic Eliachimum anno LX; hic Azorem anno XXXIX; hic Sadochum anno XXXI. Primo Sadochi anno Alexander macedo inclaruit. Is Achiam anno aetatis XXXIV; hic Eliudum anno XXX; hic Eliazarum anno LXII; hic Mathanem anno XXXVIII; hic Iacobum anno LX; hic Iosephum anno LXXVI. IESVS CHRISTVS apud Iudae Bethlehemum nascitur. Summa temporis a templi reparatione ad Christi natalia anni sunt DXVIII; a Solomone primoque templi aedificio usque ad secundum anni DXII; ab exitu ad Solomonem anni CCCCLXXX; ab Abrahamo ad exitum anni DV; a diluvio ad Abrahamum anni DCCCCXLII; ab Adamo ad diluvium anni MMCCXLII; summa denique temporis ab Adamo ad Christi natalia anni sunt MMMMMCLXXXXVIII, prout septuaginta interpretes docent.

14. Post obitum Solomonis, ut iam dictum est, Roboamo regnum exorso, immo primo regnantis anno, Samariae decem tribubus imperare coepit

I. Hieroboamus Nabati filius annis XXII.

Iam uti Davidis aetate prophetaverant Gaddus, Nathanes, Asaphus; rursusque Solomonis aetate Sadochus, Achias silonites et Sameas; ita etiam Hieroboami filiique eius Nabati aetate vaticinati sunt Achias, Sameas, tum et ille qui ad ipsam Samariae aram (1), nec non Ioasus, et Ioël, et Azarias idemque Addus, atque Ananias.

II. Nabatus annis II.

III. Baias (2) annis XXIV.

IV. Ela annis II.

V. Zambri mensibus VII.

VI. Amri annis XII.

VII. Achaabus annis XXII.

Sub hoc prophetae fuerunt Abdias, Elias, Iesus, Oziel, Michaël; falsi autem prophetae Sedechias atque Eliezer.

VIII. Ochosias annis II.

IX. Ioramus annis XII. Iterum prophetabant Elias et Elisaeus. Septimo Iorami anno Elias superlatus est.

X. Ieu annis XXVIII.

Minas, quas Dei furor in Achabum uxoremque eius Iezabelem intenderat, Ieu ad rem contulit caesis septuaginta Achabi liberis, nec non Iezabele sidonia, et quadringentis execrandi idoli prophetis. Per id tempus apud Israelem prophetabat Azarias.

XI. Ioachazus annis XVII. Huius aetate rex Iudae Ioasus Azariam interfecit, tum et Elisaeus vita excessit.

---

(1) III. *Reg.* XIII. I.

(2) Euseb. *Baasus.*

XII. Ioasus annis XVI.
XIII. Hieroboamus annis XLI. Huius aetate vaticinati sunt Oseas, Amosus, Isaias et Ionas.
XIV. Zacharias mensibus VI.
XV. Sellumus diebus XLV.
XVI. Manaëmus annis X.
XVII. Phaceas annis X. Nono huius anno prima olympias acta est.
XVIII. Phaceas annis XX.
XIX. Oseas annis IX.

Osea regnante, decem tribus servituti mancipatae sunt a Salmanasaro, deletumque israëliticum Samariae regnum, anno Achazi imperantis undecimo, postquam annis CCL stetisset. Hinc autem ad templum Hierosolymis Nabuchodonosori vi sub Sedechia eversum anni numerantur CLVI.

15. E Paralipomenis. Iam de Levini genere sacerdotes usque ad captivitatem fuerunt hi: Aaron, Eliazarus, Phinees, Abiudus, Borchias, Ozias, Zareas, Mariothus, Amarias, Achitobus, Sadochus, Achiamas, Azarias, Ionan, Azarias, Amarias, Achitobus, Sadochus, Elumus, Helchias, Azarias, Zaraeus, Iosedechus, qui Babylonem concessit quo tempore Nabuchodonosorus Iudam servitute pressit. Haec Paralipomenis commendata sunt.

16. Igitur Iosià tertium iam et decimum annum Iudae imperante, initium prophetandi Hieremias fecit: tum et anno eiusdem regis secundo supra vigesimum Sophonias et Hieremias prophetabant: rursusque anno Sedechiae quarto Baruchus et Hieremias: octavo autem captivitatis anno Daniel Babylone et Ezechiel: tum anno octavo ac trigesimo Aggaeus et Zacharias: sexto denique anno supra sexagesimum iidem Aggaeus ac Zacharias, itemque Malachias. Alia historia tradit vaticinatos esse his temporibus Nahumum, Ambachumum, Malachiam atque Danielem.

17. Iamvero quo pacto videntes et prophetae apud captivos erant, eodem etiam post LXX annos apud dimissos *Iudaeos*, praeside Zorobabele qui templum urbemque restituit: tum et pontifices extiterunt usque ad unctum ducem, in quo patriarchae Iacobi vaticinatio exitum sortita est dicentis (1): « Haud defecturum e Iuda principem, » vel de eiusdem femore ducem, quoad ille adventaret ad quem pertinet imperium ». Iam duce Zorobabele pontifex erat Iesus Iosedechi filius: *exin* Iachimus, idem qui Ioachimus, Iesu filius; nec non Elarus (2), idem qui Esiasibus, filius Iachimi. Erat insuper Esdras sacerdos, scriba legum sacrarum, nobilisque doctor eorum qui Babylone in Iudaeam ascenderant (3). Ioadas Asibi filius, sub quo Nehemias Artaxis pincerna, genere hebraeus, Babylone venit Hierosolyma murosque excitavit. Iohannes Ioadae filius. Iohannis filius Iaddus, cuius aetate macedo Alexander Hierosolyma ingressus Deum adoravit. Onias Iaddi filius. Simeon cognomento Iustus. Simeonis frater Eleazarus, sub quo septuaginta viri divinos libros Ptolemaei regis iussu ad graecae linguae consuetudinem transtulerunt. Manasses Eleazari patruus. Onias Simeonis Iusti filius. Oniae filius Simeon, sub quo erat Iesus Sirachi. Simeonis filius Onias.

18. Tres deinde ac triginta post annos Antiochus Epiphanes Iudaeam ingressus pontificatum iudaicum a Iesu cognomento Iasone ad eiusdem fratrem Oniam transtulit; rursus huic ereptum, Oniae cognomento Menelao dedit. Mox elapso quinquennio occupatis Hierosolymis templum diripuit, signum Iovis olympici ibidem

(1) Gen. XLIX. 10.
(2) Ita codices Samuelis.
(3) Confer Eusebium ad an. 1558.

collocavit; in Garizino [1] autem Iovis hospitalis [2]. Ea tempestate Matathias quidam sacerdos Asamonaei filius, ex oppido Modimo, bello adversus copias Antiochi cum filiis suis decertabat. Et Iudas sane filius fugam *Syrorum* fecit, templumque lustravit, ac patria sacra restituit, quae triennio obsoleverant. Deinde Menelai Iudaeorum pontificis sacerdotium excipit Alcimus, idem qui Iachimus, alienus licet generi sacerdotali. Quamobrem Onias sacerdote progenitus in Aegyptum proficiscitur, ibique urbem condit Amopolim [3], in eaque templum ad instar hierosolymitani erigendum curat. Alcimus autem cum Iuda confligens brevi a Deo percussus interiit [4]. Igitur communi suffragio sacerdotium ad Iudam collatum est.

19. I. Iudas, qui et Macchabaeus, annis III intra olympiadem centesimam quinquagesimam quintam.

II. Ionathas, qui et Aphuthus, annis XIX.

III. Simon, qui et Tarscis, annis VIII.

IV. Hyrcanus, qui et Iohannes, annis XXVI.

V. Aristabulus anno I. Ad sacerdotium Aristabulus diadema regium adiecit.

VI. Iannaeus, qui et Alexander, annis XXVII [5].

VII. Alexandra uxor Alexandri annis IX. Haec Alexandra Salina vocata est.

VIII. Hyrcanus annis XXXIV [6].

20. Quum Aristabulus et Hyrcanus Alexandri filii inter se concertarent, Pompeius romanus superveniens Aristabulum vinctum secum abduxit, Hyrcano autem pontificatum confirmavit, qui quidem annis quatuor trigintaque post a Parthis captus est. Sic Iudaeorum regnum unctique praesides desiverunt, uti Daniel praedixerat: unctorum autem praesidum nomine pontifices intelliguntur, qui post reditum a captivitate populo praefuerunt: quique orsi a sexagesima quinta olympiade sub Dario, olympiade demum centesima octogesima sexta finem fecerunt: quod temporis intervallum Daniel propheta septuaginta hebdomadum titulo adumbraverat. Equidem post Hyrcanum nemo fuit e genere sacerdotali, sed ignotae stirpis menstrui quidam vel annui praesides. Tum denique Herodes alienigena regnum obtinuit, cuius trigesimo secundo anno DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS natus est.

CAPVT VI.

Chami prosapia [7].

1. HACTENVS nos pro suscepto proposito posteros Semi ad adventum usque CHRISTI divinis libris innixi digessimus. Nunc ad Chamum quae pertinent scribenda sunt; haud sane, ut Semi, liberorum successio, sed annorum numerus, regum nomina, tum quaenam gentes potentia auctae alterutras devicerunt, usque ad humanam SERVATORIS naturam. Ex eo igitur loco, in quo sermo noster substitit, cum Chami

(1) Codd. *Samrin.*

(2) II. *Macchab.* VI. 2.

(3) Eusebius p. 357. n. 1. *Omapolim*, quo loco nos scripsimus (recte an secus?) in textu *Oneam.*

(4) I. *Macchab.* IX. 55 - 56.

(5) Al. cod. *XXXVII.*

(6) Al. cod. *XXXVI.*

(7) Hunc titulum habent codices.

procreationes, prout eas sacrae litterae tradebant, descripsimus; exinde inquam ordiatur narratio e certae fidei libris hausta, nempe secundum narrationes chronicorum Eusebii canonum historicique Armeniorum Mosis chorenensis; quorum quidem postremus sic ait[1]: « De Belo, cuius aetate maximus noster progenitor vixit Haicus, multi » multa variaque tradiderunt; ego autem quem Saturnum nuncupant atque Belum, » Nebrothum fuisse aio: qua super re Aegyptii cum Mose conspirant, percensentes » Vulcanum, Solem ac Saturnum, qui sunt Chamus, Cusus ac Nebrothus, omisso » Mestraimo: primum enim apud se hominem aiunt fuisse Vulcanum ».

2. Ergo ex hoc ipso Belo noster hicce tractatus inchoandus est.

I. Belus universis Asiae provinciis, praeter Indos, dominatur annis LXII[2].

II. Ninus item post Belum annis LII. Nini huius quadragesimo quarto anno Abrahamus a Thara genitus est.

III. Samiramis Nini coniux annis XLII.

IV. Zames, qui et Ninuas, annis XXXII.

V. Arius annis XXX.

VI. Aralius annis XL.

VII. Xerxes, qui et Baleus, annis XXX.

VIII. Armamithris annis XXXVIII.

IX. Belochus annis XXXV.

X. Baleus annis XV[3].

XI. Altadas annis XXXII.

XII. Mamelus annis XXX. Anno huius quarto decimo Iosephus obiit.

XIII. Mamylus alter annis XXX.

XIV. Sparaethus annis XL.

XV. Manchaleus annis XXX.

XVI. Sphaerus annis XX. Huius anno tertio Cecrops Athenis primus regnavit.

XVII. Ascades[4] annis XL. Huius octavo anno Moses iam octogenarius populum ex Aegypto subduxit.

XVIII. Amyntas annis XLV.

XIX. Belechus[5] annis XXV.

XX. Balepares annis XXX.

XXI. Lamprides annis XXXII.

XXII. Pannyas annis XLV.

XXIII. Sosarmus annis XIX.

XXIV. Zosares annis XX.

XXV. Lamprides annis XXX.

XXVI. Mithraeus annis XXVII.

XXVII. Tautanes annis XXXI. Anno Tautanis vigesimo quinto urbs Ilium capta est.

XXVIII. Teutaeus annis XL.

XXIX. Otheneus annis XXX.

XXX. Dercyllus annis XL.

XXXI. Eupalles annis XXXVIII. Tertius ac trigesimus huius annus incidit in quartum Solomonis annum atque in templi opificium.

XXXII. Lavosthenes annis XLV. Gens iudaica bifariam dividitur.

XXXIII. Pertiages[6] annis XXX.

XXXIV. Ophrates annis XX.

XXXV. Ophratanes annis L.

XXXVI. Acrapales annis XLII.

XXXVII. Thonnus Concolerus, graece dictus Sardanapallus, annis XX.

3. Sardanapallus hic trigesimus septimus a Belo fuit, regumque Assyriorum postremus. Idem voluptariae mollitiae luxuriaeque studio cunctos qui sibi praecesserant superavit. Quamobrem Varbaces quidam, patria medus, homo viribus egregioque animo praeditus, quum Medorum dux esset, unusque ex iis qui ad urbem Ninum quotannis veniebant ducatus causa exercendi; is, inquam, cognito regis pravo ingenio, amicos sibi liberalitate devinxit, Belesim in primis summum ducem

(1) *Hist.* I. 6.

(2) Divus Augustinus a nobis laudatus ad Euseb. p. 37. n. 1. scribit *LXV*.

(3) Al. cod. *LII*.

(4) Ita etiam Eusebius p. 241. Idem tamen alibi *Ascatades*.

(5) Euseb. *Belochus*.

(6) Euseb. *Peritiades*.

Babyloniorum, quicum inita societate Sardanapallum debellavit, qui secedens in regiam incendio semet cremavit. Tum Belesim Babyloni regem imposuit Varbaces, itidemque Paroerum nostrum propter sibi navatam operam diademate ornavit (1); ipse autem Assyriorum ad Medos transtulit imperium. Exin interregnum erat usque ad Medorum regem Deiocem. Intermedio tempore Chaldaei rerum potiti sunt; quorum tempora et successiones cum suis peculiaribus regibus seorsim scribuntur.

4. Heic ergo Babyloniorum reges ponantur.

I. Phua annis XVI. Huius sexto decimo anno prima olympias acta est.

II. Thaglathphalsarus annis XXVII. Is tertio decimo anno progressus in Iudaeam, potiorem eius incolarum partem captivam abduxit.

III. Salmanasarus Assyriis *imperavit* annis XVI. Is item tertio regni sui anno, octava olympiade, decem tribubus in captivitatem deportatis, Samariae regnum delevit.

IV. Senecherimus Assyriis *imperavit* annis XVIII. Is adversus Hierosolyma expeditionem suscepit, Iudaeaeque urbes obsedit. Ab hoc ad Nabuchodonosorum historici Chaldaeorum annos numerant LXXXVIII (2). Apud eosdem post Senecherimum scribitur

V. Asordanes filius eius annis VIII.

VI. Asodes (3) annis XXI.

VII. Frater eius annis XXI.

VIII. Nabupalsarus annis XI.

IX. Marudachus Baldanes annis X.

X. Nabuchodonosorus deinde annis XLIII, ab olympiade secunda supra quadragesimam. Is anno Eliachimi decimo Iudaeos in suam potestatem redegit, partemque eorumdem maximam famulatui addicendam abduxit. Tum etiam Danielem tresque pueros triennio post: rursus enim venit, ipsumque Ioachimum avexit captivum. Quum iam annum tertium supra vigesimum regnaret *Nabuchodonosorus*, Hierosolyma capta sunt: quintum autem post mensem princeps satellitum Nabuzardanes templo ignem subiecit. Vigesimo denique *iudaicae* captivitatis anno Nabuchodonosorus vita discessit. Cuius in locum substitutus est filius eiusdem

XI. Baltasar, *qui* et Ilmarudachus annis II. Deinde

XII. Astyages (4) anno I. Is eas litteras in pariete exaratas vidit quas Daniel interpretatus est.

XIII. Darius medus annis IV.

XIV. Darius Arsaviri annis III.

Exin sublatum est Babyloniorum imperium.

5. Nunc age Medorum reges exponamus. Extincto Sardanapallo primus regnavit

I. Varbaces annis XXVIII.

II. Sosarmus annis XXX.

III. Mamicar annis XL.

IV. Cardiceus annis XIII.

V. Deioces an. LIV. Hic Ecbatana condidit.

VI. Phraortes annis XXIV.

VII. Cyaxares annis XXXII.

VIII. Asdahages annis XXXVIII.

---

(1) Vide Mosem chor. *Hist.* I. 21. et Samuelem cap. VII.

(2) Confer Eusebium I. V. 2.

(3) Al. cod. *Asamoges.*

(4) Ita hoc loco *Astyages*; at inferius *Asdahages.*

Hunc interfecit Tigranes haicanus [1] Cyro persae foedere iunctus. Quamquam Eusebius [2] aliique historici deiectum Asdahagem ab uno Cyro aiunt, a quo Medorum quoque regnum sublatum est. Nihilominus Moses [3] caedem Asdahagis a Tigrane patratam refert. Id autem veri simile evadit ob plura quae acciderunt, propter somni scilicet visum, dolosamque Asdahagis simulationem qua sibi Tigranis sororem matrimonio copulandam curaverat: cui mentis quoque suae consilium arcanum reseravit. Re autem intellecta Tigranes, quod somnians viderat, diurna luce exsequutus est. Id tamen haud absurde Cyro ipsi tribuitur: quum enim eadem aetate ambo vixerint, et quidem Tigranes societate commilitii Cyro devinctus fuerit, eiusdem mandatum exhaurire visus est.

6. Agesis hoc loco Lydorum quoque regnum placet collocare. Anno Sosarmi Medorum regis duodecimo olympias prima peracta est, eodemque anno primus apud Lydos regnavit

I. Ardysus Alyattae annis XXXVI.
II. Alyattes annis XIV.
III. Meles annis XII.
IV. Candaules annis XVII.

Candaulis huius historiam narrat Herodotus [4], nempe quod is nimio erga suam coniugem studio elatus, hanc feminarum omnium pulcherrimam existimaverit, nudatamque vestibus Gygi clam demonstraverit: qua ignominia sapiens uxor ad iracundiam commota Candaulem occidendum curaverit, sibique virum adsciverit Gygem.

V. Gyges annis XXXVI.
VI. Ardys annis XXXVIII.
VII. Sadiartes annis XV.
VIII. Alyattes annis XLIX.

IX. Croesus annis XV. Hic anno Cyri quartodecimo dicitur ab eodem Cyro interfectus. Ita Lydorum regnum finitum est. Armeniorum tamen historicus Moses Croesum captum interfectumque ab Artaxerxe Partho [5] ait, eiusque rei complures testes invocat, ut in eius libro [6] videre est.

7. Ergo hoc pacto, prout narratur, sublatis Babyloniorum, Medorum Lydorumque imperiis regnat

I. Cyrus annis XXX. Is primo regni sui anno iudaicae gentis quinquaginta milia captivorum libertate donavit: qui quidem Hierosolyma reversi altare excitaverunt, templique fundamenta iecerunt: quod tamen finitimarum gentium causa imperfectum manebat usque ad Darium Vestaspis. Tomyris Masagetarum heroina Cyrum interfecit.

II. Cambyses annis IX.

III. Magi duo fratres mensibus VIII.

IV. Darius Vestaspis filius annis XXXVI.

Huius altero anno Zorobabel templum aedificat, quod anno quarto olympiadis quintae supra sexagesimam absolutum est.

V. Xerxes Darii annis XXI.

VI. Artabanus mensibus VII.

---

(1) Ita Armenii primum hunc Tigranem distinguunt a posterioribus stirpis Arsacidarum.

(2) Lib. I. XV. 7.

(3) *Hist.* I. 28.

(4) Hac super re recolatur Mosis chorenensis locus in Eusebio ad annum Abrahami 1301 a nobis relatus. Et quidem Samuel a Mosis progymnasmate potius quam ab Herodoto mutuatus hanc notitiam videtur.

(5) *Partho* scilicet cognomine; erat enim hic Armeniae rex.

(6) *Hist.* II. 13.

VII. Artaxes Longimanus annis XL. Nonnulli Estherem sub hoc exitisse aiunt; quod ego tamen, inquit Eusebius [1], non probo, quandoquidem Esdrae libri per eam aetatem scripti nullam eius rei mentionem faciunt.

VIII. Xerxes mensibus II.

IX. Sogdianus mensibus VII.

X. Darius Nothus annis XIX, ab olympiade octogesima nona.

XI. Artaxes Mnemon annis XL. Sub hoc Esther fuit.

XII. Artaxes, qui et Ochus, annis XXVI.

XIII. Artaxes Ochi annis IV.

XIV. Darius Arsami annis VI.

Hi annos CCXXX occupaverunt [2]. Exin Alexander macedo regnat anno primo olympiadis centesimae undecimae, septimoque regni sui anno Babylonem capit, occisoque Dario Persarum imperium delet.

8. Nunc quoniam in Alexandri mentionem incidi, lubet ab origine cunctos Macedonum reges huic scripto consignare. Neque enim Alexander Macedonum rex primus fuit sed quartus supra vigesimum. Iam primus Macedonum rex fuit

I. Caranus annis XXII.
II. Coenus annis XII.
III. Tyrimmas annis XXXVIII.
IV. Perdicca annis LI.
V. Argelaus annis XXXVIII.
VI. Philippus annis XXXVIII.
VII. Aeraeus [3] annis XXVI.
VIII. Alcetas annis XXIX.
IX. Amyntas annis L.
X. Alexander annis XLIV.
XI. Perdicca annis XXVIII.
XII. Archelaus annis XXIV.
XIII. Orestes annis III.
XIV. Archelaus annis III.
XV. Amyntas anno I.
XVI. Pausanias anno I.
XVII. Amyntas annis VI.
XVIII. Argaeus annis II.
XIX. Amyntas annis XVIII.
XX. Alexander anno I.
XXI. Ptolemaeus annis IV.
XXII. Perdicca annis VI.
XXIII. Philippus annis XXVI.

XXIV. Alexander Philippi annis XII et mensibus VI. Hic orbem terrarum compluribus regibus deiectis obtinuit, annosque XXXII natus Babylone diem supremum obiit. Exinde imperium eius inter plures divisum est. Ipsis quidem Macedonibus imperat Philippus qui et Aridaeus; Alexandriae vero Aegypti Ptolemaeus Lagi: tum annis quinque post imperat Asianis Antigonus: duodecimo denique post Alexandri obitum anno Syris, Babyloni plagisque superioribus dominatur Seleucus Nicanor.

9. Age vero quandoquidem hosce commemoravimus, singulorum quoque nomina scripto complecti non pigeat.

Alexandro e vivis erepto, Macedonibus proprie imperat

XXV. Philippus, qui et Aridaeus, annis VII.
XXVI. Casander annis XIX [4].
XXVII. Filii huius annis IV.
XXVIII. Demetrius annis V [5].
XXIX. Pyrrhus mensibus VII.
XXX. Lysimachus annis V et mensibus VII [6].

(1) Ad annum 1553.

(2) Hunc quoque numerum ab Eusebio desumit Samuel. Quippe Eusebius apud Cedrenum p. 193. A. scribit a Cyro ad Alexandrum annos CCXXX. Conferatur autem eusebiani regum laterculi pagina 258 cum nota 1.

(3) Dic *Aeropus* vel *Aeropas*.

(4) Vetustior codex *Casamander annis XX*.

(5) Al. cod. *XV*.

(6) Conferatur Eusebius I. XXXVIII. 4.

XXXI. Ptolemaeus Ceraunus anno I et mensibus IX.
XXXII. Meleager mensibus II.
XXXIII. Antipater diebus XLV.
XXXIV. Sosthenes annis II.
XXXV. Antigonus Gonatas annis XXXVI.
XXXVI. Demetrius annis X.
XXXVII. Antigonus annis XV.
XXXVIII. Philippus annis XLII.
XXXIX. Perseus annis X.

Interfecto Perseo, Romani Macedonibus libertatem impertiti sunt, eisque sui iuris esse concesserunt annis XIV (1).

XL. Falsus Philippus anno I.

Summa annorum DCXLVII.

10. Interest et cetera regna describere. Anno post Alexandri fata quinto imperat Asianis

I. Antigonus annis XVIII.
II. Demetrius Poliorcetes annis XVII.

Amborum dominatio coniuncta annos occupat XXXV.

Operae pretium est, eos item qui his successerunt scriptis tradere, Syrorum videlicet, Babylonis superiorumque regionum reges. Alexandro iam ante duodecimum annum extincto, regnat

I. Seleucus Nicanor annis XXXVIII.
II. Antiochus Soter annis XIX.
III. Antiochus Deus annis XV. Huius undecimo anno iugo semet Macedonum Parthi eripuerunt, atque ex his regnat Arsaces unde Arsacidae. Praedictis annis XXXVIII, XIX et XV addatur
IV. Seleucus Callinicus annis XX.
V. Seleucus Ceraunus annis III.
VI. Antiochus magnus annis XXXVI.
VII. Seleucus annis XII. In id tempus res secundi (2) libri Macchabeorum incidunt.
VIII. Antiochus Epiphanes annis XI.

Primus hic Iudaeos maximis suppliciis ad idolorum cultum adigebat, quae cognoscere est e Macchabaeorum libris.

IX. Antiochus Eupator annis II.
X. Demetrius Soter annis XII. Huius anno tertio Iudas Macchabaeus supremus dux Iudaeis fiebat.
XI. Alexander annis IX et mensibus X.
XII. Demetrius annis III.
XIII. Antiochus Sidetes annis IX. Arsaces parthus hunc Antiochum interfecit.
XIV. Demetrius denuo annis IV.
XV. Antiochus Grypus annis XII.
XVI. Antiochus Cyzicenus annis XVIII.
XVII. Philippus annis II.

Syrorum hactenus deductum imperium olympiade centesima septuagesima secunda extinctum est.

11. Tempora quoque Ptolemaeorum scribamus. Post Alexandri obitum regnat, uti dictum est, Alexandriae Aegypti

---

(1) Dic *xix* cum Eusebio p. 178 et 179.

(2) Hac super re conferatur Eusebius ad annum 1830 p. 355 cum nota 1. Videtur autem Samuel legisse *primum*, non *secundum*, apud Eusebium.

I. Ptolemaeus Lagi annis XL.

II. Ptolemaeus Philadelphus annis XXXVIII. Hic Hebraeorum libros in graecam linguam converti mandavit.

III. Ptolemaeus Evergetes annis XXVI.

IV. Ptolemaeus Philopator annis XVII.

V. Ptolemaeus Epiphanes annis XXIV.

VI. Ptolemaeus Philometor annis XXXV. Huius anno vigesimo Iudas Macchabaeus Iudaeorum copias ductabat.

VII. Ptolemaeus Evergetes annis XXIX.

VIII. Ptolemaeus Physcon, idemque Soter, annis XVII.

IX. Ptolemaeus Physcon, idemque Alexander, annis X.

X. Ptolemaeus, qui pulsus est, annis VIII.

XI. Ptolemaeus Dionysus annis XXX.

XII. Cleopatra annis XXII.

Huius anno tertio apud Romanos regnat Caius, qui et Iulius, annis V. Deinde Augustus annis LVI, qui decimo quinto *imperii* sui anno, Cleopatra occisa, Aegypto potitur. Ptolemaeorum temporibus anni CCXCVI continentur.

12. Nunc quoniam ad haec splendida regna pertigimus, par est reges illarum gentium a principio perscribere, quos praetermisimus. Quippe Eusebius Ptolemaeis in suo tractatu defunctus, ad res graecas dicendas progreditur, nempe qua ratione Graeci antiquitates suas scribant, tum et nomina singulorum percenset. Nos igitur Aegyptios primum, deinde alios, postremo Romanos, qui omnia complexi sunt, persequemur.

I. Dynastia Aegyptiorum ea dicitur a Manethone qua imperavit Menes Thynites eiusque septem posteri annis CCLVIII (1).

II. Dynastia novem regum annis CCLXXXXVII.

III. Dynastia Memphitarum octo regum annis CLXXXXVIII.

IV. Dynastia Memphitarum quindecim regum annis CCCCLXVIII.

V. Dynastia Elephantinorum regum triginta et unius annis C.

VI. Dynastia. Femina quaedam Nitocris, omnium sui temporis virorum fortissima et mulierum formosissima. Regnatum est annis CCIV.

VII. Dynastia Memphitarum quinque regum annis LXXV.

VIII. Dynastia Memphitarum quinque regum annis C.

IX. Dynastia Heracleopolitanorum quatuor regum annis C.

X. Dynastia rursus indidem novemdecim regum annis CLXXXXVII.

XI. Dynastia Diospolitanorum sexdecim regum annis LIX (2).

XII. Dynastia Diospolitanorum septem regum annis CCXLVIII (3).

Duodecim hae dynastiae pertingunt ad annum CLXXIV post diluvium.

XIII. Dynastia rursus regum sexaginta indidem annis CCCCLIV.

XIV. Dynastia Xoitarum sex supra septuaginta regum annis CLXXXIV.

XV. Dynastia Diospolitanorum regum annis CCL.

XVI. Dynastia Thebanorum quinque regum annis CXC.

Sexdecim hae dynastiae producuntur usque ad primum Abrahami annum.

XVII. Dynastia Pastorum annis CIII.

Iosephum eiusque fratres congruenter Pastores appellabis.

(1) Al. cod. *CCLVII*; verum Eusebius *CCLII*.

(2) Eusebius hunc numerum separat.

(3) Eusebius *CCXLV*.

XVIII. Dynastia Diospolitanorum quatuordecim regum annis CCCXLVIII. Horum undecimus est Chencheres (1) rex, cuius decimo anno Moses populum abduxit. Ille autem ibidem permansit (2).

XIX. Dynastia Diospolitanorum quinque regum annis CLXXXXIV.

Hoc anno (3), qui est post Abrahamum natum DCCCXXXV, Ilium captum est.

XX. Dynastia Diospolitanorum duodecim regum annis CLXXVIII.

XXI. Dynastia Tanitarum quinque regum annis CXXX.

XXII. Dynastia Bubastitarum trium regum annis XXIX.

XXIII. Dynastia Tanitarum trium regum annis XLIV.

XXIV. Dynastia Bocchoris saitae annis XLIII. Sub hoc agnus locutus est. Idem *Bocchoris* vivus a Sabaco combustus est, qui et in regnum successit.

XXV. Dynastia Aethiopum trium regum annis XLIV.

XXVI. Dynastia Saitarum novem regum annis CLXVII.

XXVII. Dynastia Persarum octo regum annis CXX et mensibus quatuor.

XXVIII. Dynastia Amritae Saitae annis VI.

XXIX. Dynastia Mendesiorum quatuor regum annis XXXI.

XXX. Dynastia Sebennytarum trium regum annis XX.

XXXI. Dynastia Persarum trium regum annis XVI, quorum postremus Darius, is quem Alexander interfecit. A primo sextae decimae dynastiae anno ad septimum annum Alexandri, qui Darium occidit, Aegyptum occupavit Alexandriamque condidit, anni elapsi sunt MDCLXXXVII.

13. Age iam de regibus Sicyoniorum scribere aggredior, quorum primus anno Beli quinto decimo rex fuit

I. Aegialeus annis LII.
II. Europs annis XLV.
Anno Europis vigesimo secundo nascitur Abrahamus.
III. Melchin (4) annis XX.
IV. Apis annis XXV.
V. Thelxion annis LII.
VI. Aegydrus annis XXXIV.
VII. Thurimachus annis XLV.
Anno Thurimachi sexto imperat primus Argivis Inachus.
VIII. Leucippus annis LIII.
IX. Messapus annis XLVII.
X. Erastus annis XLVI.
XI. Plemnaeus annis XLIX.
XII. Orthopolis annis LXIII.
XIII. Marathius annis X.
XIV. Marathus annis XX.
XV. Chereus (5) annis LV.
XVI. Corax annis XXX.
XVII. Epopeus annis XXXV.
XVIII. Laomedon annis XL.
XIX. Sicyon annis XLIV.
Ex hoc Sicyone appellati sunt Sicyonii, qui antea Aegialei audiebant.
XX. Polybus annis XL.
XXI. Inachus annis XLII.
XXII. Phaestus annis VIII.
XXIII. Adrastus annis IV.
XXIV. Polyphides (6) annis XXXI.
XXV. Pelasgus annis XX.
XXVI. Zeuxippus annis XXXI.

Hi annos DCCCCLVIII occupaverunt. Deinde haud iam reges sed Carnii sacerdotes annis XXXIII.

(1) Eusebius *Achencheres*.
(2) An in *Aegypto*? An *mari rubro retentus est*?
(3) Nempe ultimo huius dynastiae.
(4) Eusebius *Telchin*.
(5) Cod. *Berseus*.
(6) Cod. *Polyphiles*.

14. Anno Thurimachi sexto initium factum est argivorum regum, quorum primus fuit

I. Inachus annis x, ex quo Inachiae nomen ea provincia sortita est.
II. Phoroneus annis LX.
III. Apis annis XXXV.
IV. Argus annis LXX, ex quo regionis appellatio mutata est dictaque Argia.
V. Criasus annis LIV.
VI. Phorbas annis XXXV.
VII. Triopas annis XLV.
VIII. Crotopus annis XXI.
IX. Sthenelus annis XI.
X. Danaus annis L.
XI. Lynceus annis XLI.
XII. Abas annis XXIII.
Dardanis imperavit Tros, ex quo Troianis nomen inditum est.
XIII. Proetus annis XV.
XIV. Acrisius annis XXXI.

Argivorum reges desiverunt postquam annis DCCXLIV permanserant.

15. Anno servitutis in Aegypto centesimo, Phorbantisque Argivorum regis trigesimo secundo regnat Athenis primus

I. Cecrops diphyes annis L.
II. Cranaus (1) annis IX.
III. Amphictyon annis X.
IV. Erechthionius annis L.
V. Pandion annis XL.
VI. Erechtheus annis L.
VII. Cecrops alter annis XL.
VIII. Pandion annis XXV.
XI. Aegeus annis XLVIII.
X. Theseus annis XXX.
XI. Mines (2) annis XXIII.
Ilium captum est.
XII. Demophon annis XXXIII.
XIII. Oxyntes annis XII.
XIV. Aphidas anno I.
XV. Thymoetes annis VIII.
XVI. Melanthus annis XXXVII.
XVII. Codrus annis XXI.
Principes quod vita maneret
XVIII. Melon (3) annis XX.
XIX. Acastus annis XXXVI.
XX. Archippus annis XIX.
XXI. Thersippus annis XLI.
XXII. Phorbas annis XXXI.
XXIII. Megacles annis XXX.
XXIV. Diognetus annis XXVIII.
XXV. Pheracles annis XIX.
XXVI. Ariphron annis XX.
XXVII. Thespieus annis XXVII.
XXVIII. Agamestor (4) annis XX.
XXIX. Aeschylus annis XXIII.

Primo Aeschyli anno regnat apud Lydos Ardysus; tertio autem huius anno prima olympias acta est. Porro hanc olympiadem instituit Iphitus Praxionidae Haemonis (5). Ex hoc iam tempore Graecorum chronologia firmitatem prae se ferre videtur, quum antea pro suo quisque libito rem definiret.

XXX. Alcmaeon annis II.
XXXI. Charops annis X.
XXXII. Aesimides annis X.
XXXIII. Clidicus annis X.
XXXIV. Hippomenes annis X.
XXXV. Leocrates annis X.
XXXVI. Apsander annis X.
XXXVII. Eryxias annis X.

Athenarum reges post annos DCCCLXXIII finem habuerunt.

16. Postulat instituti nostri ratio, ut hisce Lacedaemoniorum quoque reges adiungamus, quorum primus anno Samuelis et Saulis sexto decimo regnat

(1) Codd. *Cranus*.
(2) Ita codd. pro *Menestheus*.
(3) Eusebius *Medon*.
(4) Codd. *Agemestor*.
(5) Hoc nomen corruptum est apud Samuelem uti apud Eusebium ad annum Abrahami MCCXL.

I. Eurystheus annis XLII.
II. Agis anno I.
III. Echestratus annis XXXV.
IV. Labotas annis XXXVII.
V. Doristhus annis XXIX.
VI. Agesilaus annis XLIV.
VII. Archelaus annis LX.
VIII. Telecles annis XL.
IX. Alcamanes annis XXXVII.
His post annos CCCXXV (1) finis est impositus.

17. Anno istorum altero, qui erat decimus septimus Samuelis et Saulis regnat apud Corinthios

I. Alethes annis XXXV.
II. Ixion annis XXXVII.
III. Agelaus annis XXXVII.
IV. Primnis annis XXXV.
V. Bacchis annis XXXV.
VI. Agelas annis XXX.
VII. Eudemeus annis XXV.
VIII. Aristomedes annis XXXV.
IX. Agemon annis XVI.
X. Alexander annis XXV.
XI. Telestes annis XII.
XII. Automenes annis II.

Hi regnaverunt annis CCCXXIV; eodemque anno, quo Lacedaemonii, desiverunt prima olympiade.

18. Populorum omnium regumque ethnicorum extremam placuit nobis Romanorum chronologiam conficere. Nemo quippe ceterorum voti nostri compos factus est, CHRISTI videlicet lucis caelo manantis, solis inquam iustitiae. Verum hi, ad quos scribendos nunc aggredior, quamquam noctu viae se commiserunt, atque initio, uti ceteri, in tenebris versati sunt; nihilominus ex his plures digni habiti sunt qui splendore lucis collustrarentur, prout suo loco cognosces (2).

Iamvero tertio post Ilium captum anno, biennio ante Sampsonem, Teutami autem vigesimo nono anno apud Latinos regnat

I. Aeneas annis III.
II. Ascanius annis XXXVIII.
III. Silvius Aeneae annis XXIX.
IV. Latinus Silvius annis XXXI.
A Latino gens Latini appellati per annos CCCCLX.
V. Aeneas Silvius annis L.
VI. Alba Silvius annis XXXIX.
VII. Epitus Silvius annis XXVI.
VIII. Capys Silvius annis XXVIII.
IX. Anchises (3) Silvius annis XIII.
X. Tiberius Silvius annis VIII.
XI. Agrippa Silvius annis XLI.
XII. Aremulus Silvius annis XIX.
XIII. Aventius Silvius annir XXXVII.
XIV. Procas Silvius annis XXI.
XV. Amulius Silvius annis XLIII. In huius annum decimum nonum prima olympias incurrit.

I. Romulus annis XXXVIII. Hic anno suo decimo nono, qui fuit olympiadis undecimae quartus, templa et moenia Romae fundavit. Hinc anni urbis conditae putari incipiunt (4), qui anno primo Philippi mille numerantur. Hinc etiam Latini Romanorum nomen habuerunt. Congeruntur autem ex Aenea ad Romulum anni CCCCXXVI.

II. Numa Pompilius annis XLI. Hic menses duos anno addidit Ianum et Februum (5), nempe Ianuarium atque Februarium, quum decem antea dicerentur.

---

(1) Al. cod. CCCXXVII.

(2) Mirari licet atque osculari religiosum armenii hominis sensum, qui prae ceteris priscis populis Romanos suspicit, quia hi Christi luce digni habiti sunt, dum rerum adhuc potirentur.

(3) Eusebius *Carpentus*.

(4) Alter in codice eusebiano.

(5) In codd. *Iunum et Phegum*.

III. Tullus Hostilius (1) annis XXXII.
IV. Ancus Marcius annis XXIII.
V. Tarquinius Priscus annis XXXVII (2).
Heic isti finem faciunt.

Post reges praefuerunt Romae consules a Bruto exorsi; deinde tribuni, mox dictatores (nempe eloquentes); rursus consules, qui a Tarquinio ad Caium Iulium extiterunt annis CCCCLX.

Post hos anno altero centesimae octogesimae quartae olympiadis summam potestatem apud Romanos exercuit Caius Iulius annis quinque, mensibus septem minus. Exin Caesarum appellatio obtinuit. Iam huc usque anni duo Cleopatrae numerantur; reliquos viginti eadem sub Romanis exigebat.

Augustus annis LVI mensibus VI. Ab huius primo anno Antiocheni suos annos numerant. Huius item anno decimo Iudaeorum praesules amoti sunt, regnavitque Herodes alienigena. Ecce autem Augusti altero et quadragesimo, Herodis altero et trigesimo anno, carens tempore FILIVS DEI sancta ex Virgine nascitur in tempore (3).

CAPVT VII.

Iabethi prosapia armeniaca.

PRIORES duas genealogias, Semi videlicet atque Chami, breviter recensuimus, easdemque, quantum licuit, per successiones et tempora ad eum annum usque deduximus, quo manifestatus est DOMINVS qui humanam sponte naturam adscivit. Age nunc, quod superior oratio nostra promisit, ad Iabethi quoque progeniem describendam accedamus: cuius successivae procreationes ad Parthos usque defluunt, quo fit ut eum denique, qui fecit utraque unum, DOMINVM inquam NOSTRVM contingamus. Quum igitur praedicti sermonis nostri cursus ad Thorgomum devenerit, sequitur ut ab eo loco narrationem rursus exordiamur.

1. A Thorgomo ait (*Moses chorenensis I.* 9.) procreatum Haicum. Iam hic Haicus ex eorum erat gigantum numero qui arrogantia tumidi impium consilium construendae turris pepererunt quique post eius immanis aedificii ruinam quum iam inter se propter linguarum divisionem non intelligerent, superbia elati mutuum dominatum adfectabant. Is *inquam Haicus* Belo obsistere ausus est, cuius studium eo spectabat ut, cunctis sibi subiectis, generalem tyrannidem exerceret. Ne Belo igitur obtemperaret Haicus, cum filio, quem Babylone susceperat, Armenaco petit Araratiam, trecentis viris, aliisque advenis, qui se illi adiunxerat, corroboratus. Ibi vero ad montis radices domicilium excitat, idque mox Armenaci filio Cadmo attribuens, longius ipse progressus est ad regionem quamdam inter solis occasum et septemtrionem sitam, quam et Harchiam nuncupavit. Interim Belus in reliquos omnes dominatum adeptus, Haicum quoque Babylonem accersit: quumque Haicus mandata non faceret, egreditur adversus eum Belus immani adrogantia elatus. Sed enim telo ictus ab Haico vita spoliatur: qui quidem haud paucis post annis vitâ productâ, ditionis heredem moriens reliquit Armenacum.

---

(1) Codd. Samuelis *Idilius*. At Eusebius *Otilius*.

(2) Duo reges desiderantur *Servius Tullus*, et *Tarquinius Superbus*.

(3) Samuel, ut cuique legenti constat, priorem Eusebii librum huc usque in compendium redegit. Porro quum idem Romanorum imperatores ultra primum vel alterum Caesarem non describat, haud scimus an hinc merito coniectandum sit, Samuelem mutilo Eusebii codice usum esse qualem nos ipsi superius edidimus, usque ad p. 218.

2. Armenacus [1] Haici filius post obitum patris, fratres duos Chorum et Manavazum in Harchensi provincia reliquit, itemque Bazum Manavazi [2] filium. Porro a Manavazo Bazoque dictae feruntur satrapiae Manavazia et Beznunia, itemque ea quae Ordunia appellatur: a Choro autem gentes Chorchoruniae. Ipse vero Armenacus ultra transgressus, in planitie consedit iugis circumdata, quorum elatiori nomen fecit Aragazo: tum Armaeiso post aliquot vitae annos genito, diu exin superstes demum naturae satis fecit.

3. Armaeisus [3] Armenaci filius stationem sibi in colle ad amnis ripam aedificat. Atque stationem quidem suo de nomine Armaviram appellat, amnem autem ex Erasto nepote suo Eraschem vocitat [4]. Mox Saraeum filium, prole divitem atque voracem [5], boream versus in campestrem locum emittit satis uberem et fructuosum. Huius de nomine regio illa Siracia nuncupata est. Iam Aramaeisus Amasiam procreavit, diuque adhuc vita usus supremum diem obiit.

4. Amasias Armaeisi filius, vitam agitans Armavirae, Gelamium genuit et Pharochum atque Zolacium. Idem oppida duo in radicibus montis fundavit, totidemque filiis suis incolenda concessit, Pharocho scilicet forti et Zolacio formoso, quae quidem horum nomina retinent Parachotum et Zolacertam. Montem denique de suo nomine dixit Masisium [6]. Is quum annis praeterea non paucis vitam sustentasset, Armavirae decessit.

5. Gelamius Amasiae filius Harmam procreavit. Idem oppidum in ora lacus condidit, montemque proximum Gelum dixit, urbem Gelacuniam, lacum denique mare Gelacunium [7]. Gelamio filius alter fuit Sisacus, cui fines ditionis constituit ab eo lacu orientem versus, quà fluit amnis Erasches ingenti agmine et strepitu in eos campos delapsus qui dicuntur Chalavazi. Ei regioni nomen est Siunia: sed commodius Persae dicunt Sisicaniam. Urbem etiam condidit Gelamiam de suo nomine dictam, quae postea de Garnico nepote eius Gar[illegible]adiit. Hinc ortus est consecutis temporibus sub Artaxerxe Varazus ille venationum praefectus Varaznuniae familiae fons. Harmae filio Gelamius in mandatis dedit, ut Armavirae habitaret, multisque post annis extinctus est. Harma Gelamio genitus, suscepto filio Aramo post annos aliquot obiit.

6. Aramus Harmae filius per saevi martis certamina re saepe praeclare gesta ditionem suam quaqua versus protulit. Ab huius nomine consensu gentium omnium regio nostra appellata est: nam Graeci quidem Armenios, Syri vero et Persae Armenich nos dicunt. Ille Nycharum Madem bello captum de turris muro suspendit. Eumdem Ninus secundum a se dixit eique diadema margaritis insigne gestare concessit, tametsi specie tenus. Idem Barsamum vita spoliavit: tum et titanum Paeapum Chalidem e mediterraneis submovit, atque in insulam quamdam asiani maris adegit. Idem in ea *mediterranea* regione Mesacum stirpe sua ortum collocavit, qui Mazacam condidit, Caesaream postea vocatam. Mandavit praeterea terrae eius incolis, ut haicanam linguam addiscerent: quam ob rem ea plaga dicitur *a Graecis πρώτη Ἀρμενία*, scilicet Armenia prima. Hinc ad fines usque proprios intermedia loca

---

(1) Codices aliique scriptores etiam *Aramenacus*.

(2) Manavazus Haici filius, Armenaci frater.

(3) Aliter etiam *Aramaisus*.

(4) Nempe *Araxem*.

(5) Conferatur hac super re adagium apud Chorenensem *Hist.* I. 11.

(6) Hunc immanis altitudinis montem divina Biblia aliaeque gentes dicunt *Ararat*.

(7) Hoc mare (seu lacum) posteri dixerunt etiam *Sevanium* ab insula Sevania, ubi arx captu perdifficilis.

d

incolis frequentavit, quae secundae tertiae immo et quartae Armeniae appellationes nacta sunt. Haec ad verbum Moses (1). Verum alii historici docent, a Caesarea Cappadociae ad ponticam plagam, dici primam Armeniam; a Ponto ad Melitenem, secundam Armeniam; hinc ad Zophiae fines, tertiam Armeniam; exinde ad urbem martyrum appellatam (2) in Alzniae provinciae occasu, quartam Armeniam; suam denique magnitudine insigni provinciam, Armeniae maioris nomine distinctam voluit (3). Sed enim hasce divisiones Mauricius (4) perturbavit, quod ubi res feret narrabo. Aramus, Araeo genito, longaevam vitam denique clausit.

7. Araeus pulcher Arami filius eumdem honorem, quo pater affectus fuerat, a Nino retulit. Nino autem extincto, proterva illa Samiramis Araeum cupiditati suae minime obsequentem bello persecuta est, ut in suam potestatem redigeret, qui interim in conflictu bellico periit. Exinde impudens eadem Samiramis munitum illud oppidum condidit, cui ad hanc usque diem manet appellatio Van (5): in Cardosium autem, Araei filium captum, Araei nomen transtulit. Illa mox a Zoroastre mago, Mediae principe, bello appetita est; ab eo scilicet Zoroastre, cui quotannis in Armeniam ventitans Assyriam regendam permittebat. Id bellum Araeo quoque Araei filio fatale fuit: quin et impura Samiramis dum fugam in Armeniam molitur Zamaei filii sui manu, qui est Ninuas, interfecta est.

8. Araei Araeo geniti filius Anusavanus fuit. Hic Anusavanus, qui Sausii nomen sibi vindicavit, fortitudinem et prudentiam re dictisque mirabiliter prae se tulit: apud Zamaeum autem miro ludibrio habitus, nihilominus amicorum praesidiis partem aliquantam regionis nostrae impetravit: mox et universam. Post hunc haud pro generis iure, sed prout quisque tyrannus potentiae viribus praepollebat, regioni nostrae universae dominati sunt, quorum nomina haec: Paretus, Arbocus, Zavanus, Pharnaces, Surius. Huius aetate Iesus Navi vir caelebs sanctus et fortis quum Chananaeos debellasset, ex his aliquot Agram profugerunt, navibusque conscensis Tharsim tenuere, quae res constat ex titulo columnis in Atrica inscripto hisce verbis: « Iosuam latronem fugientes nos principes Chananaeorum sedes huc trans» tulimus (6). Ex iis unus Chnidas multo honestissimus inter nostrates Armeniam tenuit ». Profecto re sedulo considerata gentem Genthuniam ab eo propagatam cognovimus: et quidem origo chananaea moribus gentis ipsius coarguitur.

9. Post Surium Havanacius, Vastacus, Haicacius. In aetatem Belochi (7) Haicacius traditur incidisse, fatoque perfunctus in quodam tumultu temere ab se concitato. *Secuti sunt* Ambacus, Arnacus, Savarsus, Noraerus, Varamus, Garus, Goracus, Rhantus, Enzacus, Gelacus, Hauraeus, Zarmaerus. Hic postremus dum Priamo auxiliatur a Tautano (8) missus cum Aethiopum exercitu a fortibus Graecis interemptus est. Deinde Perzius, Davidi Israëlis regi contemporalis. Tum Arbunius, Bazucus, Hoius, Iusacus, Caepacius, Schacordius, Paraerus. Hic Paraerus Schacordii filius, Haici

(1) *Hist.* I. 11-13.

(2) Haec. urbs antiquo nomine *Nepherocerta*, hodierno *Mupharghin*, sub iuniore Theodosio dici vulgo coepit *urbs martyrum*.

(3) Aramus.

(4) Nihil hac super re posteriore in parte Summarii scribit Samuel ad imperantis Mauricii tempora.

(5) Nunc etiam ista in urbe magnus Turcarum satrapa degit.

(6) Rem, praeter Chorenensem *Hist.* I. 18, narrat Procopius *Bell. vand.* lib. II. 10, illustratque Bochartus *Geogr. sacr.* I. 24.

(7) Regis Assyriorum.

(8) Confer Eusebium I. xv. 4-5.

stirpe ortus, vires cum Varbace medo ad Sardanapallum regno spoliandum contulit: quamobrem diademate a Varbace donatus, primus ex Haicanis coronatus est.

10. Rhaciaeus Paraeri filius, nomen Rhaciaei adeptus est ab oculorum flagrantia vultusque splendore [1]. Huius aetate quum Nabuchodonosorus Hierosolymorum cives in captivitatem abduxisset, ipse quidem optimatem quemdam e captivis Iudaeis nomine Schambatum a Nabuchodonosoro impetravit, quem perhonorifice apud se habuit: atque ex eo gens Bagratunia manavit. Quare et Sembati nomen est a Schambato. Post Rhaciaeum diadema Pharnavas adeptus est: tum Pazaezus, Cornacus, Phavus, Haicacus, Ervandus, Tigranes.

11. Hic Tigranes omnium qui sibi praecesserant potentissimus fuit: cuius praestantis dignitatis laudes ex historia magni Mosis cognoscere licet. Is nonus erat a Paraero primo rege, ad quem Senecherimi filii Adramelechus et Sanasarus quum parentem interfecissent [2] profugerunt. Paraerus autem Sanasarum in partibus Assyriam spectantibus collocavit, cuius sobolis incrementa Simum montem repleverunt, ex iisque nonnulli prudentia et fidelitate conspicui praefecturas consecuti sunt. Iam ab Adramolano orti sunt Arzerunii et Genunii. A Paschamo autem Haicacii [3] nepote originem duxit Angeldunus. Iamvero Tigranes Asdahage, qui explicatur draco [4], interfecto, Anusam illius olim uxorem cum eiusdem omni progenie partim post partim ad imum Masisium montem collocavit, nempe in Tambato usque ad Golthiam: unde Vernonzunii Astaiaeque manarunt.

12. Tigrani liberi nati sunt Babius, Tiranus, Vahagus a quo Vahagenii, Aravanius a quo sunt Araveniani. Ab Aravano Nerses, a Nerse Zarehius a quo gens Zarehavania. A Zarehio Armoges; ab Armoge Bagamus; a Bagamo Vanus, a Vano Vahes. Is cum Alexandro macedone conflictatus interiit. Heic finem dominatio haicanae stirpis nacta est. Hinc autem ad Valarsacem in Armenia regnantem nihil satis certum proferre licet, tumultibus omnia tenentibus populoque in mutuas caedes ruente: quae res facilem partho Arsaci in Armeniam aditum praebuit, qui quidem regem Armeniae Valarsacem fratrem praefecit. Porro a Belo Haici manu interfecto usque ad Valarsacem anni MDCCCCL, vel MDCCCCXLII, congeruntur.

13. Postquam haicanae stirpis imperium ab Alexandro deletum est, postque ipsius Alexandri anno regni duodecimo obitum, imperio eius in quatuor *duces*, ut iam diximus, diviso; ex his unus Seleucus Babylonem post Alexandrum tenuit, ac praeter alias gentes, Parthos quoque ingenti bello perdomuit, qua ex re cognomentum Nicanoris retulit. Is annis XXXI regnavit. *Deinde* Antiochus Soter eius filius annis XIX. Tum Antiochus Deus annis XV. Huius undecimo anno Macedonum obedientiam Parthi abiiciunt, apud quos primus regnat Fortis ille Arsaces, Abrahami genere ortus de gente Ceturae, in urbe cui nomen Bahlae annis XXXI. Deinde eiusdem filius Artaxes annis XLVI; post quem Magnus Arsaces annis LIV.

14. Magnus hic Arsaces Valarsacem fratrem Armeniae nostrae regem imposuit anno Ptolemaei Evergetae vigesimo septimo, olympiadis autem sexagesimae septimae supra centesimam anno quarto, permissis ei regionibus nostris quae septentrionem et occasum spectant. Is autem quum vir fortis simul et prudens esset multa ac perutilia instituta

---

(1) Aliorum quoque nominum liceret etymologias plerasque venari.

(2) Lege Eusebium I. V. 1.

(3) Mendose in editione Mosis chor. *Haici*: nam et codices Mosis et Samuel habent *Haicacii*.

(4) Lege Eusebium I. V. 3. n. 11.

adornavit, praefecturas ac principatus detulit, familiis, gentibus, urbibus, castellis, pagis, militibus ac praetoribus recte constituendis operam impendit, quae res breviter percensendae sunt.

15. Initium enim a capite suo faciens Bagaratum iudaeum coronantem atque equitem creat, hoc nimirum honore concesso ut diadema capiti regis imponat. Praeterea qui sibi chirothecas induant Chananaeos quosdam legit, eamque gentem appellat Genthunios, haud scio an a Chnida. Corporis sui custodem de Chori haicani stirpe Malchazum facit: sed pristinum gentis nomen retinuit Malchazuniorum. Venationum praefectum esse iubet Datum Carnico Gelamii filio genitum: cuius filius Varazus; eiusdemque de nomine gens Varaznunia appellata. Tum et Gabalo annonae suae curam demandat, et Abelo rerum administrationem, traditis etiam oppidis. Illorum nomina gentes Gabelia atque Abelia retinent. *Statuit* et Arzrunios *seu* Arzivunios (1); tum et Chinunios *seu* Ghiniunos (2). Atque hi quidem de genere Senecherimi erant. *Fecit* et Spandunios (3), qui sibi macellum commendatum haberent: item Havenunios (4), qui accipitres gestarent et caperent: rursus Ziunacanos (5), qui nivem aestate adservarent. Exin regiae custodes legit sibi de priscorum regum progenie, qui diserte Ostani (6) nuncupati sunt, quos adhuc Iberes Sephezulios vocitant. Denique secundos post regem *fecit* eos qui erant de genere Asdahagis medi, quibus Murenses nomen est.

16. Age vero orientem versus praefecturas duas constituit Sisacaniam, in eaque Cadmi familiam; inter solis autem ortum et boream Aranum posuit praefectum de stirpe Sisaci. Ea vero regio propter suaves incolarum mores Aluana (7) dicta est. Huius a stirpe manat gens Uteorum: tum Gardmanensium et Zaudensium (8) et Gargarensium principatus. Gusaris tamen Saraei stirpe ortus possidendas accepit Cangariam atque Zavachiam, principatum item Tasirorum atque Asozium. Iam e regione Caucasi validum populum, de genere Mithridatis Darii satrapae collocavit, eamque appellavit Gugarensium praefecturam. Exin in ampla valle Basenensi principatum dedit stirpi Haicacii Orduniensem appellatum. Tum de Paschami genere Torchum quemdam, qui propter aspectus torvitatem Aughelius (9) dicebatur, praefectum occidentalem creavit, provinciaeque nomen Angheltunia est.

17. Porro in Armenia quarta maximam praefecturam Zophiensem fundavit, tum et alias praefecturas Apahuniam, Manavaziam et Beznuniam. Selacho autem viro audaci et fortissimo (qui utrum de stirpe Haici fuerit an antiquiore de gente oriundus non est satis exploratum) paucos homines concessit, eumque iussit montem illum tueri hircosque venando lacessere: eumque populum dixit Selacunios. Id officii Mandaco quoque mandavit, a quo derivantur Mandacunii. Quumque e Vahagenii posteris sacerdotes fecisset, gentem eam Vahuniorum nomine distinxit. Sic et Arravenios atque Arehavenios. Tum et Sarasanum in Sanasari familia natum, magnum eius regionis praesidem fecit quae inter occasum meridiemque iacet, eique provinciam Arznensem et Taurum, nempe Simum, montem, omnemque Coelesyriam permisit. Eadem in provincia quum Mocensem quemdam nactus esset, praefecturam *aliam* instituit,

(1) Nempe *aquilam gestantes*.
(2) Nempe *vini curam gerentes*.
(3) Nempe *caedi praepositos*.
(4) Nempe *aucupes*.
(5) Nempe *nivarios*.
(6) Persica hac voce significantur *regii*.
(7) Vocabulum ALV fatentur se ignorare Wistoni Mosis chor. interpretes, quum satis tamen usitatum sit. Videtur autem nobis derivari ab AL quod *salem* sonat.
(8) Heic codices videbantur mendosi. Nos tamen hanc interim interpretationem extundimus.
(9) Nempe *deformis*.

iisdemque in locis Cordyaeos, Anzevenses atque Aceenses collocavit. Verumtamen quod adtinet ad Rhestunios et Golthnenses, quae sunt Sisacenorum coloniae, utrum eae provinciae a virorum nominibus vocitatae sint, an e provinciarum appellationibus ipsae praefecturae nomina sortitae sint, ignoro.

18. Profecto huius regis cunctas optime instructas constitutiones haud vacat perscribere, neque item aliorum qui vel praecesserunt vel consecuti sunt, quorum res gestae abunde litteris commendatae fuerunt. In praesenti autem praefecturarum tantummodo descriptionem persecuti sumus, quas siquis cognoscere cuperet, eas in promptu cum multis aliis haberet regiis sanctionibus. Ad extremum Valarsaces quum annis duobus ac viginti regnasset, Nisibi (1) vita excessit.

19. Secutus est Arsaces filius annis XIII.

Artaxes Arsacis filius annis XXV. Hic viribus cunctos praecellens, haud passus est secundum se esse a rege Persarum; quin adeo Persarum regem secundo dignitatis gradu locavit, cumque exercitu innumero in occidentem progressus complures gentes devicit, donec a suis interemptus est.

Tigranes filius eius annis XXXIII, qui haud patriae fortitudinis degener rebus gestis inclaruit; quamquam rursus in secundo dignitatis loco post Persas consedit. Eius aetate cognoscebatur Vaico quidam latro, a quo mons Vaicuniorum nomen traxit.

Artavazdes Tigranis filius annis II.

Arciamus, idemque Arsamus, Tigranis frater annis XX, sub quo pars Armeniorum vectigalia Romanis pendere coepit.

Abgarus Arsami filius annis XXXVIII. Huius regnantis anno secundo Armenii omnes Romanorum stipendiarii facti sunt. Quippe, ut ait Evangelista, manavit edictum a Caesare Augusto, ut orbis universus describeretur: cuius rei causa in Armeniam quoque ventum est. Eo scilicet anno DOMINVS NOSTER DEVSQVE IESVS CHRISTVS e Virgine natus est. Porro hic erat a Valarsace annus decimus septimus supra centesimum; Augusti imperantis secundus et quadragesimus; Herodis alienigenae Hierosolymorum *regis* secundus supra trigesimum; Arsacidarum denique, qui et Pahlavii vocantur, sive Persarum regis Arsaviri erat vigesimus primus, cuius quidem vigesimo regnare coeperat apud Armenios Abgarus.

20. Iam a primo Arsace hi reges habentur Persarum.

I. Arsaces Fortis annis XXXI.
II. Artaxes annis XLVI.
III. Arsaces Magnus Valarsacis frater an. LIV.
IV. Arsacanus annis XXXI.
V. Arsanacus annis XXX.
VI. Arses annis XX.
VII. Arsavirus annis XLVI.

In huius vigesimum *primum* annum natalia CHRISTI inciderunt, qui fuit olympiadis nonagesimae quartae supra centesimam annus quartus.

21. Igitur prout ante promisimus orationis nostrae metam attigimus, qui videlicet ad VERBI DEI cum carne copulati manifestationem devenimus, capto initio a primo condito homine, quae est annorum MMMMMCLXXXXVIII congeries, secundum interpretes septuaginta, quam summam singillatim ita perscribemus. Ab Adamo ad diluvium conficiuntur anni MMCCXLII. A diluvio ad turrim anni DXXV. Hinc ad Abrahamum anni CCCCXVII. A diluvio ad Abrahami natalia anni DCCCCXLII.

(1) Nisibin (quam Armenii *Mezbin* dicunt) condidit Valarsaces, ut regni sedes esset, qui nimirum honor in ea urbe mansit annis circiter CXX. Consecutis deinde temporibus Nisibus bello vastata est, ita ut Abgarus regiam suam transtulerit Edessam. Verum huius successor Sanatruces Nisibin instauratam regni rursus metropolim fecit.

Ab Abrahamo ad Mosem egressumque ex Aegypto anni DV. Ab egressu usque ad Solomonem primumque templi aedificium anni CCCCLXXX. A primo *templi* aedificio ad secundum anni DXI. Exin ad CHRISTI natalia anni DXVIII: quorum summa in annos MMMMMCLXXXXVIII consurgit. Rursus a CHRISTI natalibus ad divum Gregorium anni sunt CCCXII (1); hinc autem ad aeram Armeniorum anni CCXLI.

22. Atque ego quidem, o sanctitate praedite domine mi Gregori, vehementi vestra flagitatione compulsus exiguum ingenium meum rudemque manum huic construendo operi admovi; conatusque sum brevi huius corporeae vitae intervallo pulcherrimam divi Eusebii chronographiam evolvere, quam, ut ita dicam, exscripsi. Revera ut exorientis solis radii tenebrosis locis lucem adspergunt, sic omnino divinus hicce thesaurus obscuras hominum mentes ad transitorium hoc tempus cognoscendum exsuscitat. Iam qui praesentis vitae doctrinis apprime se imbuit, is supernae quoque sapientiae cognitionem adipiscitur, quae ineffabilis hercle atque immensa est, atque, ut beatus ille et solers ac benemerentissimus Evagrius (2) docet, ad Dei cultum deducit.

Nunc age a primo anno natalium CHRISTI ordiar, quam praecipuam aeram constituam, curiosâque admodum operâ Romanorum, Hebraeorum, Persarum, gentisque nostrae reges adscribam.

---

(1) Atqui in parte Summarii altera primus annus divi Gregorii incidit in Christi annum CCCVII. Nihilominus quum aera Armeniorum incipiat ab anno DLIII, heic autem a divo Gregorio ad eam aeram numerentur anni CCXLI, rursus patere videtur divum Gregorium exordiri ab anno Christi CCCXII. De mendo igitur amanuensium suspicari licet.

(2) Evagrii abbatis monita e graeca in armeniacam linguam conversa extant in codice haicano parisiaco CVI teste Villefroyo apud Montfauconium *Biblioth. nov. mss.* p. 1023. Eiusdem Evagrii homiliae servantur in codicibus armeniacis collegii veneti S. Lazari.

SAMVELIS ANIENSIS

SVMMARII TEMPORVM

PARS ALTERA.

	OLYMPIADES	CHRISTI annus primus	ROMANORVM Augustus	IVDAEORVM Herodes	PERSARVM Arsavirus	ARMENIORVM Abgarus	
IESVS CHRISTVS nascitur Bethlehemi.	195	1	42	32	21	2	Quirinus Roma profectus in Iudaeam descriptionem orbis facit.
		2	43	33	22	3	
Secundus (1) pythagoricus philosophus cognoscebatur.		3	44	34	23	4	Abgarus Pheroram Herodis fratrem (2) occidit.
Herodes DOMINI NOSTRI nativitate cognita pueros occidit.		4	45	35	24	5	Iudas galilaeus seditionem Iudaeorum concitat.
		5	46	36	25	6	
	196	6	47	37	26	7	Herodes magnis doloribus cruciatus perit.
				ARCHELAVS annis IX.			
Augustus tetrarchas facit Herodem, Antipatrum, Lysimachum (3) et Philippum fratres Archelai.		7	48	1	27	8	
		8	49	2	28	9	
		9	50	3	29	10	
	197	10	51	4	30	11	Athenodorus tarsensis physicus agnoscebatur.
		11	52	5	31	12	
		12	53	6	32	13	
		13	54	7	33	14	
	198	14	55	8	34	15	Solis defectus, et Augusti obitus.
		15	56	9	35	16	
			TIBERIVS annis XXIII.				
				HERODES annis XXIV.			
		16	1	1	36	17	
		17	2	2	37	18	Abgarus Edessam urbem condit (4).
	199	18	3	3	38	19	
		19	4	4	39	20	Terrae motu tredecim urbes in Bithynia subversae.
		20	5	5	40	21	
		21	6	6	41	22	
	200	22	7	7	42	23	
		23	8	8	43	24	
		24	9	9	44	25	
		25	10	10	45	26	Philippus tetrarcha Caesaream condit Philippeamque nominat.
	201	26	11	11	46	27	
					ARTAXES annis XXXIV.		
		27	12	12	1	28	Abgari profectio ad Parthos ob pacem inter duos fratres firmandam.
		28	13	13	2	29	
Pilatus a Tiberio ad regendam Iudaeam mittitur.		29	14	14	3	30	
	202	30	15	15	4	31	

(1) Euseb *Sextus*.

(2) Moses chor. *Hist.* II. 25. *Iosephum Herodis generum eundemque fratris filium.*

(3) Divus Lucas III. 1. et Euseb. *Lysaniam*.

(4) Res armeniacas trecentorum circiter et quinquaginta annorum sumit Samuel a Mose chor. quod semel monuisse sufficiat.

Iohannes Zachariae filius locis desertis circa fluvium Iordanem praedicabat, cunctisque palam nunciabat adesse inter eos VNCTVM DEI. Quin ipse IESVS VNCTVS DEI tunc vivificae et evangelicae doctrinae suae faciebat initium, rebusque gestis ac verbis divinae potestatis virtutem spectantium oculis exhibebat.

Colliguntur autem usque ad hunc quintum decimum Tiberii Caesaris annum, a templo quidem denuo excitato anni DXLVIII (1); a Solomone primoque templi aedificio anni MLXIV; a Mose egressuque ex Aegypto anni MDXL; ab Abrahamo Ninoque et Samiramide anni MMXLIV; a diluvio anni MMDCCCCLXXXVI; ab Adamo denique anni MMMMMCCXXVIII.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM. Tiberius	IVD. Herodes	PERS. Artaxes	ARMEN. Abgarus	
IESVS VNCTVS DEI DOMINVS NOSTER vivificam doctrinam cunctis praedicabat, atque ea quae nominatim scripta sunt prodigia patrabat.		31	16	16	5	32	IESVS VNCTVS DEI DOMINVS NOSTER discipulis suis regni caelorum mysterium aperiebat, eisdemque imperabat praedicationem apud ethnicos, ut hi nimirum ad omnium Deum converterentur.
		32	17	17	6	33	
		33	18	18	7	34	
	203	34	19	19	8	35	

IESVS VNCTVS DEI DOMINVS NOSTER iuxta prophetias de eo scriptas accessit ad passionem anno Tiberii imperantis decimo nono. Sane eodem hoc tempore in aliis quoque Graecorum monumentis sic ad verbum narratum comperimus: « Solem nempe defecisse, Bithyniam terrae motu concussam, Nicaeaeque » potiorem partem solo aequatam ». Atque haec adamussim iis consonant quae in Vivifici nostri passione acciderunt. Phlegon etiam, qui olympiades iam inde ab earum primordiis persecutus est, tertio decimo libro diserte ita scribit: « Quarto nimirum anno ducentesimae tertiae olympiadis magnum solis » fuisse defectum, qualem nemo ante animadverterat: septimaque diei hora tantam noctem ingruisse » ut sidera caelo micarent: ingenti terrae motu Bithyniam agitatam, maioremque Nicaeae partem deiectam». Haec tradit laudatus vir. Atque hoc sane magnum indicium est eius anni quo Vivificus noster cruciatus est, quia nimirum et Iohannes testimonio suo in evangelio confirmat (2), post quintum decimum Tiberii annum trietericam praedicationem Christi fuisse. Haud procul eo tempore narrat etiam Iosephus, per dies Pentecostes stridorem quemdam motumque primo circa sacerdotes esse excitatum, mox subitam vocem e penetralibus templi in haec verba erupisse « Digrediamur hinc digrediamur ». Idem insuper scribit Iosephus, Pilatum praesidem sub id tempus noctu imaginem Caesaris in templo contra vetitum collocandam curasse: quae res magni tumultus seditionisque Iudaeorum causa fuit. Hinc autem summorum vis malorum iudaicam gentem corripuit.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	IVD.	PERS.	ARMEN.	
Hierosolymitanae ecclesiae primus manuum impositione ab apostolis recepit episcopatum Iacobus frater DOMINI.		35	20	20	9	36	Philo alexandrinus vir ingeniosus et doctus agnoscebatur.
		36	21	21	10	37	
		37	22	22	11	38	

Post Abgari obitum qui in sacramentum nostrum concesserat, bifariam divisum est regnum eius. Filius nimirum eius Ananus regnat Edessae. Sanatruces autem sororis eiusdem filius in Armenia *maiore*: qui quidem praedicanti Thaddaeo credidit; mox fide abiecta, apostolum filiamque propriam Sanduchtam interemit.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	IVD.	PERS.	ARMEN.
						SANATRVCES annis XXX.
Addaeus Edessae praesul martyrio adficitur ab Abgari iam extincti filio.	204	38	23	23	12	1
			GAIVS annis IV.			
		39	1	24	13	2
Petrus apostolus primum antiochenam ecclesiam stabilit: mox Romam profectus, praedicat ibidem, antistitemque se gerit annis XX (3).				AGRIPPA annis VII.		
		40	2	1	14	3
		41	3	2	15	4
	205	42	4	3	16	5

(1) Euseb. DXLII.

(2) Recolatur Eusebius p. 130. n. 1.

(3) Ita est etiam apud Eusebium in arm. codice pro annis XXV.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	IVD.	PERS.	ARMEN.	
			Claudius	Agrippa	Artaxes	Sanatruces	
			CLAVDIVS annis XIV.				
		43	1	4	17	6	Marcus evangelista, Petri interpres, Alexandriam veniens Christum ibi praedicabat annis XXII.
		44	2	5	18	7	
		45	3	6	19	8	
	206	46	4	7	20	9	Primus post Petrum Antiochiae episcopus Evodius.
				AGRIPPA filius Agrippae annis XXVI.			
Romae censu habito comperta sunt hominum LXIX centena et XLI milia.		47	5	1	21	10	
		48	6	2	22	11	
		49	7	3	23	12	
	207	50	8	4	24	13	Bartholomaeus apostolus martyrium consummat in Armeniae oppido Arebono.
		51	9	5	25	14	
Aegyptius circa quem tribunus (1) Paulum sciscitabatur.		52	10	6	26	15	Sanatruces Nisibin magnificentiore opere excitavit suamque statuam media in urbe collocavit nummum manu tenentem.
		53	11	7	27	16	
	208	54	12	8	28	17	
		55	13	9	29	18	
		56	14	10	30	19	
			NERO annis XIV.				
		57	1	11	31	20	
	209	58	2	12	32	21	
		59	3	13	33	22	
		60	4	14	34	23	
					DARIVS annis XXX.		
Alexandriae post Marcum episcopus Ananias annis XXVI.		61	5	15	1	24	Lerubnas rhetor qui rerum ab Abgaro et Sanatruce gestarum commentarios confecit.
	210	62	6	16	2	25	
		63	7	17	3	26	
Iacobo DOMINI fratre a Iudaeis lapidibus caeso sedem episcopalem eius obtinet Simavon, qui et Simon.		64	8	18	4	27	
		65	9	19	5	28	
	211	66	10	20	6	29	
		67	11	21	7	30	
						ERVANDVS annis XX.	
		68	12	22	8	1	
		69	13	23	9	2	Petrus et Paulus Romae a Nerone martyrio adficiuntur. Post Petrum autem primus Romae episcopus Linus annis XIV.
	212	70	14	24	10	3	
			VESPASIANVS annis X.				
		71	1	25	11	4	Antiochiae secundus episcopus Egnatius.
		72	2	26	12	5	

Tandem supremo templi exterminio Titus Iudaeos obsedit, Hierosolyma a fundamentis evertit, atque hominum sex myriades caede corrupit. Immo ut tradit Iosephus, fame et gladio centum ac viginti myriades consumptae sunt, abductae autem in captivitatem quadraginta et duodecim myriades.

Summa vero temporis usque ad alterum Vespasiani annum, quo Iudaei supremo excidio deleti sunt; a Vivifici quidem praedicatione anni XLII; ab obsidione sub Antiocho anni CCXXXVIII; a secundo templi aedificio anni DXC; a primo denique aedificio anni MCII

	73	3		13	6	
213	74	4		14	7	
	75	5		15	8	
	76	9		16	9	
	77	7		17	10	

(1) Ita etiam Eusebius p. 374. Quare ibi deleatur nota nostra 1.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARM.	
			Vespasianus	Darius	Ervandus	
	214	78	8	18	11	
		79	9	19	12	
		80	10	20	13	
			TITVS annis II.			
		81	1	21	14	
Romae secundus episcopus Anacletus (1) annis VIII.	215	82	2	22	15	
			DOMITIANVS an. XVI.			
Alexandriae secundus episcopus Abilius annis XIII.		83	1	23	16	
		84	2	24	17	
		85	3	25	18	Ervandus atque Ervarius internecivo bello ab Artaxe appetuntur.
	216	86	4	26	19	
		87	5	27	20	
					ARTAXES annis XLI.	
		88	6	28	1	Duorum mensium nomina mutata sunt, videlicet september in germanicum, october in parthicum.
Romae tertius episcopus Clemens annis IX.		89	7	29	2	
	217	90	8	30	3	
				ARSACES annis XVII.		
		91	9	1	4	Artaxes condidit Artaxata ad locum cui nomen Collis, ubi Araxis et Mezamori (2) confluentia est: illuc autem cuncta urbis Ervandaeae ornamenta transtulit.
		92	10	2	5	
		93	11	3	6	
		94	12	4	7	
Iohannes in Patmum insulam pellitur, ubi vidit Apocalypsin.	218	95	13	5	8	
		96	14	6	9	
		97	15	7	10	Armenii Persaeque concordi sententia tributum pendere Romanis detrectant.
Alexandriae tertius episcopus Cerdon annis XI.	219	98	16	8	11	
			NERVA anno I.			
Romae quartus episcopus, cuius nomen desideratur in scripto (3).		99	1	9	12	
			TRAIANVS annis XIX.			
		100	1	10	13	
		101	2	11	14	
	220	102	3	12	15	Iohannes Patmo insula emittitur liber.
		103	4	13	16	
		104	5	14	17	
Romae quintus episcopus Alexander annis XI.		105	6	15	18	
	221	106	7	16	19	
		107	8	17	20	Artaxes noster Artaxem sibi homonymum Persidis regem constituit post obitum parentis eius Arsacis.
				ARTAXES annis XX.		
Hierosolymorum tertius episcopus Iustus.		108	9	1	21	
Alexandriae quartus episcopus Primus (4) annis XII.		109	10	2	22	Post Egnatium tertius episcopus Antiochiae Hermon.

(1) Codd *Clemetus*

(2) *Mezamorus* (alio nomine *Aradus*) in maioribus Armeniae amnibus numeratur. At hunc Wistoni (Choren. *Hist.* II. 46.) ob etymologiam vocabuli *magnam paludem* appellant.

(3) Apud Eusebium p. 379. *Evaristus*.

(4) Codd. *Orimus*.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARMEN.	
			Traianus	Artaxes	Artaxes	
	222	110	11	3	23	Artaxes noster stipendium solvit Traiano.
		111	12	4	24	
		112	13	5	25	
		113	14	6	26	
Hierosolymorum episcopus post Iustum quartus Zachaeus, quintus Tobias, sextus Beniamin, septimus Iohannes, octavus Matathias, nonus Philippus.	223	114	15	7	27	
		115	16	8	28	Romae sextus episcopus Xystus annis XI.
		116	17	9	29	
		117	18	10	30	
	224	118	19	11	31	Artaxes principatus instituit Dimachtsium, Terunium, Amatunium et Aravelianium.
			HADRIANVS annis XXI.			
		119	1	12	32	
		120	2	13	33	
Alexandriae quintus episcopus Iustus annis XI.		121	3	14	34	Mazanem principem sacerdotum Artavazdes et Tiranes insidiis exceptum in venatione occiderunt.
	225	122	4	15	35	
		123	5	16	36	
Hierosolymorum episcopus post Philippum decimus Enacas (1), undecimus Iustus, duodecimus Levinus, tertius decimus Ephremus, quartus decimus Iosephus (2), quintus decimus Iudas. Hi fuerunt ex circumcisione usque ad urbem ab Hadriano obsessam.		124	6	17	37	
		125	7	18	38	Romae episcopus septimus Telesphorus annis. XI.
	226	126	8	19	39	
		127	9	20	40	
				PEROZES annis XXXIV.		
		128	10	1	41	
					ARTAVAZDES Artaxis filius an. II.	
		129	11	2	1	
Antiochiae quartus episcopus Cornelius.	227	130	12	3	2	Artavazdes quum per Artaxatorum pontem transiret, mente subito captus, atque equo in profundum gurgitem excussus evanuit.
					TIRANES Artaxis filius annis XXI.	
		131	13	4	1	
Alexandriae sextus episcopus Eumenes annis XII.		132	14	5	2	
		133	15	6	3	
	228	134	16	7	4	
		135	17	8	5	Valentianus haeresiarcha et Cerdon marcionita.
Romae octavus episcopus Hyginus annis IV.		136	18	9	6	
		137	19	10	7	
Hierosolymorum episcopus decimus sextus, primus autem ex ethnicis, Marcus.	229	138	20	11	8	
		139	21	12	9	
			TITVS ANTONINVS, cognomento PIVS, cum filiis suis AVRELIO et LVCIO annis XXIII.			
Romae nonus episcopus *Pius* annis XV.		140	1	13	10	
		141	2	14	11	
	230	142	3	15	12	
		143	4	16	13	

(1) Ita Samuel. Confer autem Eusebium p. 382; a quo tamen *Hist. eccl.* IV. 5. scribitur Ζεγχαῖος.

(2) Codd. *Ioti.*

	OLYMP.	CHRISTI	ROM. Titus Antoninus	PERS. Perozes	ARM. Tiranes	
Antiochiae quintus episcopus Hero (1).		144	5	17	14	Alexandriae septimus episcopus Marcion annis x.
		145	6	18	15	
	231	146	7	19	16	Strenuus Erachnavius de gente Anzavensium honoribus augetur a Tirane.
		147	8	20	17	
		148	9	21	18	
		149	10	22	19	
	232	150	11	23	20	
		151	12	24	21	Tiranes iter faciens periit globo nivium oppressus.
					TIGRANES ARTAXIS filius an. XLIII.	
		152	13	25	1	Perozes Volagaesus, nempe victor, idcirco vocitatus est, quia Romanos invasit.
		153	14	26	2	
	233	154	15	27	3	
Romae decimus episcopus Anicetus annis XI, sub quo Polycarpus Romam profectus complures ab haeresi ad bonam frugem traduxit.		155	16	28	4	Alexandriae octavus episcopus Celadion annis XIV.
		156	17	29	5	
		157	18	30	6	
	234	158	19	31	7	
		159	20	32	8	
Hierosolymorum episcopus XVII Cassianus, XVIII Publius, XIX Maximus, XX Iulius, XXI Gaianus, XXII Symmachus, XXIII Gaius, XXIV Iulianus, XXV Apion.		160	21	33	9	
		161	22	34	10	Perozes Volagaesus Parthorum rex extremam in romanas provincias incursionem fecit.
				VALARSES annis LI.		
	235	162	23	1	11	
			MARCVS AVRELIVS ANTONINVS idemque VERVS, et LVCIVS AVRELIVS COMMODVS (2) annis XIX.			
		163	1	2	12	
		164	2	3	13	
		165	3	4	14	
Romae undecimus episcopus Soter annis IX.	236	166	4	5	15	Ruphosia praefectura a Rupha Tigranis uxore nomen contraxit.
Excitata persecutione martyrium fecit Polycarpus.		167	5	6	16	
		168	6	7	17	
Antiochiae sextus episcopus Theophilus, cuius plura volumina ad hanc usque diem circumferuntur.		169	7	8	18	
	237	170	8	9	19	Alexandriae nonus episcopus Agrippinus (3) annis XII.
		171	9	10	20	
Dionysius Corinthi episcopus.		172	10	11	21	
		173	11	12	22	Apollinaris asiaticus hieropolitanae dioeceseos episcopus agnoscebatur.
Romae duodecimus episcopus Eleutherus annis XV.	238	174	12	13	23	
		175	13	14	24	
		176	14	16	25	
		177	15	16	26	
	239	178	16	17	27	
		179	17	18	28	Antiochiae septimus episcopus Maximus annis IV.
		180	18	19	29	
		181	19	20	30	
			COMMODVS annis XIII.			
Irenaeus Lugduni gallicanae urbis episcopus.	240	182	1	21	31	
		183	2	22	32	Alexandriae decimus episcopus Iulianus annis x.

(1) Al. cod. *Urionus.*

(2) Codd. *et Commodus.*

(3) Al. cod. *Agrippianus.*

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARMEN.	
			Commodus	Valarses	Tigranes	
		184	3	23	33	
Hierosolymorum episcopus XXVI Maximus, XXVII Antoninus, XXVIII Valens, XXIX Dolichianus, XXX Narcissus, XXXI Dius, XXXII Germanio, XXXIII denuo idem Narcissus. Horum tempora non admodum explorata sunt: latet enim quamdiu quisque pontificatu functus sit.		185	4	24	34	
	241	186	5	25	35	Hoc tempore disceptatio fuit de paschali die, uti narrat Eusebius (1).
		187	6	26	36	
		188	7	27	37	Romae tertius decimus episcopus Victor annis XIII.
		189	8	28	38	
	242	190	9	29	39	
		191	10	30	40	
		192	11	31	41	Antiochiae episcopus octavus Serapion.
		193	12	32	42	
Alexandriae undecimus episcopus Demetrius annis XLIV.	243	194	13	33	43	
			AELIVS PERTINAX anno I.			
					VALARSES annis XX.	
		196	1	34	1	
			SEVERVS annis XVIII.			
Clemens praesbyter alexandrinus et Pantaenus nostri dogmatis philosophus cognoscebantur.		196	1	35	2	
		197	2	36	3	Valarses condidit Valarsavanam in Basena *provincia*. Idem moenibus oppidum Vardghesem cinxit ad Chasali fluminis ripam, atque hanc novam urbem appellavit.
	244	198	3	37	4	
		199	4	38	5	
Caesareae episcopi Polycrates et Bachylas (2).		200	5	39	6	
		201	6	40	7	
Romae quartus decimus episcopus Zephyrinus annis XII.	245	202	7	41	8	
		203	8	42	9	
		204	9	43	10	Leonides Origenis pater martyrium fecit.
		205	10	44	11	
	246	206	11	45	12	
		207	12	46	13	
		208	13	47	14	
		209	14	48	15	
	247	210	15	49	16	
		211	16	50	17	
		212	17	51	18	
Ingens victoria Valarsis nostri de Chaziris et Basliis borealibus populis qui fecerant incursionem. Verum altera impressione facta, vulneratus in acie occumbit Valarses.				ARTABANVS annis XXXI.		
		213	18	1	19	
			ANTONINVS Severi filius cognomento CARACALLVS (3) annis VII.			
	248	214	1	2	20	Antiochiae nonus episcopus Asclepiades.
					CHOSROËS annis XLVIII.	
Romae quintus decimus episcopus Callistus annis IX.		215	2	3	1	Collectis Armeniorum copiis, magnoque monte superato necem Valarsis parentis sui ulciscitur Chosroes hostibus profligatis, ibidemque monumento constructo.
		216	3	4	2	
Hierosolymorum trigesimus sextus episcopus Alexander.		217	4	5	3	

(1) Abest haec pericope a vetustiore Samuelis exemplari. Legatur autem Eusebius *Hist. eccl.* V. 23.

(2) Aliter fortasse apud Eusebium p. 389.

(3) Codd. *Gallus*.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM. Antoninus Caracalius	PERS. Artabanus	ARMEN. Chosroes	
	249	218	5	6	4	
		219	6	7	5	
		220	7	8	6	
			MACRINVS anno I.			
Antiochiae decimus episcopus Philippus.		221	1	9	7	
			ANTONINVS alter annis IV.			
	250	222	1	10	8	Vrrhae (1) rex Abgarus.
Romae decimus sextus episcopus Urbanus.		223	2	11	9	
		224	3	12	10	
		225	4	13	11	
			ALEXANDER Mammaeae filius annis XIII.			
	251	226	1	14	12	
		227	2	15	13	
		228	[illegible]	16	14	
		229	4	17	15	
	252	230	5	18	16	
Antiochiae undecimus episcopus Zebennus.		231	6	19	17	
		232	7	20	18	
Romae decimus septimus episcopus Pontianus.		233	8	21	19	Origenes Alexandriae degebat in lyceo.
	253	234	9	22	20	
		235	10	23	21	
		236	11	24	22	
Alexandriae duodecimus episcopus Idimus (2) annis XVI.		237	12	25	23	
	254	238	13	26	24	
			MAXIMINVS annis III.			
		239	1	27	25	
Romae decimus octavus episcopus Antherus mense uno. Deinde decimus nonus Fabianus (3).		240	2	28	26	
		241	3	29	27	
			GORDIANVS annis VI.			
	255	242	1	30	28	
		243	2	31	29	
				ARTASIRES Sasani filius *annis XLVI. Hic* interfecto Artabano Arsacidarum (4) dominationem sustulit, quae annis CCCCLIV perseveraverat.		
		244	3	1	30	
		245	4	2	31	
	256	246	5	3	32	
		247	6	4	33	
			PHILIPPVS annis VII.			
		248	1	5	34	Millesimus annus Romae conditae aeraeque Romanorum fuit (5).
		249	2	6	35	

(1) Nempe *Edessae.*

(2) Eusebius p. 390 *Hercules*, vel *Heraclas.*

(3) Codd. *Barianus.*

(4) Codd. habent *horum* pro *Arsacidarum.*

(5) Haec verba *aeraeque* et sqq. absunt a vetustiore Samuelis exemplari. Conferatur autem Samuel p. 23.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARMEN.	
			Philippus	Artasires	Chosroës	
	257	250	3	7	36	Chosrois incursiones contra Sasanidas Persas ob necem Artabani consanguinei vindicandam, quo tempore Artasirem ad Indos usque pepulit.
Romae vigesimus episcopus Cornelius annis III.		251	4	8	37	
		252	5	9	38	
Alexandriae decimus tertius episcopus Dionysius annis XVII.		253	6	10	39	
Romae XXI episcopus Lucius mensibus VIII. Deinde XXII Stephanus annis II.	258	254	7	11	40	
			DECIVS anno I.			
Hierosolymorum episcopus XXXVII Melbanus.		255	1	12	41	
			GALLVS et VOLVSIANVS anno uno mensibusque novem.			
Romae XXIII episcopus Xystus annis XI.		256	1	13	42	
Antiochiae XII episcopus Babylas. Deinde XIII Fabianus.		257	2	14	43	
			VALERIANVS et GALIANVS annis XV.			
	259	258	1	15	44	Novatianus schisma fecit.
		259	2	16	45	Antiochiae XIV episcopus Demetrianus.
Antiochiae XV Paulus samosatenus, qui haereseos convictus divino nutu pulsus est.		260	3	17	46	
		261	4	18	47	
	260	262	5	19	48	

Chosroës ab Anaco interfectus est. Regnum autem Armeniorum sine praeside fuit, quod quidem inde usque a Valarsace annis CCCLXXXXVIII (1) manserat.

					ANARCHIA ARMENIORVM an. XXVIII.	
		263	6	20	1	Artavardes Mandacunius Tiridatem Chosrois filium furori Artaxis subtractum ad Caesaris aulam perduxit.
Romae XXIV episcopus Dionysius annis IX.		264	7	21	2	
		265	8	22	3	
Alexandriae XIV episcopus Maximus annis XIX.	261	266	9	23	4	
		267	10	24	5	
Hierosolymorum XXXVI Himerius.		268	11	25	6	
Samosatenus Artemonis schisma renovavit. Illo autem detecto, sextus decimus extitit Domnus.		269	12	26	7	
	262	270	13	27	8	
		2/	14	28	9	
		272	15	29	10	
			CLAVDIVS annis II.			
		273	1	30	11	
	263	274	2	31	12	
			AVRELIANVS an. VI.			
		275	1	32	13	Tiridatis in Armeniorum interregno heroica facinora.
Romae XXVI episcopus *Eutychianus* Deinde XXVII Gaius.		276	2	33	14	
		277	3	34	15	Laodicenorum episcopus Anatolius.
	264	278	4	35	16	
		279	5	36	17	
		280	6	37	18	

(1) Al. cod. *CCCLXXXVIII.*

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARMEN.	
			Probus	Artasires	Anarchia	
			PROBVS annis VII.			
Alexandriae XV episcopus Theonas annis XIX.	265	281	1	38	19	
Antiochiae XVII Cyrillus.		282	2	39	20	
		283	3	40	21	
		284	4	41	22	
		285	5	42	23	Vesana Manichaeorum secta in hominum consuetudinem irrepsit.
	266	286	6	43	24	
		287	7	44	25	
			CARVS cum filiis suis CARINO et NVMERIANO annis II.			
		288	1	45	26	
		289	2	46	27	

Dum Carus occumberet in Mesopotamia, Numerianus item periit in Thracia, nec non Carinus in proelio adversus Cornacum.

Magni Chosrois patris Tiridatis copiarum dux summus Cornacus, qui vitam ad annum CLX produxisse dicitur, visu, auditu, capillis, dentibus usque ad obitum integris, itemque viribus corporis invenilibus (1). Hic Caesarem Carum, qui cecidit in pugna cum filio, debellavit.

Hactenus sine dubitatione decurrimus, ducibus certa auctoritate codicibus summorum quos ante appellavimus magistrorum. Exin ob ea, quae nostro tractatui addenda supersunt, curis atque perplexitatibus aestuamus, propterea quod iuniorum historicorum dissidium est, quorum alii plura, alii pauciora scripserunt, vel omnino siluerunt. Nos tamen sinceriorum vestigiis insistentes, persequamur pro viribus veritatem: atque primum Tiridatis annum cum altero Diocletiani anno de sententia Mosis Armeniorum historici componamus, non cum nono vel primo prout aliis quibusdam placuit. Iam Saporem persam si annos LXXIII regnasse credas, ab interfecto Chosroe exordiendum est, tum et anni XLVI contemporales Tiridati putandi sunt, ita ut annos quidem XXVII regnaverit cum Artasire patre superstite, reliquos XLVI post huius obitum: atque hac ratione canonem nostrum ad aeram usque Armeniorum, Deo auspice, digeremus certiora e plurimis praeoptantes.

			DIOCLETIANVS an. XX			
	267	290	1	(27)	(27) (2)	
				SAPOR annis XLVI.		
					TIRIDATES annis LVI.	
Mamgo Genensium (3) satrapa ad Persas aufugit, inde vero ad Armenios: ex quo Mamicunia gens et praefectura apud nos nobilis.		291	2	1	1	Sanctus Gregorius crudeliter excruciatus in puteum damnatorum coniectus est.
		292	3	2	2	
		293	4	3	3	
	268	294	5	4	4	
		295	6	5	5	
		296	7	6	6	Res praeclare gestae a Tiridate in Perside et Assyria antequam fidei discipulus fieret.
		297	8	7	7	
	269	298	9	8	8	
		299	10	9	9	Aschenia Aschadaris Alanorum regis filia Tiridati in matrimonium collocata coronatur regina armeno arsacida.
		300	11	10	10	
		301	12	11	11	
Romae XXVIII episcopus Marcellinus annis X.	270	302	13	12	12	
		303	14	13	13	

(1) Vndenam haec de Cornaco sumpserit Samuel merito quaerendum. Namque Chorenensis *Hist.* II. 76 nihil praeter nomen Cornaci scribit.

(2) Ita est in codice.

(3) Super hac re legendus Moses Chor. *Hist* II. 78. De *Genensibus* Sinensium finitimis loquitur Moses etiam in *Geogr.* cap. 95.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM. Diocletianus	PERS. Sapor	ARMEN. Tiridates
Hierosolymorum xxxviii episcopus Zabdas, et xxxix episcopus Hermon.		304	15	14	14
		305	16	15	15

Decimo quinto regnantis Tiridatis anno religiosae virgines duce sancta Rhipsimia fortiter martyrium fecerunt in urbe Valarsapata, multaque divinitus prodigia Tiridati regnoque Armeniorum oblata sunt. Sanctus autem Gregorius divina visitatione eductus putei carcere initium fecit lucidae doctrinae suae praedicandae: tum et vulneratos sanitati restituit: quo tempore statio ei quoque sanctae cathedralis fundandae ostensa est a Deo nec non aliarum Martyrum aedium.

Mox anni sequentis initio magnus ipse Tiridates baptizatus est cum Aschenia regina cumque sorore Chosroidochta, aliisque aulae optimatibus, manu videlicet s. Gregorii qui cum episcopali potestate tunc Caesarea reversus fuerat. Ex eo tempore regiis edictis excitata plurima hominum multa per Armeniae regiones ritu ethnico abiecto ad sacri fontis baptismum sponte convolabant ministrantibus iis quos s. Gregorius praefecerat.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM. Diocletianus	PERS. Sapor	ARMEN. Tiridates	PATRIARCHA s. Gregorius	
Antiochiae xix episcopus Tyrannus (1).	271	306	17	16	16		Primus annus Armeniorum ad cognitionem Dei vocatorum.
						S. GREGORIVS annis xxx.	
Alexandriae xvi episcopus Petrus annis x.		307	18	17	17	1	Decimo septimo regnantis Tiridatis anno sanctus Gregorius thronum s. Thaddaei apostoli insidet.
		308	19	18	18	2	
		309	20	19	19	3	
			CONSTANTINVS annis xxxiv.				
Hoc anno sancti Praecursoris *aedes* aedificata est, dictumque Claci coenobium (2), quod s. Gregorius condidit adveniens episcopus Caesareà allatis indidem eiusdem Praecursoris reliquiis ibique collocatis (3).	272	310	1	20	20	4	Romae xxix episcopus Eusebius, tum xxx Miltiades. Hoc anno Constantinus Byzantium ampliavit, eôdemque romanum imperium transtulit, atque urbem de nomine suo Constantinopolim dixit (4).
		311	2	21	21	5	
		312	3	22	22	6	
		313	4	23	23	7	
	273	314	5	24	24	8	
		315	6	25	25	9	
Alexandriae martyrium Petri; cuius excepit episcopatum xvii Achillas mensibus vii.		316	7	26	26	10	Agathangelus Tiridatis regis diligens librarius a secretis.
		317	8	27	27	11	
	274	318	9	28	28	12	
Alexandriae episcopus xviii Alexander annis xv.		319	10	29	29	13	Romae episcopus Silvester.
		320	11	30	30	14	
		321	12	31	31	15	

(1) Codd. *Tiranus* et *Turianus*

(2) De hoc celeberrimo nostra adhuc aetate coenobio temploque legendus historicus contemporalis s. Gregorio Zenobius, qui ab eodem s. Gregorio consecratus episcopus est locique eius antistes. Huic Zenobio cognomentum adhaesit *Clacus*.

(3) Haec historia abest ab antiquiore exemplari.

(4) Haec item historia in vetustiore codice desideratur.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM.	PERS.	ARMEN.	PATR.	
			Constantinus	Sapor	Tiridates	S. Gregorius	
	275	322	13	32	32	16	
		323	14	33	33	17	
Arii cum Alexandro contentio.		324	15	34	34	18	
		325	16	35	35	29	
	276	326	17	36	36	20	Hierosolymorum episcopus Marcius; deinde Symmachus: deinde Cyrillus, cuius aetate crux apparuit.
		327	18	37	37	21	
		328	19	38	38	22	
HEIC FINIS CHRONICORVM EVSEBII LIBRORVM.		329	20	39	39	23	Post vigesimum Constantini annum dicti sunt Graecorum et Romanorum reges, quia Constantinopoli regnaverunt.
Sancta synodus nicaena *patrum* trecentorum et octodecim (1). Ad nicaenam synodum s. Gregorius et Tiridates miserunt legatum suum Aristacem.	277	330	21	40	40	24	
		331	22	41	41	25	
		332	23	42	42	26	
		333	24	43	43	27	
	278	334	25	44	44	28	
		335	26	45	45	29	
		336	27	46	46	30	

S. Gregorius quum in Maniae specum secessisset, publice interdum ob gregem suum in fide confirmandum regionem invisebat. Verum ubi Aristaces a nicaena synodo reversus est, ille iam nemini conspiciendum se dedit: quumque compluribus annis ibidem vitam produxisset, moriens demum inter Angelorum choros delatus est. Pastores autem quum s. Gregorium defunctum deprehendissent, nec hominem agnovissent, ibidem eumdem tumulo mandaverunt. Sed demum multis post annis res divino nutu patefacta est solitario homini, cui nomen Carnico, Sanctique reliquiae in Thordanum oppidum delatae sunt.

				NERSEHVS annis IX.			
						ARISTACES annis VII.	
		337	28	1	47	1	
	279	338	29	2	48	2	
		339	30	3	49	3	
		340	31	4	50	4	
		341	32	5	51	5	
	280	342	33	6	52	6	
Valde beatus Constantinus ad quietem concessit die XXII mensis maii, qui est Ahecan (2).		343	34	7	53	7	Archelaus s. Aristacem, qui se reprehenderat, in provincia Zophia interemit.
			CONSTANTIVS, CONSTANS et CONSTANTINVS filii Constantini annis XXIV.				
						VERTHANES annis XV.	
Sanctae crucis revelatio Hierosolymis, episcopatum gerente Cyrillo.		344	1	8	54	1	
		345	2	9	55	2	
				ORMIZDAS annis III.			
	281	346	3	1	56	3	Potentissimus rex Tiridates veneno sibi a militibus suis propinato obiit. Ex eo tempore res Armeniorum in peius ferri coeperunt.

(1) Haec pericope abest ab antiquiore exemplari. Et quidem mox ad annum 390 constabit eam esse collocandam in anno 325.

(2) *Ahecan* nonus Armeniorum mensis, qui illa aetate in maium incidebat.

	OLYMP.	CHRISTI	ROM. CONST. Constantius	PERS. Ormizdas	ARMEN. Chosroes	PATR. Verthanes	
					CHOSROËS annis IX.		
Post obitum Tiridatis Sanatrucus (1) in Aluanae regionibus s. Gregorisum (2) leto dedit Verthanis maiorem natu filium, equis suppositum in campo Vatniensi. Sancti autem viri reliquiae inde translatae sunt in Amarasum oppidum.		347	4	2	1	4	Extincto Tiridate, perturbatio consecuta est conflictusque praefecturarum. Tandem operâ magni Verthanis, ferente auxilium Constantio Caesare, regnum capessit Chosroës Tiridatis filius, virtutibus patri impar.
		348	5	3	2	5	
				SAPOR annis LXXII.			
		349	6	1	3	6	
	282	350	7	2	4	7	
		351	8	3	5	8	
		352	9	4	6	9	
Initium ducenarii, ut appellatur, cycli Andreae (3). Iacobus admirabilis Nisibis episcopus hac tempestate florebat.		353	10	5	7	10	
	283	354	11	6	8	11	A Bagaratio equite itemque Vahano principe Amatunio res egregie gestae adversus rebelles.
		355	12	7	9	12	
					TIRANES annis XII'.		
Hoc tempore liber Artemonis confectus dicitur.		356	13	8	1	13	
		357	14	9	2	14	S. Verthanes, licet procerum insidiis saepe appetitus, sua tamen morte obiit.
	284	358	15	10	3	15	
						IVSICHIVS annis VI.	
		359	16	11	4	1	
		360	17	12	5	2	
		361	18	13	6	3	
	285	362	19	14	7	4	
		363	20	15	8	5	
Tiranes rex noster Iuliano Caesari obviam progressus est, Persarumque copias adortus eas in fugam coniecit, praesidioque profligato, eumdem Iulianum trans Euphratem cum exercitu duxit: quam ob rem honestissime ab eo tractatus est.		364	21	16	9	6	Sanctum Iusichium itemque Danielem praesbyterum occidit Tiranes. Iusichius atque Gregorisus fratres erant, Verthane scilicet geniti.
						PHARNERSEHVS annis V.	
		365	22	17	10	1	Pharnersehus haud ex eodem (4) genere ortus erat, sed ex oppido Taroniae Astisata.
	286	366	23	18	11	2	
		367	24	19	12	3	
			IVLIANVS anno I, mensibusque VIII.				
		368	1	20	13	4	
					ARSACES annis XXX.		
		369	2	21	1	5	
			IOVIANVS mensibus VIII.				
						NERSES annis XXXIII (5).	
	287	370	1	22	2	1	

Sanctus Nerses (5) universos ecclesiae ordines bene decenterque instauravit. Ipse vero natus erat Athanagine nepote Iusichii, qui rursus nepos erat s. Gregorii.

(1) Rebellis quidam de genere Arsacidarum. Legatur Chorenensis *Hist* III. 3.

(2) Ita diminutive quodammodo appellatur ab armeniacis cunctis scriptoribus, fortasse quia valde adolescens venit ad episcopatum.

(3) De hoc cyclo rursus sermo erit ad Christi annum 553.

(4) Scilicet alienus erat a genere s. Gregorii illuminatoris.

(5) Nerses primus cognomento Magnus.

Arsaces venationi operam dans dolo necat Gnelum fratris sui filium, atque huius uxorem Pharansemam matrimonio sibi adiungit: haec autem Olympiadi priori Arsacis uxori maiestatem reginae invidens, indigni cuiusdam sacerdotis ministerio usa venenum medicamento vitae (1) admiscens eamdem vita spoliavit.

Gratianus Rhazlam aedificat (2).

Plurima beneficia a magno Theodosio collata feruntur praesertim in Armenios. Nam et sanctum Nersem ab exilio reductum ad se vocavit, multoque honore prosecutus est, donec vera recta que fides tandem aliquando in synodo (3) innotuit.

Sancta synodus constantinopolitana *patrum* centum quinquaginta adversus Macedonium Spiritûs oppugnatorem. Erat autem post synodum nicaenam annus LXV.

OLYMP.	CHRISTI	IMP. CONST. Valentinianus	PERS. Sapor	ARMEN. Arsaces	PATR. Nerses
		VALENTINIANVS et VALENS annis XI			
	371	1	23	3	2
	372	2	24	4	3
	373	3	25	5	4
288	374	4	26	6	5
	375	5	27	7	6
	376	6	28	8	7
	377	7	29	9	8
289	378	8	30	10	9
	379	9	31	11	10
	380	10	32	12	11
	381	11	33	13	12
		GRATIANVS annis V.			
290	382	1	34	14	13
	383	2	35	15	14
	384	3	36	16	15
	385	4	37	17	16
291	386	5	38	18	17
		THEODOSIVS MAGNVS annis XXV.			
	387	1	39	19	18
	388	2	40	20	19
	389	3	41	21	20
292	390	4	42	22	21
	391	5	43	23	22
	392	6	44	24	23
	393	7	45	25	24
293	394	8	46	26	25
	395	9	47	27	26
	396	10	48	28	27
	397	11	49	29	28
294	398	12	50	30	29
				PAPVS an. VII.	
	399	13	51	1	30

Beatus Chadus Bagrevantiae atque Arsarunorum episcopus in ordinanda recte re publica s. Nersis comes erat.

A Valente plurimae calamitates christiano dogmati inflictae sunt, arianae sectae causa. Ob eam rem Nerses quoque, ab Arsace amicitiae integrandae causa missus, in insulam inhospitalem pellitur exul. Eodem tempore vita utebantur etiam magnus Basilius eiusque frater Gregorius, itemque Gregorius cognomento theologus.

In India elephanto-tauri, camelo-pardales equina forma, aliaeque beluae multifariae visae sunt.

Zuithas praesbyter Artaxatis martyrium facit sub Sapore.

Arsaces ritu Saulis vitam sibi ipse exhaurit, diemque supremum obit in arce cui cognomentum oblivio in Chusitania. Regnum autem filius eius Papus adit.

Meruzanes (4) Arzerunius ab Arsace deficiens, fidemque *christianam* deserens, Persarum opem implorat ut Armeniae sceptro potiatur. Itaque persicarum copiarum dux factus in Armeniam irrumpit, multasque clades in patria nostra edit donec, ingenti pugna in Ziravo campo conserta, capitur a magno equite Sembato, diroque supplicio perit.

(1) Proh scelus! heic enim intelligitur eucharistiae mysterium.

(2) Haec pericope desideratur in antiquiore exemplari.

(3) Cpolitana, cui Nerses ipse interfuit.

(4) Moses chor. *Hist.* III. 36 et 54. aliique scriptores armeni concorditer tradunt, sub Meruzanis tyrannide quidquid graecorum librorum in Armenia erat diligenter fuisse combustum, ipsumque graecum sermonem doceri vetitum. Ea scilicet aetate gentilibus litteris nondum utebantur Armenii, sed graecis vulgo, et interdum syriaticis. Iam Meruzanes vero candente in coronam contorto redimitus a Sembato vitam finivit. Choren. *Hist.* III. 37.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARMEN.	PATR.	
			Theodosius magnus	Sapor	Papus	Nerses	
	295	400	14	52	2	31	
		401	15	53	3	32	
		402	16	54	4	33	S. Nersem potione letifera necat Papus.
						SCIAHACVS ( ) annis v.	
		403	17	55	5	1	Sciahacus e genere Albiani erat, provincia Harchia, oppido Manazocerta.
		404	18	56	6	2	
Papum atroci supplicio multat Theodosius, regemque loco eius constituit quemdam de genere Arsacidarum Varazdatem.		405	19	57	7	3	
					VARAZDATES annis IV.		
	296	406	20	58	1	4	
		407	21	59	2	5	
						ZAVENVS annis IV.	
		408	22	60	3	1	
		409	23	61	4	2	
					ARSACES et VALARSACES annis IV.		
	297	410	24	62	1	3	
Admirabilis Iohannes Chrysostomus hac tempestate episcopatum constantinopolitanae urbis tenebat.		411	25	63	2	4	
			ARCADIVS et HONORIVS annis XXVI.			ASPVRACES annis v. Hic Sciahaci Zavenique frater erat.	
		412	1	64	3	1	
Graecorum Persarumque reges bifariam Armeniam secant Arsacis aetate, qui sedem fixit prope fines Graecorum. Itaque Arsaces quidem ditione tenuit occiduas Armeniae plagas: Sapor autem partium eiusdem orientalium regem fecit Chosroem arsacidam.		413	2	65	4	2	
					CHOSROËS annis v.		
	298	414	3	66	1	3	
		415	4	67	2	4	Graeci taedio bellorum ducti sponte Mesopotamiam et Armeniam bifariam dividunt.
		416	5	68	3	5	
						S. ISAACVS annis LI.	
	299	417	6	69	4	1	S. Isaacum magni Nersis filium substituit Chosroes in patriarchalem Armeniorum sedem (1).
		418	7	70	5	2	

Mesrobes Haseci Taroniae in oppido natus, apud magnum Nersem alitur atque eruditur: deinde aulae regiae a secretis constituitur. Sed demum corporali honore contempto, solitariam vitam sectatur, plebique edocendae per sacrorum librorum enarrationem vacat: qua in re non modicis difficultatibus conflictatus, consilium cepit proprias armeniacae linguae litteras excogitandi, ut divina scilicet Biblia accuratissime interpretaretur. Hactenus enim in rebus aulicis persicas litterarum formas adhibebant Armenii, in ecclesiasticis graecas et interdum etiam syriaticas.

(1) Quo tempore s. Isaacus ad episcopatum electus est, vetuit Chosroës rex Armeniorum eumdem a Caesareae metropolita consecrari, uti eatenus iam inde a s. Gregorio factitatum fuerat. Hinc mos obtinuit apud Armenios iure proprio inter se consecrandi. Hinc etiam coeptus creditur ecclesiae armeniacae peculiaris ritus, qui consecutis temporibus paulatim auctus ornatusque est: primitus enim Armenii syriatico vel potius graeco ritu usi videntur.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARMEN.	PATR.
		Arcadius et Honorius	Sapor	Veramsabuhus	S. Isaacus
			VERAMSABVHVS annis XXI.		
	419	8	71	1	3
	420	9	72	2	4
			ARTASIRES annis III.		
300	421	10	1	3	5
	422	11	2	4	6
	423	12	3	5	7
			VERAMVS, idemque GERMANVS, annis XI.		
	424	13	1	6	8
	425	14	2	7	9
301	426	15	3	8	10
	427	16	4	9	11
	428	17	5	10	12
	429	18	6	11	13
302	430	19	7	12	14
	431	20	8	13	15
	432	21	9	14	16
	433	22	10	15	17
303	434	23	11	16	18
			ISDIGERDES annis X.		
	435	24	1	17	19
	436	25	2	18	20
	437	26	3	19	21
		THEODOSIVS iunior annis XXXIV.			
304	438	1	4	20	22
	439	2	5	21	23
				CHOSROËS alter anno I.	
	440	3	6	1	24
				SAPOR ISDIGERDIS filius annis IV.	
	441	4	7	1	25
305	442	5	[illegible]	2	26
	443	6	9	3	27
	444	7	10	4	28

INITIVM LITTERATVRAE ARMENIORVM.

Beatus ille Mastosius, idemque Mesrobes (1), cum magno Isaaco litterarum formas a Daniele excogitatas non sine aliis sociis perfectius elaborant, annique intervallo his divinitus datis formis operam impendunt, et sacra Biblia diligentissime interpretantur.

Discipuli Athenas, Byzantium Alexandriamque mittuntur.

Magnus Isaacus Ctesiphontem pergit, indeque non sine honorificentia donisque ab Artasire Persarum rege collatis regreditur.

Prima synodus ephesina patrum ducentorum adversus Nestorium. Erant autem post constantinopolitanam synodum anni XLII, post nicaenam CVII (2).

Veramsabuhus pie diem supremum obiit. Deinde *regnabat* frater eius Chosroes anno uno. Tum Sapor persa Isdigerdis filius, quem idcirco pater Armeniis praefecit, ut hos pedetentim ad Aramazdis sacra (3) pertraheret, atque a fide et societate Graecorum abduceret.

Carina urbs conditur (4).

(1) *Mesrobis* nomen quem, ut tradunt memoriae veteres Armeniorum, Graeci pronunciare nequirent, coepit ab eis dici *Mastos* Hinc etiam apud Armenios duplici nomine vir hic gaudet.

(2) Ergo haec pericope collocanda videtur in anno 432.

(3) De Aramazde diximus ad Euseb. p. 12. n. 1. Hanc Persarum idololatrarum sectam commemorant in suis scriptis Eznichius et Elisaeus.

(4) Hanc urbem excitavit, seu potius auxit, Anatolius Theodosii iunioris dux. Eadem nunc dicitur *Erzerum*, Armeniae prope metropolis, frequens civibus quadringentis circiter millibus.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Theodosius iunior	PERS. Veramus	ARMEN. Anarchia	PATR. Isaacus	
			VERAMVS annis XXI.			
				ANARCHIAE annus unus.		
	445	8	1	1	29	
				ARTAXES, qui et ARTASIRES, annis VI.		
306	446	9	2	1	30	Hic Artaxes, a Persis dictus Artasires, iuvenili aetate moribusque perditis, generis Arsacidarum extremus fuit.
	447	10	3	2	31	
	448	11	4	3	32	
	449	12	5	4	33	
307	450	13	6	5	34	
	451	14	7	6	35	

Heic denique deletum est regnum *armeniacum* Arsacidarum, itemque patriarchatus de genere s. Gregorii. Etsi enim s. Isaacus annis adhuc XVI superfuit, suàque egregiâ doctrinâ in Armeniâ nostra refulsit, res tamen sub impiis praefectis persisque procuratoribus erant. Nimirum loco regis Artasiris praeerat Vehmirsapor, et pro s. Isaaco malevolus Sormacus, qui mansit anno uno; deinde deterior eo Barchisius annis tribus; post hos improbior utroque Samuel quidam annis VII (1). Sed enim nos horum tempora in interregni loco ponemus, ne canonis ordo in perturbationem incurrat: quin immo s. Isaaco adscribemus post annum eius quintum et trigesimum serie protracta usque ad inceptam Vardani praefecturam.

Rursus propter Flavianum altera E;hesi synodus vigesimo quarto anno post primam, extincto iam Cyrillo Alexandrino.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARMEN.	PATR.	
				INTERREGNVM annis XIII.		
	452	15	8	1	36	
	453	16	9	2	37	
308	454	17	10	3	38	
	455	18	11	4	39	
	456	19	12	5	40	Beatus Alanus ex illustri gente Arzerumiorum iuvenili aetate caducam saeculi gloriam flocci faciens sectabatur caelestem, seque litteris excolendis spiritalibusque exercitiis impendebat.
	457	20	13	6	41	
309	458	21	14	7	42	
	459	22	15	8	43	
	460	23	16	9	44	
	461	24	17	10	45	
310	462	25	18	11	46	
	463	26	19	12	47	
	464	27	20	13	48	
				VARDANVS annis XVII.		
	465	28	21	1	49	A Veramo summus constituitur Armeniorum praefectus Vardanus (2).
			ISDIGERDES annis XIX.			
311	466	29	1	2	50	
	467	30	2	3	51	

Heic explicit historia Armeniorum a Mose conscripta.

Post obitum s. Isaaci sedem eiusdem episcopalem occupat Iosephus discipulus annis duobus, comprobante Mesrobe, qui anno eodem mortem cum vita commutavit.

(1) Hi tres quum sedem patriarchalem contra fas tenuissent, tandem persae regis mandato pulsi sunt.

(2) De hoc Vardano Mamiconio extat historia Elisaei armenii.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST. Theodosius iunior	PERS. Isdigerdes	ARM. Vardanus	PATR. Iosephus	
						IOSEPHVS annis II (1).	
		468	31	3	4	1	
		469	32	4	5	2	
						GIVDIVS annis XV.	
	312	470	33	5	6	1	Giudius s. Isaaci discipulus fuit e Taia provincia, oppido Arahezo.
		471	34	6	7	2	
			MARCIANVS annis V.				
Synodus chalcedonensis iussu Marciani Pulcheriaeque Theodosii sororis. Erant autem congregati *patres* DCXXXVI (2).		472	1	7	8	3	
	313	473	2	8	9	4	Eznichius et Corion nostrorum Interpretum (3) discipuli.
		474	3	9	10	5	
		475	4	10	11	6	
		476	5	11	12	7	SS. Vardanorum labores sub Isdigerde, quos luculento stilo conscripsit doctissimus inter Interpretum discipulos beatus Elisaeus.
			LEO MAGNVS annis XVII.				
Mambraeus Mosis (4) frater in Armeniam revertitur. Idem tertius philosophus esse perhibetur.		477	1	12	13	8	
	314	478	2	13	14	9	SS. Leontianorum a Persis caedes duobus post praedicta annis.
		479	3	14	15	10	
		480	4	15	16	11	
		481	5	16	17	12	
					ARMENIORVM OBEDIENTIA ET INTERREGNVM annis VI.		
Isdigerdem poenituisse aiunt quod Armeniam cladibus adfecisset, quo tempore Vasacius (5) quoque atroci morte periit, uti refert Elisaeus.	315	482	6	17	1	13	
		483	7	18	2	14	
		484	8	19	3	15	
				PEROZES annis XXII.			
						IOHANNES MANDAGVNIVS annis XII, ex Arsamunia *provincia*, *oppido* Zachnodo.	
	316	485	9	1	4	1	
		486	10	2	5	2	
		487	11	3	6	3	
					MAGNVS annis XIX.		
		488	12	4	1	4	
		489	13	5	2	5	Moses cognomento pater philologorum, qui rogante Isaaco principe Bagratunio historiam Armeniorum confecit.
David philosophus orbi inclaruit (6), oriundus Harchia provincia atque urbe Hertha.	317	490	14	6	3	6	
		491	15	7	4	7	
		492	16	8	5	8	
		493	17	9	6	9	
			ZENO annis XIII.				
Zenoni in imperio socii aliquamdiu fuere Leo iunior et Basiliscus.	318	494	1	10	7	10	
Zeno libellum pro orthodoxia scripsit duodecim anathematum synodi chalcedonensis.		495	2	11	8	11	Sanctus Thathulius cum maiore natu fratre, rebus omnibus pro Christo relictis, Deo addicitur.
		496	3	12	9	12	

(1) Iosephus hic, admiranda pietate doctrinaque praeditus vir, cum ss. Leontianis martyrium fecit sub Persis.

(2) Haec pericope variat atque interpolatur in codd.

(3) Apud Armenios per antonomasiam dicuntur *Interpretes* magna illa gentis lumina Isaacus et Mesrobes.

(4) Nempe Chorenensis illius summi historici de quo ad annum 489. Homiliae Mambraei quaedam feruntur satis laudabiles.

(5) Patriae suae proditor princeps quidam.

(6) Opera philosophica Davidis plura supersunt lingua armeniaca et graeca. Notissimi omnium sunt commentarii eius ad Aristotelem.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARMEN.	PATR.	
			Zeno	Peroses	Magnus	Babghenius	
						BABGHENIVS annis v, ex Vanandae oppido Othmeso.	
		497	4	13	10	1	
	319	498	5	14	11	2	
		499	6	15	12	3	Beatus Carnicus sancti Gregorii reliquias in Maniae specu reperit, quae mox Thordani collocatae sunt (1).
		500	7	16	13	4	
		501	8	17	14	5	
						SAMVEL annis v, e Beznuniae urbe Arzghia.	
Vahani Mamicunii res fortiter gestae contra Persas.	320	502	9	18	15	1	
		503	10	19	16	2	
		504	11	20	17	3	
		505	12	21	18	4	
	321	506	13	22	19	5	
			ANASTASIVS annis XVII.				
				VALARSACES annis III.			
					VAHANVS annis XXXI.		
						MVSAEVS annis VIII.	
Lazarus Pharpensis praesbyter, historicus et rhetor insignis (2).		507	1	1	1	1	Musaeus e Cotiae oppido Aelaberio.
		508	2	2	2	2	Vahanus templa, praesertim cathedrale, instaurando exornavit. Idem Vahanus Mamicunius Alanos obsidione pressit.
		509	3	3	3	3	
				CAVATVS anni VII.			
	322	510	4	1	4	4	
Anastasius et Zeno orthodoxi habentur.		511	5	2	5	5	
		512	6	3	6	6	
		513	7	4	7	7	Armenii ab obedientia recedentes pugnam adversus Cavatum instruunt.
	323	514	8	5	8	8	
						ISAACVS annis v, ex Harchine *oppido* Vleo.	
		515	9	6	9	1	
		516	10	7	10	2	Cavatus Amidam (3) cepit.
				CIAMASPES annis II.			
		517	11	1	11	3	
	324	518	12	2	12	4	
				CAVATVS denuo annis XVII.			
		519	13	1	13	5	
						CHRISTOPHORVS annis v.	
		520	14	2	14	1	Dominus Christophorus e Bagrevantiae oppido Tirargio.
		521	15	3	15	2	
	325	522	16	4	16	3	
		523	17	5	17	4	

(1) Recole ad annum Christi 336.

(2) Lazari historia, quae pertingit a Christi anno 410, nempe ab Arsacis et Valarsacis regno, usque ad principatum Vahani, edita est sine interpretatione Venetiis anno MDCCLXXXXIII.

(3) Haec est *Tigranocerta* ab haicano Tigrane olim condita; nunc dicitur *Diarbekir* homonymae provinciae metropolis.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARM.	PATR.	
			Iustinus	Cavatus	Vahanus	Christophorus	
			IVSTINVS annis IX.				
		524	1	6	18	5	
						LEONTIVS annis II, ex Arberuniae *oppido* Erasto minore.	
	326	525	2	7	19	1	
		526	3	8	20	2	
						NERSES annis IX.	
Solis universi defectus, quem consecuta est fames saevissima, cuiusmodi nulla Armeniam umquam corripuit. Eadem ad Persidem quoque atque ad Assyriam pertinuit triennii fere spatio.		527	4	9	21	1	Dominus Nerses Bagrevantinus, e magno oppido Astaracho.
		528	5	10	22	2	
	327	529	6	11	23	3	Mezezii Gnuniorum praefecti nobiles victoriae adversus Hunnorum incursiones (1).
		530	7	12	24	4	
Esdras Angelensis, Mosis episcopi Bagrevantini (2) discipulus, agmen rhetorum auxit.		531	8	13	25	5	
		532	9	14	26	6	
			IVSTINIANVS annis XXXVI.				
		533	1	15	27	7	
	328	534	2	16	28	8	
		535	3	17	29	9	
				CHOSROËS annis XLV.			
						IOHANNES annis XV, e Gabeleniae	
		536	4	1	30	1	*oppido* Synselmo.
		537	5	2	31	2	Vahanus Mamicunius pie mortem obiit. Eidem successit Vardus frater.
					VARDVS annis III.		
	329	538	6	3	1	3	
		539	7	4	2	4	
Chosroës Antiochiâ captâ colonias indidem in Persidem transtulit, suoque nomine insigniendas curavit.		540	8	5	3	5	
					PERSAE (3) PRAEFECTI post Vardum dominati sunt Armeniis annis IV.		
		541	9	6	1	6	
	330	542	10	7	2	7	
Horrenda hominum lues, cui parem nemo novit, ab occidentis regionibus initium cepit.		543	11	8	3	8	Post s. Gregorium annus CCLII (4).
		544	12	9	4	9	
					MEZEZIVS GNVNIVS annis XXX.		
		545	13	10	1	10	Fortis Mezezius, gente Gnunius, pulsis hostibus, praefectura potitus est.
	331	546	14	11	2	11	
		547	15	12	3	12	
		548	16	13	4	13	

(1) Antiquiores adhuc Hunnorum in Armeniam incursiones memorant Socrates VI. 1, et Sozomenus VIII. 1.

(2) Procul dubio intelligitur Moses ille historicus namque et Thomas Arzerunius in calce libri primi historiae suae haec ante Samuelem ait: *Quidquid autem a regno Fortis Arsacis usque ad praesens tempus scripsit ille magnus historicus Moses Taronensis* (idem qui *Chorenensis*) *Bagrevantiae et Arzeruniae episcopus* etc. De Mose episcopo historico et rhetore disseritur in praefatione Progymnasmatum eiusdem Venetiis editorum.

(3) Al. cod. *Saraceni.*

(4) Nempe post s. Gregorium anno Christi 291 excruciatum.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARMEN.	PATR.	
			Iustinianus	Chosroes	Mezezius	Iohannes	
	332	549	17	14	5	14	
		550	18	15	6	15	
						MOSES annis XXX.	
Prodigia in Ostania Armeniorum, quibus permotus fidem amplexus est beatus Machozius.		551	19	16	7	1	Dominus Moses ex Aragazotae oppido Elivardo.
		552	20	17	8	2	S. Managirhus, qui appellatus est (1) Gregorius, gente Rhazichus (2), martyrium consummavit.
		553	21	18	9	3	

Heic post Christi natalia annus DLIII expletus est, quo tempore Andreae (3) quoque cyclus ducentorum annorum absolvebatur. Atque hinc aera Armeniorum protinus oborta ob eiusmodi causam. Quum ducenarii cycli extremum plenilunium in diem XXV Martii incideret, initium autem die IV Aprilis fuisset, pergi ulterius haud poterat, propterea quod post diem XXV Martii ponenda fuisset dies XIII Aprilis, in quam nonum plenilunium incidebat: ideoque festa omnia, uti constat, et calendarii rationes perturbabantur. Tum demum eius aetatis sapientes celebrato conventu aeram Armeniorum condiderunt, ut paschale videlicet festum Domini et reliqua dirigerentur. Sed enim quum annis novem experti essent nondum se regulam satis firmam tenere, anno aerae decimo Oeas quidam (4) solerti mente praeditus invocatique ab eo sagaces magnique ingenii homines cyclum de communi sententia constituerunt qui dicitur quingentorum annorum. Haec aerae armeniacae origo est (5), quam nos ob tempora promptius exhibenda hosce in canones adsumemus.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARMEN.	PATR.	AERAE ARM.	
			Iustinianus	Chosroes	Mezezius	Moses	annus primus	
Pace inter Iustinianum et Chosroen composita, res universae ecclesiae prospero cursu utebantur.	333	554	22	19	10	4	1	S. Istbutzius, qui et Machusius, martyrium pro Christo subiit. Idem passi sunt Isaacus et Samuel et Izmuchius eadem persica gente orti.
		555	23	20	11	5	2	
		556	24	21	12	6	3	
Iberorum adversus nos schisma heic a nonnullis collocatur.	334	557	25	22	13	7	4	
		558	26	23	14	8	5	
		559	27	24	15	9	6	
		560	28	25	16	10	7	
	335	561	29	26	17	11	8	
		562	30	27	18	12	9	
		563	31	28	19	13	10	Hoc anno quingentorum annorum cyclus conditus est.
		564	32	29	20	14	11	
	336	565	33	30	21	15	12	Irion paschalem canonem violavit.
Nerses patricius, gente armenius, in graeci imperatoris aula florebat.		566	34	31	22	16	13	
		567	35	32	23	17	14	
		568	36	33	24	18	15 (6)	

(1) Puta in baptismo.

(2) *Rhazichi* populus Persidis. Al. cod. *Chuzichus*.

(3) Hic Andreas byzantinus anno Christi 353 cognoscebatur, uti in loco notatum est.

(4) Oeas in armeniaco calendario dicitur alexandrinus. Eius autem cyclus, quamquam vulgo dicitur annorum quingentorum, constat reapse annis DXXXII. Confer inferius ad Christi annum 1096.

(5) De hac aera Armeniorum legendus Freretus *Memor. de l'Acad. des Inscript.* etc. T. XIX. p. 85. 199 qui usus est Samuelis nostri excerptis a celebri Villefroyo sibi traditis: quem item Villefroyum legesis loquentem de eodem Samuele apud Montfauconium *Biblioth. mss.* p. 1026.

(6) Ad hunc annum scripta erat in codice vetustiore satis longa pericope, quae ob paginam putrefactam exscribi non quita est.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST. Iustinus	PERS. Chosroës	ARM. Merezius	PATR. Moses	AERAE ARM.	
			IVSTINVS annis XIV.					
		569	1	34	25	19	16	
Rursus hominum lues.	337	570	2	35	26	20	17	
		571	3	36	27	21	18	
		572	4	37	28	22	19	
		573	5	38	29	23	20	
	338	574	6	39	30	24	21	
					TYRANNI PERSO-SARACENI annis XXXVI.			
Hac aetate dissidia, pugnae, clades immanes, captivitates, direptiones, conclusiones in carceribus, dira fames, pestis, aliaeque multimodae calamitates.		575	7	40	1	25	22	
		576	8	41	2	26	23	Armeniorum proceres persici iugi impatientes duce Vartho Vasaci Mamicunii filio in clientelam Graecorum se contulerunt.
		577	9	42	3	27	24	
	339	578	10	43	4	28	25	
		579	11	44	5	29	26	
		580	12	45	6	30	27	
						ABRAHAMVS annis XXIII.		
		581	13	46	7	1	28	Abrahamus antea episcopus Rhestuniorum ex eadem provincia, oppido autem Albathanio.
	340	582	14	47	8	2	29	
			TIBERIVS annis V.					
		583	1	48	9	3	30	
				ORMIZDAS annis XII.				
		584	2	1	10	4	31	Turbae novae ob chalcedonense concilium.
		585	3	2	11	5	32	
	341	586	4	3	12	6	33	
		587	5	4	13	7	34	
			MAVRICIVS annis XX.					Mauricius graecarum copiarum dux, gente armenius, in imperium successit.
Verthanes atque Gregorius doctores ad Graecos profecti sunt: quum autem concordiam constituere non potuissent, cum exsecratione redierunt.		588	1	5	14	8	35	
		589	2	6	15	9	36	
	342	590	3	7	16	10	37	
		591	4	8	17	11	38	

Hac aetate Syri quidam circulatores in Armeniam delati ut Nestorii sectam studiose propagarent, anathemate expulsi sunt. Nonnulli tamen iis adhaeserunt, hique fallaces eorumdem libros interpretati sunt, videlicet Cortosacium, Cyriacosacium (1), Pauli visionem, Adami poenitentiam, Diathecen, Pueritiam Domini, item Sebium, botryonem benedictionis, patentes codices, ennarationem evangelii Manetis. Verum quicumque his fidem adhibuerunt, anathemate percussi sunt.

		592	5	9	18	12	39
Manifestum schisma (2).	343	593	6	10	19	13	40
		594	7	11	20	14	41
		595	8	12	21	15	42

(1) Quae sint haec opera curiosius inquirendum est praesertim apud Fabricium in opere *Codex pseudepigraphus et apocryphus veteris et novi Testamenti.* Namque et nuperus Sammartinius in Commentariis de rebus armeniacis p. 13 locum hunc Samuelis mutilatum exhibet sic: *Des livres apocryphes de l' ancien et du nouveau Testament, tels que l' Apocalypse de s. Pierre* (ita pro s. *Paul*), *la Penitence d' Adam, l' Evangile de l' enfance etc.* Et praeterea nihil subdit.

(2) Codices partim *verum schisma*, partim *verus motus*.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARMEN.	PATR.	AERAE ARM.	
			Mauricius	Chosroes	Tyranni	Abrahamus		
				CHOSROËS annis XXXVIII.				
Sembatus Bagratunius plurimis proeliis contra hostes Chosrois feliciter patratis, honores a Chosroë retulit, atque Hyrcaniae praefectura ornatus est: ad quam profectus reperit in Sagastania Armenios captivos linguae suae scriptaeque litteraturae iam immemores: quorum excolendorum studiosus dedit operam ut a patriarcha Armeniorum crearetur episcopus eius loci Habelus quidam. Eam vero dioecesim cathedrae s. Gregorii esse voluit.		596	9	1	22	16	43	
		597	10	2	23	17	44	
	344	598	11	3	24	18	45	
		599	12	4	25	19	46	
		600	13	5	26	20	47	
		601	14	6	27	21	48	
	345	602	15	7	28	22	49	
		603	16	8	29	23	50	
						IOHANNES e Cogotiae oppido Bagaranie annis XXVI.		
		604	17	9	30	1	51	Nonnulli historici dominum Iohannem et dominum Abrahamum eodem anno extinctos tradunt; alii tamen uti nos scribimus.
		605	18	10	31	2	52	
Plures caedes.	346	606	19	11	32	3	53	
Mauricius propter morum saevitiam ab exercitu suo cum liberis universaque progenie miserabili excidio consumitur.		607	20	12	33	4	54	
			PHOCAS annis VIII.					
Horianus persicarum copiarum dux, captis Hierosolymis quinquaginta hominum millia interfecit, centumque millia mancipio addixit, crucis vero salutiferum lignum cum cetera supellectile sacra in thesaurum Chosrois regis invexit.		608	1	13	34	5	55	
		609	2	14	35	6	56	
	347	610	3	15	36	7	57	
					Tyrannis internecione sublatis, nempe Gihr-Burzeno, Gihr-Vesnasbohene, Gihr-Vezonmirhano et reliquis Perso-Saracenis, *imperat* DAVID SAHARVNIVS annis XXX.			
Sembatus Bagratunius s. Gregorii templum caesis lapidibus restaurat in urbe Devina magnificentius atque admirabilius.		611	4	16	1	8	58	
		612	5	17	2	9	59	
		613	6	18	3	10	60	
	348	614	7	19	4	11	61	
		615	8	20	5	12	62	Cathedralis Merenii aedes conditur a Davide Saharunio.
			HERACLIVS annis XXXI.					
		616	1	21	6	13	63	
		617	2	22	7	14	64	
	349	618	3	23	8	15	65	Mahumeti manifestationem quidam historici hoc aerae anno LXV tradunt, alii anno LXII, alii denique anno LXVIII (1).
		619	4	24	9	16	66	
		620	5	25	10	17	67	
		621	6	26	11	18	68	
	350	622	7	27	12	19	69	
		623	8	28	13	20	70	
		624	9	29	14	21	71	
Hac aetate Iberi ab Armeniorum communione secesserunt propter chalcedonense concilium: Graecis autem per Cyrionem antistitem suum copulati sunt.		625	10	30	15	22	72	
	351	626	11	31	16	23	73	Argiesa urbs capitur.
		627	12	32	17	24	74	
		628	13	33	18	25	75	
		629	14	34	19	26	76	

(1) Immo et duo Samuelis recentiora exemplaria tradunt anno 62. Nos tamen vetustiori codici, in quo desideratur haec de variis circa hegiram opinionibus pericope, adhaerentes, trademus anno aerae armeniacae 95.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PERS.	ARM.	PATR.	ARRAB. ARM.	
			Heraclius	Chosroës	David	Comitas		
						COMITAS annis VIII, ex Aragaziae oppido Alzio.		
	352	630	15	35	20	1	77	Magnus patriarcha Comitas martyrium sanctae heroinae Rhipsimiae mirabiliore atque illustriore structura restaurat, quod antea vulgare admodum fuerat aedificium. Ibidem quum ossa sanctae eiusdem feminae condita reperisset, reserare arcam non est ausus a sancto Gregorio sanctoque Isaaco sigillis obsignatam : immo eam suo quoque sigillo munitam ibidem reposuit (1).
		631	16	36	21	2	78	
Heraclius Chosroëm Persarum regem occidit.		632	17	37	22	3	79	
				CAVATVS anno I.				
		633	18	1	23	4	80	
				ARTASIRES annis II.				
	353	634	19	1	24	5	81	
		635	20	2	25	6	82	
				HORIANVS anno I.				
Heraclius Horianum (2) Persis regem imponit, cruce salutifera ab eo vicissim recepta. Hunc tamen sui milites interfecerunt.		636	21	1	26	7	83	
				CHOSROËS anno I.				
		637	22	1	27	8	84	
				PARBORNVS et ZARMDOCHTES anno I.				
						CHRISTOPHORVS annis II. Hic nobili		
Varaztirozes princeps Bagratunius Sembati filius ingenti honore affectus a Chosroe regreditur in Armeniam.	354	638	23	1	28	1	85	Apahuniorum gente ortus, religionis in primis amans, quum pravos procerum nostrorum mores frustra emendare studuisset, duobus annis post relicta sede monasterium sibi prope oppidum Ulesium struxit, ibique usque ad obitum mansit in secessu.
				ISDIGERDES annis XII.				
		639	24	1	29	2	86	
Bellum arabicum.						ESDRAS annis IX, e Nighiae provinciae Pharaznocerta.		
		640	25	2	30	1	87	
					THEODORVS RHESTVNIVS an. XXV.			
Quum Heraclius concilium in urbe Carina congregavisset, Esdras Armeniorum patriarcha in chalcedonensi controversia consensit, cuius rei praemium retulit tertiam provinciae Colbensis partem universamque Alesiam (3), quas terras Graeci a nostrorum patriarcharum dioecesi abstraxerant.		641	26	3	1	2	88	Persae Devinam urbem ceperunt, quam Tiridatis filius Chosroes condiderat, sibique regiam sedem delegerat.
	355	642	27	4	2	3	89	
		643	28	5	3	4	90	
		644	29	6	4	5	91	
		645	30	7	5	6	92	Secta discipulorum Iohannis Mairacomensis emersit, quorum antesignanus erat Sergius, homo arrogans atque ambitione tumens.
	356	646	31	8	6	7	93	
			CONSTANTINVS annis III.					
		647	1	9	7	8	94	
		648	2	10	8	9	95	

(1) Comitas patriarchae canitur ab Armeniis prolixus hymnus de s. Rhipsimia eiusdemque sociis virginibus, idque exemplar haicanae poëseos omnibus numeris absolutum merito existimatur.

(2) *Horianum* historici armenii passim cum persis dicunt *Choremum*, idemque saepe asuevenit etiam in Samuelis codicibus.

(3) Codd. *Alet*, qui locus nobis satis non est exploratus.

Per hosce dies inclaruit falsi prophetae Saracenorum manifestatio, Cerinthi atque Arianorum asseclae, cui nomen Mahumetus, gente ismaelitae, filii Agaris, qui praeceptore usus est solitario viro quodam, nomine Bechira, sectâ ariano Sinai deserti incola: quem in locum videlicet confluentes *Ismaëlitae* numero aucti sunt, ex quo tempore Sara ancillam suam Agarem expulit.

Constantino Heraclii filio regnante captâ a Saracenis Devinâ, ut quidam ait historicus, interfecta sunt festo die Epiphaniae in s. Sergii aede duodecim millia hominum, ita ut caesorum sanguine sacra mensa et baptismatis fons redundaret: abducta vero in captivitatem sunt plus triginta quinque hominum millia. Mox corpora eorum, qui hoc bello ceciderant, collegit Nerses patriarcha, atque in eadem sacra aede, quam refecit, collocanda curavit.

Iamvero ismaeliticae gentis rex eadem in urbe sedem fixit; primus quidem nomine Chalarthus, de quo vaticinium sacra Biblia cecinerant, fore scilicet ut Chalartalabii (1) populus gladios suos cruore saturaret. Hic octo post annos obiit: successitque Amaranus annis XII. Sed enim ille Chalarthus Damascum usque progressus fuerat, et in Mesopotamia Amidam urbem infinita direptione vastaverat. Exin tres duces alium aliò dimiserat; in graecas quidem provincias Ialum (2) seu Ioëlem, qui Graecorum septuaginta millia cecidit; in Persidem vero Othmanum Amiram Maviaeumque copiarum ducem, qui debellaverunt viginti mille Myrdatis milites, itemque Armeniorum ducem Musaeum cum suis equitibus: atque ita contigit ut Armeniis, Persis, Syris, Aegyptiis, Medis, Parthis et Palaestinis potirentur.

Iam causa, quamobrem hi consecuti sunt dominatum, eiusmodi fuit. Princeps quidam damascenae regionis Sergius haud modica re mercatores ismaeliticos spoliabat: Chalarthus autem quum saepe de his iniuriis expostulasset, nec ille ab ingenio decederet; ad extremum collectis gentis suae pedestribus equestribusque copiis ter impressionem in hostem fecit, neque re sua tantum potitus est, verum etiam aliena: quare et in Armeniam delatus, vi conabatur religiosam incolarum fidem subvertere.

Praeterea Ismaëlitarum rex praedictus conspirantem secum nactus est quemdam nomine Mahumetum, aegyptiorum mercatorum principem. Hic legum mosaicarum modice peritus, sed Arii Cerinthique sectae addictus, qui regnum caelorum corporeum esse dicebat, in quo scilicet terrestris cibus ventris inesset, itemque connubium post resurrectionem. Idem leges inter se contrarias docuit, antiqua scilicet et nova statuta, absurda comminiscens atque insolentia praedicans, nimisque impudenter foedus illud Abrahami corrumpens, quo iussum est: « Marem omnem apud vos circumcidetis octava die »; ipse autem non mares tantum, verum etiam proh pudor! femellas: signaculum dominici foederis violans. Statuit insuper ut aqua tantum (3) lavarent perpetuo in fonte baptismatis: multasque praeterea absurdas eiusmodi et insanas risuque dignas consuetudines docuit.

Hunc Mahumetum quum sibi legislatorem et oraculum copiarumque ducem *Saraceni* praefecissent annis XX, summo excidio debellaverunt Beznuniam, Aleovidiam atque Taroniam (4). Quamquam postremo Mahumetus quum fideles obluctantes sectae suae cognovisset, edicto copiam fecit nominatim armeniacis provinciis christiano ritu utendi, atque, ut ita dicam, religionem quam sectabantur eisdem vendidit, vectigali imperato, nempe ut familiae singulae quatuor asses, modios aridorum tres, hippoperam, cilicinumque funem persolverent. Huius tamen tributi immunibus esse concessit sacerdotibus, nobilibus et equitibus. Atque Saraceni postquam prolatis imperii finibus omnium potiti sunt, dici coeperunt Amiralmumni (5). Iam post Mahumeti annos XX (6), dominati sunt Abubechirus, Othmanus et Omarus annis XXXVIII.

Hac tempestate imperium quoque Persarum, quod dicebatur Sasanidarum, sublatum est, postquam annis CCCCX perseveraverat: persicum autem sceptrum ceperunt Saraceni, qui dicti sunt Amiralmumni.

SARACENORVM AMIRALMVMNI (7).

Mahumetus annis XX; Abubechirus annis VIII; Othmanus annis X; Omarus annis XX; Maviaeus annis XXII; Meruanus anno I; Iezithus annis III; Abdelmelichus annis XXII; Velithus annis IV; Omarus annis II; Ezithus annis VI; Heschemus annis XIX; Velithus anno I; Meruanus annis VIII; Abdla annis XXII; Abdelazizus annis III; Mahdis annis IX; Musis annis X; Harunus annis XXIII; Mahmetus annis V; Maimunus annis XXVII; Ibenmeretus annis IX; Harunus annis XVIII; Ciaphares annis XI. Horum memoria perditione obruatur.

---

(1) CHALTEVR dicuntur ab Armenis *exte*. Hoc autem loco haud scimus utrum respiciendum sit ad Deut. XXVIII. 49, an ad Hierem. XLVI. 10, vel ad Psal. LVI. 5 vel ad LVIII. 8. Rem alii diligentius considerent.

(2) Heic codices aliqua corruptione laborabant.

(3) Nempe sine verbis sacris.

(4) Hae sunt Armeniorum provinciae.

(5) Codices partim *Amirimumni*, partim vero *Amiralmumni*, nempe *imperatores fidelium*.

(6) Codd. XL. Sed iidem ante postea que habent *XX*.

(7) Hic titulus cum sequentibus Amiralmumnis abest ab antiquiore exemplari.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Constantinus	PERS. Isdigerdes	ARM. Theodorus	PATR. Nerses	AERAE ARM.
					NERSES annis XX, antea episcopus Daiae ex eadem provincia.	
	649	3	11	9	1	96
		CONSTANTIVS (1) annis XXVIII.				
357	650	1	12	10	2	97
			ABVBECHIRVS annis XIV.			
	651	2	1	11	3	98
	652	3	2	12	4	99
	653	4	3	13	5	100
358	654	5	4	14	6	101
	655	6	5	15	7	102
	656	7	6	16	8	103
	657	8	7	17	9	104
359	658	9	8	18	10	105
	659	10	9	19	11	106
	660	11	10	20	12	107
	661	12	11	21	13	108
360	662	13	12	22	14	109
	663	14	13	23	15	110
	664	15	14	24	16	111
			MAVIAEVS annis XXII.			
	665	16	1	25	17	112
				HAMAZASPES annis VII.		
361	666	17	2	1	18	113
	667	18	3	2	19	114
	668	19	4	3	20	115
					ANASTASIVS annis VI, oriundus Agurio ad Masisii radices.	
	669	20	5	4	1	116
362	670	21	6	5	2	117
	671	22	7	6	3	118
	672	23	8	7	4	119
				GREGORIVS an. X.		
	673	24	9	1	5	120
363	674	25	10	2	6	121
					ELIAS an. VI.	
	675	26	11	3	1	122
	676	27	12	4	2	123
	677	28	13	5	3	124

Templum s. Gregorii mirabile visu aedificat Nerses patriarcha, postquam aliud s. Sergii Devinae, et aliud item super puteo s. Gregorii construxerat.

Schisma paschatis causa.

Urbis Erevanae seditio, cuius accuratam descriptionem lege sis apud vetustiores historicos Sapuhium (2) et Asolnichium.

Devinam urbem itemque Petizium Graeci inflammaverunt.

Anastasius patriarcha magnum doctorem ad se vocat Ananiam ex oppido Aneniensi, ut firmum apud nos calendarium, cuiuscemodi apud alias gentes est, adornaret (3); id quod solerti cura perfectum est. Sed enim quum idem synodi suffragiis confirmandum esset, moritur interim dominus Anastasius: cuius successoribus rem negligentibus, in vetere ritu perseveratum est.

Cathedrale templum Arugii conditur, in eoque baptismate tingitur martyr Christi David, dictus antea Surhanus, persica provincia oriundus, qui Christum confessus ligno suspensus est in urbe Devina.

Nonnulli pro Elia scribunt Israelem annis VIII.

(1) Codd. *Constantinus.*

(2) Sapuhium Bagratunium commemorat ipse Asolnichius in historiae suae prologo, praeter Iohannem patriarcham VI.

(3) Quum Armenii non mensi- sed hebdomadae statis diebus festa sua olim (uti nunc etiam) quotannis agitarent, idcirco calendarium mobilitate non carebat. Iamvero Anastasius ad ceterarum gentium rationem nisus frustra est per Ananiam accedere. Ananiae vero doctoris, cognomento Siracunii, astronomia utuntur adhuc Armenii. Chronologiam eiusdem memorat Asolnichius dum ait: « inter exitum Hebraeorum ex Aegypto et templi aedificium, secundum Origenem atque Ananiam, interiectos esse annos CCCCLXXXX. »

	OLYMP.	CHRISTI	CONST. Constantinus	PERS. Maviaeus	ARM. Gregorius	PATR. Elias	AERAE ARM.	
			CONSTANTINVS filius Constantii annis XIV.					
	364	678	1	14	6	4	125	
		679	2	15	7	5	126	
		680	3	16	8	6	127	
						ISAACVS annis XXIII.		
	365	681	4	17	9	1	128	Isaacus ante fuerat Rhodicorum episcopus, oriundus e Soraphorae oppido Arcunaseno.
		682	5	18	10	2	129	
					NERSEHVS annis III.			Gregorio Mamicunio a Chaziris in bello caeso successit in Armeniorum praefecturam Nersehus Siracanus.
		683	6	19	1	3	130	
		684	7	20	2	4	131	
		685	8	21	3	5	132	
					ASVSTIVS an. III.			
	366	686	9	22	1	6	133	
				EZITHVS annis IV.				
		687	10	1	2	7	134	
		688	11	2	3	8	135	Asutius a Saracenis occiditur.
					NERSEHVS CAMSARACANVS annis III.			
Gregorius Arsaruniae episcopus et Philo doctor in praefectura Nersehi Camsaracani sapientia florebant (1).	367	689	12	3	1	9	136	
		690	13	4	2	10	137	
				MERVANVS anno I.				
		691	14	1	3	11	138	
			IVSTINVS annis XII.					
				ABDELMELICHVS an. XXI.				
					SEMBATVS an. XX.			Sembatus Bagratunius, cognomento Byratius, principatum tenet.
		692	1	1	1	12	139	
		693	2	2	2	13	140	
Iustinus seditione militari coorta naso truncatus est. Ipse autem in Indiam usque elapsus, comparato ibidem exercitu reversus est, interfectisque optimatibus imperium recepit.	368	694	3	3	[illegible]	14	141	Malimus celsioribus moenibus Namestiam instruxit.
		695	4	4	4	15	142	
		696	5	5	5	16	143	
		697	6	6	6	17	144	
	369	698	7	7	7	18	145	Saeva hieme mare Beznunium gelu adstrictum est (2).
		699	8	8	8	19	146	
Isaacus patriarcha, vir sapientia et morum integritate conspicuus, cum aliis gentis nostrae principibus vinctus ducitur Damascum ab Abdela.		700	9	9	9	20	147	Baguanae in Bagrevantia provincia coenobium s. Gregorii caede vastatur.
		701	10	10	10	21	148	
	370	702	11	11	11	22	149	Bellum Vardanocertanum duce impigro fortique Sembato.
		703	12	12	12	23	150	

(1) Gregorii dogmatica opera supersunt. Philo Socratis historiam ecclesiasticam in armeniacam sermonem transtulit; eaque interpretatio in Armeniorum bibliothecis et partim etiam Parisiis extat.

(2) Armeniae lacus maximus, cui nomen etiam *mare Altemari* et *mare Vani*.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Leo	PERS. Abdelmelichus	ARM. Sembatus	PATR. Elias	AERAE ARM.	
		LEO annis III.			ELIAS annis XIV.		Mahmetus pugna in mari Gelamio (1) conserta cepit insulam Sevaniam.
	704	1	13	13	1	151	
	705	2	14	14	2	152	
371	706	3	15	15	3	153	
		ABSIMARES annis IV.					
	707	1	16	16	4	154	Casmus Amira Vaspuracanorum principes caedit.
	708	2	17	17	5	155	
	709	3	18	18	6	156	
372	710	4	19	19	7	157	
		IVSTINVS annis VI.					
	711	1	20	20	8	158	Ananiae doctoris auditores Hermon, Tiridates, Azarias, Ezechiel et Cyriacus.

Hoc tempore incendio consumpti sunt Armeniorum principes in urbe Nachiciavana: quamobrem dominationis series heic abrumpitur. Iam de hoc temporis intervallo dominus Iohannes in sua facunda elaborataque historia sic loquitur : « Quum Agarenorum dominatus prorsus in Armenia praevaluisset, » regionis nostrae proceres indigenae desiverunt : siqui autem forte reliqui erant, ii sub iugo servili » latentesque vivebant. Idcirco, inquit, in hac historia series principum nostrorum defectu laborat ». Verumtamen domini Tiridatis (3) aetate cessantibus hostium incursionibus, rursus ego praedictos principes in canone collocabo.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Iustinus	PERS. Abdelmelichus	PATR. Elias	AERAE ARM.	
	712	2	21	9	159	
			VELITHVS annis IX.			
	713	3	1	10	160	
373	714	4	2	11	161	
	715	5	3	12	162	Susanna Vahani Camsaracani filia quum in potestatem infidelium venisset martyrium fecit Charris.
	716	6	4	13	163	
		PHILICVS (2)	VARDANVS an. IV			
	717	1	5	14	164	
				IOANNES OZNIENSIS annis XI.		
374	718	2	6	1	165	Sanctus Iohannes philosophus (4) legibus optimis ecclesiarum maiestatem confirmabat. Idem accitus ad aulam principis Saraceni ob eximiam formae elegantiam magnis honoribus auctus est.
	719	3	7	2	166	
	720	4	8	3	167	
		ARTEMVS annis I.				
	721	1	9	4	168	
		LEO annis XXIV.				
			SVLIMANVS annis II.			
375	722	1	1	5	169	Darbantiam capit Sulimanus.
	723	2	2	6	170	

(1) Superius p. 25 *Gelacunia.*

(2) Ita codd. pro *Philippicus.*

(3) Nempe *Tiridatis secundi patriarchae.*

(4) Huius Iohannis Ozniensis opera varia feruntur. Eiusdem oratio *contra Phantasticos* exscripta est e codice parisiaco nuperque edita Venetiis cum latina interpretatione.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST. Leo	PERS. Omarus	PATR. Iohannes	AERAE ARM.	
				OMARVS annis III.			
		724	3	1	7	171	
		725	4	2	8	172	Asutii Bagratunii principis obitus.
	376	726	5	3	9	173	
				EZITHVS annis VI.			
		727	6	1	10	174	
		728	7	2	11	175	
					DAVID annis XIII.		
		729	8	3	1	176	Dominus David oriundus e Cotae Aramunia, quo in loco templum quoque construxit atque aedes patriarchales, cathedra ex urbe Devina illuc translata, propter intolerandas molestias quae a nefaria Mahumetanorum gente accidebant.
	377	730	9	4	2	177	
		731	10	5	3	178	
		732	11	6	4	179	
				SAHMSEMVS annis XIX.			
Darbantia instaurata est.		733	12	1	5	180	
	378	734	13	2	6	181	
		735	14	3	7	182	
		736	15	4	8	183	
		737	16	5	9	184	
	379	738	17	6	10	185	
		739	18	7	11	186	
S. Gregorii coenobium combustum est.		740	19	8	12	187	
		741	20	9	13	188	
					TIRIDATES annis XXIII.		
	380	742	21	10	1	189	Dominus Tiridates ex Othmeso oppido, vir integritate sanctimonia omnique virtutum genere praeditus.
		743	22	11	2	190	
		744	23	12	3	191	
		745	24	13	4	192	
			CONSTANTINVS annis XXXVII.				
Constantinus Leonis filius cognomentum Caballini (1), idest stercora colligentis, idcirco sortitus est, quia quum Saracenorum exercitu premeretur in ripa Halyos fluminis castrametantium, iussit collecta stercora in profluentem proiici: qua ex re hostes infinitum exercitum suspectantes metuentesque fugae se commiserunt. Idem fertur una die quinque leones continuatis ictibus confecisse.	381	746	1	14	5	193	
		747	2	15	6	194	Vahanus Chosrois Golthaniae principis filius martyrium fortiter fecit (2).
		748	3	16	7	195	
		749	4	17	8	196	
	382	750	5	18	9	197	
		751	6	19	10	198	
				VELITHVS annis II.			
		752	7	1	11	199	
		753	8	2	12	200	

(1) Ita Samuel pro *Copronymi.* Iam Zonaras xv. 2 aliam causam eamque notissimam tradit huius agnominis.

(2) In Vahanum principem, quem adolescentem Saraceni Christi odio occiderunt, superest hymnus qui editus putatur a litterata femina sorore eius moestissima Chosroanusa.

Mahmetus iunior expeditione in Armenios suscepta, Armeniorum et Persarum dominatum obtinuit.

Duo sidera, alterum orientem versus, alterum in occidente apparuerunt.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Constantinus	PERS. Meruanus	PATR. Tiridates	AERAE ARM.
			NERVANVS annis VI.		
383	754	9	1	13	201
	755	10	2	14	202
	756	11	3	15	203
384	757	12	4	16	204
	758	13	5	17	205
	759	14	6	18	206
			AMIR-ABDLA an. III.		
	760	15	1	19	207
	761	16	2	20	208
385	762	17	3	21	209
			ABDLA annis XXII.		
	763	18	1	22	210
	764	19	2	23	211

Schisma paschatis causa.

Isaacus nobilis Bagratunius, vir abundans virtutibus pacisque studiosus. Hac aetate Isaacus et Hamazaspes Vahani principis Arzeruniorum filii impressione adversus incursores facta in partibus Vaspuracaniae multos ex iis bello fregerunt: donec ab hostibus confossi vulneribus gloriosissime obierunt.

Constantinus Carinam urbem cepit, quam duos post annos Ezithus Amira instauravit.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Constantinus	AMIR. Abdla	ARM. Asutius	PATR. Tiridates	AERAE ARM.
				ASVTIVS an. XVII.		
					TIRIDATES annis III.	
386	765	20	3	1	1	212
	766	21	4	2	2	213
	767	22	5	3	3	214
					SION annis VIII.	
387	768	23	6	4	1	215
	769	24	7	5	2	216
	770	25	8	6	3	217
	771	26	9	7	4	218
388	772	27	10	8	5	219

Hinc denuo exordiamur armeniacorum praefectorum seriem, quorum primus est Asutius Bagratunius (1).

Dominus Tiridates alter e Dasnavoria provincia.

Dominus Sion e Bagunia provincia, ad radices montis Simi. Hic fonti exarescenti, vigiliis et precibus, perennes aquas restituit.

Hoc tempore clades Chalenii Arenii et Thalnae (2), quo in loco septingenti homines necati sunt, capti autem mille et ducenti.

Muselius Mamicunius et Samuel cum suis familiaribus aliisque conspicuis ex Armeniorum exercitu viris per dies paschales ab Ismaelitis caesi sunt. Hac aetate florebat Stephanus sacerdotum in aula princeps, vir doctissimus et omni philosophica et grammatica disciplina politissimus, non sine spiritalium virtutum comitatu. Item cognoscebantur illustres armeniacarum provinciarum doctores domini Ephremus, et Anastasius et Crucedatus, et David cognomento Romarenus, magnusque philosophus Stephanus Siuniensis auditor Mosis.

(1) Heic revera incipit Bagratuniorum dominatio, qui demum regio nomine praefulserunt.

(2) Haec nomina fortasse in aliquo mendo cubant.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Constantinus	AMIR. Abdla	ARM. Asutius	PATR. Sion	AERAE ARM.
	773	28	11	9	6	220
	774	29	12	10	7	221
	775	30	13	11	8	222
					ISAIAS annis XIII.	
389	776	31	14	12	1	223
	777	32	15	13	2	224
	778	33	16	14	3	225
	779	34	17	15	4	226
390	780	35	18	16	5	227
	781	36	19	17	6	228
				SENBATVS annis XXII.		
	782	37	20	1	7	229
		LEO annis V.				
	783	1	21	2	8	230
391	784	2	22	3	9	231
			BAHADINVS annis X.			
	785	3	1	4	10	232
	786	4	2	5	11	233
	787	5	3	6	12	234
		CONSTANTINVS et IRENE mater annis X.				
392	788	1	4	7	13	235
					STEPHANVS anno I.	
	789	2	5	8	1	236
					IOABVS Curopalates ex Ostania anno I.	
	790	3	6	9	1	237
					SOLOMON anno I, e coenobio Machenorum, vir grandaevus (4).	
	791	4	7	10	1	238
					GEORGIS annis III, ortus ad Aracasi radices.	
393	792	5	8	11	1	239
	793	6	9	12	2	240
	794	7	10	13	3	241

Dominus Isaias e Nighiae oppido Elipatrusa. Hic erat viduae filius, quae secum ad ianuas aedis patriarchalis vitam degebat, ibique filium magna cum spe nutriebat. Revera hic tandem ad patriarchalem dignitatem meritissime evectus est.

Horum imperantium aetate Romae(1) imagines restitutae sunt. Item contigit ut ingens quaedam arca marmorea viseretur: quae postquam ab admirantibus reserata est, haec ibi scripta occurrerunt: « Quid me tegere » interest, quandoquidem » Constantini et Irenes » temporibus me sol visu» rus est (2)? »

Defuncto Isaia Ipendaclus (3) devinensem ecclesiam spoliat: dominus autem Stephanus devinensis non nisi ingenti pecunia soluta succedit.

(1) Intelligit novam Romam Cpolim.

(2) Rem narrant etiam Zonaras XV. 10, Cedrenus p. 469 D, Glycas IV. p. 285 B-C.

(3) Hoc vocabulum fortasse mendosum.

(4) Iohannes patriarcha Armeniorum et historicus, nec non Aselnichios et alii, narrant hunc Solomonem, dum ad sedem patriarchalem adduceretur, interrogatum a quibusdam cur nam tam devexa aetate et corpore abstinentia confecto patriarchatum exoptasset, protinus respondisse, pergere se ut a claris pictoribus in ecclesiae pariete cum reliquis patriarchis exprimeretur. Hoc picturae apud Armenios documentum Eruditi non spernent.

Constantinus postquam annis decem cum matre regnaverat, fertur hac imperio deiecta, solus rerum potitus annis VII; mox et mater Irene capti filii oculos effodisse et sola regnavisse annis V.

POST ADAMVM AN. MMMMMM, POST CHRISTVM DCCCII.

Animalium lues.

Falsus rex Thomas in urbem Carinam venit.

Sembatus atque Gregorius Churdeio geniti in Syriam abducti sunt.

Hostis Chrysopylen usque pervenit, captaeque sunt plurimae civitates, quas inter Macedoniae praecipua Hadrianopolis.

Leo imagines deiecit. Idem aedificavit Byzum et Arcadiopolim, cepitque Camachum.

Sevata agarenus ducta uxore Arusiaca de gente Bagratunia consilium init cum armenus optimatibus iugo Amirarum saracenorum semet eripiendi.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Constantinus	AMIR. Musis	ARM. Sembatus	PATR. Iosephus	AERAE ARM.
			MVSIS anno I.			
					IOSEPHVS annis XI.	
	795	8	1	14	1	242
			HARVNVS (1) RASID annis XXIII.			
394	796	9	1	15	2	243
	797	10	2	16	3	244
		NICEPHORVS annis IX.				
	798	1	3	17	4	245
	799	2	4	18	5	246
395	800	3	5	19	6	247
	801	4	6	20	7	248
	802	5	7	21	8	249
	803	6	8	22	9	250
				ASVTIVS an. XX.		
396	804	7	9	1	10	251
	805	8	10	2	11	252
					DAVID annis XXVII.	
	806	9	11	3	1	253
		MICHAËL annis III.				
	807	1	12	4	2	254
397	808	2	13	5	3	255
	809	3	14	6	4	256
		LEO annis VIII.				
	810	1	15	7	5	257
	811	2	16	8	6	258
398	812	3	17	9	7	259
	813	4	18	10	8	260
	814	5	19	11	9	261
	815	6	20	12	10	262
399	816	7	21	13	11	263
	817	8	22	14	12	264
		MICHAËL annis IX.				
	818	1	23	15	13	265
			MAHMETVS (4) an. III.			
	819	2	1	16	14	266
400	820	3	2	17	15	267
	821	4	3	18	16	268

Hic Iosephus e familia Aragaziorum erat, incola autem coenobii s. Gregorii.

Fratres duo Isaacus et Iosephus abiecto ismaelismo martyrium consummaverunt, sanctam Trinitatem professi in urbe Carina, mensis Araz (2) quinta decima die feria quinta.

Asutius Sembati filius cognomento Mesagher (3).

David ortus e Mazalae oppido Calao.

Nicephorus contra Bulgaros profectus interiit cum universo comitatu.

Fames ubique adeo vehemens, ut in urbe Carina uno die ter mille homines extincti sint.

(1) Codd. *Aharon*.

(2) Illa quidem aetate hic erat *october*.

(3) Nempe *carnivorus*. Ita autem dictus est ob hostes saepe et fortiter caesos.

(4) Codd. *Mahmatus*.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST. Michael	AMIR. Maimunus	ARM. Asutius	PATR. David	AERAE ARM.	
				MAIMVNVS annis XXI.				
		822	5	1	19	17	269	
		823	6	2	20	18	270	
					SEMBATVS annis XXXII.			
	401	824	7	3	1	19	271	Sembatus filius Asutii cognomento Aplabasus.
		825	8	4	2	20	272	
		826	9	5	3	21	273	
			THEOPHILVS annis XV.					
Theophilus in Syriam profectus urbem Upatram cepit; tum in Armenia castellum Palinum et Mezcertam et Anham in Dedniensi provincia, et Chosanam.		827	1	6	4	22	274	Cum Thoma deceptore certamen.
	402	828	2	7	5	23	275	
		829	3	8	6	24	276	
		830	4	9	7	25	277	
		831	5	10	8	26	278	
	403	832	6	11	9	27	279	
						IOHANNES annis XXII.		
		833	7	12	10	1	280	Iohannes ortus erat in Cotiae oppido Ova.
Sembatus templum ingens atque ornatissimum condidit Erazgavorae, quae nunc dicitur Siracuana.		834	8	13	11	2	281	
		835	9	14	12	3	282	Theophilus Trapezuntem cepit, Persasque pulsavit.
	404	836	10	15	13	4	283	
		837	11	16	14	5	284	
		838	12	17	15	6	285	
		839	13	18	16	7	286	
	405	840	14	19	17	8	287	Anno domini Iohannis octavo malevoli quidam eiusdem curiae homines invidiosis calumniis virum sanctum onerabant. Hi tamen pessimum vitae finem nacti sunt.
		841	15	20	18	9	288	
			MICHAËL annis XXIV.					
		842	1	21	19	10	289	
				ABVSAHL MAHMETVS annis II.				
		843	2	1	20	11	290	
	406	844	3	2	21	12	291	
				HARVNVS (1) annis IV.				
		845	4	1	22	13	292	
		846	5	2	23	14	293	
		847	6	3	24	15	294	
	407	848	7	4	25	16	295	
				CIAPHARES annis XVII.				
		849	8	1	26	17	296	

Quo tempore magnus erat ismaëliticae gentis Amira Ciaphares, magnus item dux Armeniorum Sembatus confessor, venit in Armeniam Amirae eiusdem iussu quidam legatus Abusethus, qui Bagaratum principem protinus captum vinculisque constrictum misit ad Ciapharem. Montis autem Tauri incolae, qui nunc Sasunii dicuntur, ut eorum quae adversus Bagaratum acta fuerant poenas expeterent, tumultuario milite conflato Abusethum pulsis eius copiis interemerunt (2).

(1) Codd. *Aharon*.

(2) Haec historia paulo brevior scribitur in nonnullis codicibus ad annum 846.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Michael	AMIR. Ciaphares	ARM. Sembatus	PATR. Iohannes	AERAE ARM.
408	850	9	2	27	18	297
	851	10	3	28	19	298
	852	11	4	29	20	299
	853	12	5	30	21	300
	854	13	6	31	22	301
					ZACHARIAS annis XXII, e Cotiae oppido Zaga.	
	855	14	7	32	1	302

Pessimus denique omnium valido cum exercitu superveniens Bugha (1), quem impius Ciaphares ad ulciscendam Abusethi necem in Armeniam mittebat, pluribus calamitatibus varioque poenarum ac caedium genere gentem excruciavit, praesertim nobiles et equestris militiae ordinem: quibus autem vitam largiebatur, eos ut a Christo deficerent atque in sectae suae impietatem concederent blanditiis impellebat. Verum plurimi forti animo homines scutum sibi et arma Christi induentes, omnem suppliciorum dolorumque terrorem, qui sibi ab eo scelesto imminebat, spreverunt propter vitae futurae bona. In his fuit dilectus Deo Atomus ex Albage provincia, qui cum sociis magnam vim cruciatuum perpessus pretiosissimam coronam adeptus est: atque hi centum fere et quinquaginta fuerunt, praeter eos qui in aliis provinciis martyres extiterunt, quorum natale festum die quinta et vigesima Mehegan (2) mensis indictum est. Haud pauci tamen dolorum impatientes, probro semet commaculaverunt; hique amissa aeterna vita praesentem haud adepti sunt (3).

Improbus igitur ac saevus ille Bugha, ubi rem ex animi sui sententia confieri sensit, regionis optimates partim dolo partim auctoritate in suam potestatem redegit: quos inter magnum quoque ducem Armeniorum Sembatum, cognomento Aplabasum, sane angelis exoptabilem propter veram Christi notitiam, qui et confessor appellatus est. Iamvero malus iste Bugha ad magnum Amiram reditum maturans, reliquos vinculis, Sembatum autem fraude insidiosisque bonorum promissis secum avehebat. Interim quia Iohannes vita excesserat, Zacharias in sanctam dignitatem substitutus est, qui unius diei spatio a sacerdotio immo a diaconatu ad throni patriarchalis fastigium transiit.

Age vero omnibus qui a scelesto Bugha abducti fuerant, protinus supremi tyranni iussu carcere conclusis, nisi Christi legem exsecrarentur, non sine diris cruciatibus moriendum fuit. Et sane non pauci corporis nece perterriti a fide defecerunt; excepto inclito Sembato, qui etsi Christum constanter palamque confitebatur, nihilominus in vinculis morte sua obiit. Praefectus interim quidam Stephanus, cognomine Conus, intrepide Christum confessus martyrii palma donatus est anno aerae Armeniorum secundo supra trecentesimum. Porro praedicti Sembati confessoris corpus cum ingenti pompa et psalmodiis a fidelibus elatum est ad s. Danielis sacram aedem, illuc nimirum ubi iste olim leonum in lacum fuerat proiectus.

Extincto Sembato, rerum habenas corripuit filius eiusdem Asutius; isque prae cunctis maioribus suis claruit, seque integritate et benignitate adeo commendavit ut omnium amoribus potitus sit. Ob eiusmodi egregiam famam missus est a magno Amira quidam Aly-Armenus nomine cum muneribus in Armeniam, qui ad Asutium praeter praefecturam titulum quoque principis principum contulit: in qua is dignitate annis XXX permansit: donec virtutis ergo atque operum optimorum regio quoque diademate insignitus est, rex nimirum a duobus regibus renunciatus ismaelitico et graeco postremis quinque dominatûs sui annis (4).

(1) Bougha apud Turcas sonat taurum.

(2) Heic etiam intellige octobrem.

(3) Namque aliam ob causam perierunt, uti narrat Iohannes patriarcha.

(4) Universa haec narratio carptim sumitur e latiore Iohannis patriarchae historia.

Asutius Sembati filius magnifico honore et auctoritate maiores suos omnes praecellit.

Basilius dicitur natus in provincia Armeniae Tarunia, oppido Thilis, in quo etiam aedem struxit quae dicitur ss. Duces.

Ciahapus latro, collecto hominum octoginta millium exercitu, ad regionem nostram occupandam se contulit. Verum armeniacarum virium dux Abasus quadraginta militum millibus Ciahapum aggressus est circa amnem Eraschem, tantamque ei cladem imposuit ut cum sexdecim hominibus aegre se fuga subduxerit.

Constantinopoli patriarcha erat Photius, qui nuper ad Zachariam patriarcham nostrum consortii ineundi causa epistolam scripserat (4).

Ab Arsacidarum dominatione sublata ad regnum Bagratuniorum anni excurrunt CCCCXXXIV.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	AMIR.	ARM.	PATR.	AERAE ARM.
		Michaël	Ciaphares	Asutius	Zacharias	
				ASVTIVS an. XXXVI.		
	856	15	8	1	2	303
	857	16	9	2	3	304
409	858	17	10	3	4	305
	859	18	11	4	5	306
	860	19	12	5	6	307
	861	20	13	6	7	308
410	862	21	14	7	8	309
	863	22	15	8	9	310
	864	23	16	9	10	311
	865	24	17	10	11	312
		BASILIVS annis XXII.				
			AHMATVS annis IV.			
411	866	1	1	11	12	313
	867	2	2	12	13	314
	868	3	3	13	14	315
	869	4	4	14	15	316
			ABVABDALLA annis III.			
412	870	5	1	15	16	317
	871	6	2	16	17	318
	872	7	3	17	18	319
			MAHMETVS annis XXXI.			
	873	8	1	18	19	320
413	874	9	2	19	20	321
	875	10	3	20	21	322
	876	11	4	21	22	323
					GEORGIVS e maximo oppido Carnio annis XXII.	
	877	12	5	22	1	324
414	878	13	6	23	2	325
	879	14	7	24	3	326
	880	15	8	25	4	327
	881	16	9	26	5	328
415	882	17	10	27	6	329
	883	18	11	28	7	330
	884	19	12	29	8	331
	885	20	13	30	9	332
416	886	21	14	31	10	333
	887	22	15	32	11	334
		LEO annis XXVI.				
	888	1	16	33	12	335

Zacharias patriarcha dioecesim suam recte constituit (1).

Vehementissimo terrae motu loci multi subversi sunt per quadragesimae tempus: isque *motus* tres deinde menses perseveravit.

Bulgarorum baptismus (2).

Carinam urbem Persae occupant.

Hamamus doctor in omni scientiarum genere versatus cognoscebatur (3).

ASVTIVS PRINCEPS PRINCIPVM ARMENIAE REX.

(1) Zachariae patriarchae pars commentarii ad Matthaei evangelium extat in Armeniorum bibliothecis.

(2) Locus hic desideratur in vetustiore codice.

(3) Hamami quaedam opuscula supersunt, praesertim grammaticale quoddam politissimo stilo.

(4) Haec Photii prolixa epistola extat in codicibus arm. collegii veneti s. Lazari.

Asutius, omnibus ad Dei placitum ordinatis, morte transfertur in sanctorum regum ordinem.

Abasus militiae dux, Asutii regis frater, moleste fert dominationem Sembati.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Leo	AMIR. Mahmetus	ARM. Asutius	PATR. Georgius	AERAE ARM.
	889	2	17	34	13	336
417	890	3	18	35	14	337
	891	4	19	36	15	338
				SEMBATVS annis XXIV.		
	892	5	20	1	16	339
	893	6	21	2	17	340
418	894	7	22	3	18	341
	895	8	23	4	19	342
	896	9	24	5	20	343
	897	10	25	6	21	344
419	898	11	26	7	22	345
					MASTOSIVS oriundus Sevania anno I.	
	899	12	27	8	1	346
					IOHANNES annis XXVIII (1).	
	900	13	28	9	1	347
	901	14	29	10	2	348
420	902	15	30	11	3	349
	903	16	31	12	4	350

Sembatus Asutii filius patri succedit.

Dominus Mastosius religioso vitae instituto et philosophicis disciplinis clarus habebatur.

Dominus hic Iohannes discipulus eius (*Mastosii*) fuit, ideoque duplici affinitate coniunctus (2) cum spiritali et divinitus dato homine Dei Mastosio: oriundus autem Carnio, Georgii quoque, qui hos praecesserat, patria.

Heic locus est innuendi, quemadmodum ismaeliticae gentis tyrannis ad exitum vergere coeperit. Nimirum quum Bagratunia familia non sine Ismaelitarum consensu regnaret, nihilo tamen secius Armeniae pars maior per illud tempus, sicuti etiam nunc, in eorum potestate erat; haud tamen sub unius Amirae nutu, uti mos fuerat iam inde a primo Mahumeto usque ad Ciapharem nec non ad huius liberos. Quippe consecutis temporibus temere prout libebat praesides constituebantur. Id autem indicium est infirmi pereuntisque imperii, praesertim si dominatio in plures tribuatur, quod iis nunc usuveniebat. Namque Sanphares dominabatur in Chorasania regione; Lavicus Abuthoraphus in urbe Dara; Ises Sechi filius in Palaestina; Abldelphi autem filius in Telmarensi provincia; alii denique alibi tumultibus indulgentes mutuo tyrannidem adfectabant. Hinc fit ut impiorum horumce tyrannorum nomina perturbentur in canone chronologico. Ab his interim undequaque mittebantur in plagas nostras malevoli saevique procuratores; nempe ferinus ille Bula; et iniquissimus Aphsinus filius eius, qui ante praefuerat, scelesti Abusigithae; nec non malignus exitiosusque Iusuphus Aphsini frater; tum Nesras, cognomine Sbercha; tum alii his similes Christi hostes, qui usque ad Amiralmumnorum gentis scythicae, quae adhuc perseverat, dominationem, populationibus perpetuis Armeniorum nostratium terminos vexaverunt. Horum, inquimus, nomina nullis in historiis, quantum vidimus, diserte scripta, fieri nequit ut singillatim exponamus: praesertim quum ne in libro quidem vitae sed in impiorum memoriis exarata sint.

Postea Scythae (3) hac ratione tyrannidem occupaverunt, uti scriptum comperio a magno doctore Sarcavaco (4) qui sic loquitur: « Dum Persae et Medi alterna fortuna inter se dimicant ad hanc usque diem, » scythica gens (haud dico graecanicam sed barbaram) in eorum regiones ingressa hoc pacto dicitur. » Plurimis devictis nationibus reges eius aetatis, quorum nomina nobis ignota sunt (propterea quod

(1) Iohannes hoc nomine sextus patriarcha historiam patriam elegantissimo haicanismo scripsit.

(2) Nempe ob discipulatum et genus.

(3) Nempe *Selgiukidae*, de quibus vide Herbelotum et Abulfedam.

(4) Praeter haec historica Sarcavaci (idest *diaconi*) fragmenta, aliae extant in codicibus perutiles eruditaeque eiusdem lucubrationes.

» nemini curae fuit rerum memorias principumque horum nomina posteritati propagare) tandem et » ipsi diuturnas clades ab Indis perpessi, maximorum spè donorum a barbaris praedictis adiumenta » belli accersiverunt : quorum societate aucti felicibus proeliis brevi rebellem devicerunt. Mox bello » adversus eumdem redintegrato, barbaros illos qui opem ferebant, a se prohibuerunt. Atque interim » rex vita excedebat. Tum Medi, societate cum his barbaris inita, Persas expellebant : atque ita » roboratum est dominium, ut nonnulli tradunt, Scytharum, seu potius, ut ego existimo, Bactria- » norum qui regna complurium gentium maximis bellis internecivisque deleverunt ». Hoc quidem scripto philologus noster res gestas persecutus est usque ad Melichsahi regnum, quod suo loco dicemus eodem auctore utentes; tempora inquimus parentis eius, cruenti nempe Alphaslani, tum avi abavique, quorum nomina Tullubechus et Mahmutes et Selgiukus feruntur : sic enim diserte quondam legimus in codice manu eiusdem conscripto : cuius si codicis nobis denuo copia fuerit, utemur equidem ad hanc compositionem; si minus, utique omittemus homines suis viribus confidentes reique vanae innitentes qui Dei penetralibus terraque viventium prohibiti sunt. Nos autem Dei clementia freti confiteamur nomini eius, qui hoc fecit; animoque aequo feramus, quia mitis est erga sanctos suos.

Nunc igitur ad intermissum canonum ordinem revertamur, unaque serie (1) ob praedictam rationem exclusa, laetanter dicamus : « Ipsi de manu tua repulsi sunt; nos autem populus tuus et oves pa- » scuae tuae (2) ».

	OLYMP.	CHRISTI	CONST. Leo	ARM. Sembatus	PATR. Iohannes	AERAE ARM.	
Curopalates Adronerschus a Sembato coronatur rex Iberorum.		904	17	13	5	351	
		905	18	14	6	352	
	421	906	19	15	7	353	
		907	20	16	8	354	
		908	21	17	9	355	Sembatavana (3) conditur.
Princeps Gaghicus copiarum dux a Sembato deficit.		909	22	18	10	356	
	422	910	23	19	11	357	Abelgaripus Sebastem capit (4).
		911	24	20	12	358	
		912	25	21	13	359	Iusuphus Apilgiae procuratoris filius in Armeniam veniens dolosisque artibus discordiam inter praefectos serens regionis nostrae tyrannidem invasit; quumque Sembatum regem captivum postremo inauditis cruciatibus occidisset, eumdem probri causa ligno suspendit in urbe Devina. Propterea ad septennium regio nostra principe caruit.
		913	26	22	14	360	
			ALEXIVS (5) annis III.				
	423	914	1	23	15	361	
		915	2	24	16	362	
				INTERREGNVM an. VII.			
		916	3	1	17	363	
			ROMANVS annis XXVIII.				
		917	1	2	18	364	
	424	918	2	3	19	365	
		919	3	4	20	366	
		920	4	5	21	367	
		921	5	6	22	368	
	425	922	6	7	23	369	
				ASVTIVS annis VIII.			Asutius ad Graecorum imperatorem profectus honoribus ab eo cumulatus est, dignusque habitus qui iure patri suo inclito Sembato in regnum succederet.
Iusuphus dissidii causa excitandi obtrusit regem Armeniis alium Asutium, qui patruelis erat regis Asutii.		923	7	1	24	370	
		924	8	2	25	371	
		925	9	3	26	372	
	426	926	10	4	27	373	
		927	11	5	28	374	

(1) Nempo Amirarum.

(2) *Psal.* LXXXVII. 6. et LXXVIII. 13.

(3) Id est *Sembati oppidum*.

(4) Abelgaripus Havenunius dux exercitus Arzerunlorum.

(5) Idem nomen atque *Alexander*.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST. Romanus	ARM. Asutius	PATR. Stephanus	AERAE ARM.	
					STEPHANVS anno I.		
		928	12	6	1	375	
					THEODORVS annis XI.		
		929	13	7	1	376	
	427	930	14	8	2	377	
				ABASVS annis XXIV.			
		931	15	1	3	378	Abasus Sembati filius et frater Asutii.
		932	16	2	4	379	Abasus Sembati filius mirae magnificentiae templum excitat cathedrale in urbe Carsa. Huius aetate regni armeniaci regiones tranquillitate utebantur, quoniam is latronum turbulentiam diligenter compescuit. Sub eodem condita sunt sacra coenobia, quae dicuntur Camerzazora et Caputcar, in provincia Arsarunia: in Siracia item provincia famigerata coenobia Rhomosin et Debrevanca.
		933	17	3	5	380	
	428	934	18	4	6	381	
		935	19	5	7	382	
		936	20	6	8	383	
Graecorum motus adversus Armenios pro Bero (1), quem a se deficientem Abasus vicit oculisque privavit.		937	21	7	9	384	
	429	938	22	8	10	385	
		939	23	9	11	386	
					ELIAS annis VII.		
		940	24	10	1	387	
Magnus Chosroës Ansevansiorum episcopus doctrina florebat (2).		941	25	11	2	388	
	430	942	26	12	3	389	
A domino Elia Gaghicus Agathamaram, Ilio vicissim attributo, accepit; ibidemque templum condidit. Idem Berdazorae sepultus est.		943	27	13	4	390	
		944	28	14	5	391	
			CONSTANTINVS Leonis filius annis XVI.				
		945	1	15	6	392	
	431	946	2	16	7	393	
					ANANIAS Mocensis annis XXII.		
		947	3	17	1	394	Ananias patriarcha annis quinque in Agathamara, septemdecim autem in Varagho (3) sedem tenuit.
		948	4	18	2	395	
		949	5	19	3	396	
Marasa expugnatur.	432	950	6	20	4	397	
Carina capitur.		951	7	21	5	398	
		952	8	22	6	399	
Amtunisiara vastatur.		953	9	23	7	400	
Abasus rex grandis natu quieta morte obiit.	433	954	10	24	8	401	Fames vehemens.
				ASVTIVS Abasi filius annis XXVII.			
		955	11	1	9	402	Infinitum locustarum agmen ingruit.
		956	12	2	10	403	

(1) Iberorum rege.

(2) Chosroës hic ante episcopatum genuisse fertur eximium Gregorium Narichiensem. Chosrois praedicti commentationes ad divinum officium editae sunt superiore saeculo Cpoli.

(3) Mons hic Varaghus seu Varaga inclaruit propter insigne sanctae Crucis templum in eius vertice conditum, haud procul urbe lacuque Vano. Haec autem pericope desideratur in antiquiore exemplari.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST. Constantinus	ARM. Asutius	PATR. Ananias	ARRAR. ARM.	
David Moghiae episcopus ex Apaianiae coenobio doctrina sanctimoniaque clarus cognoscebatur.	434	957	13	3	11	404	Samuathuma capitur.
		958	14	4	12	405	
		959	15	5	13	406	
		960	16	6	14	407	Anarzaba Halapusque capiuntur (1).
			ROMANVS annis IV.				
Halbata atque Sanahina conduntur a Chosroanusa regina uxore Asutii, Sahinsahi appellati.	435	961	1	7	15	408	Asutius dominatum suum confirmavit Goro duce nonaginta militum millibus praeposito. Quum vero Amadanem qui a magno Amira defecerat oppressisset, duplici ab hoc tiara redimitus est.
		962	2	8	16	409	
		963	3	9	17	410	
		964	4	10	18	411	
			NICEPHORVS annis VII.				
	436	965	1	11	19	412	
		966	2	12	20	413	
		967	3	13	21	414	
		968	4	14	22	415	
					VAHANVS anno I.		
		969	5	15	1	416	

Post domini Ananiae obitum thronum s. Gregorii insedit dominus Vahanus Siuniae archiepiscopus e Balia provincia. Sed enim exacto uno patriarchatus anno controversia in eum concitata est propter schismatis suspicionem. Quamobrem in arce Ania, regnante Asutio Abasi filio, multi episcopi crucigerique monachi celebratis comitiis, illum sepositum sede deiecerunt, successoremque ei dederunt Stephanum hominis Deo dilecti Mastosii consanguineum Sevania oriundum. Sed tamen Vahanus in Vaspuracania provincia moratus, ibidemque legitimus s. Gregorii successor habitus, exitioso gravique schismati ansam praebuit: certatim enim anathematibus et publicis offensionibus universam Armeniam conturbaverunt; donec Dei nutu, eodem uterque anno extinctus est. Hos excepit interregni annus unus. Mox Asutii, cognomento Largitoris, iussu convenientes integritate praediti viri sanctique episcopi beatum Dei hominem in sede patriarchali collocant dominum Chacichium fratrem domini Ananiae magni patriarchae a cuius integra facundaque doctrina morumque sanctimonia os improborum oppilatum est (2).

					STEPHANVS annis II.		
	437	970	6	16	1	417	Admirabilis s. Gregorius Narichiensis hac tempestate sanctitatis gloria fulgebat (3).
		971	7	17	2	418	
			CYRVS IOHANNES an. VI.		SEDIS VACATIO anno I.		
Cyrum Iohannem aiunt gente armenium fuisse ex urbe Zimiscazaca (4).		972	1	18	1	419	
					CHACICHIVS annis XXI.		
	438	973	2	19	1	420	Dominus Chacichius antea episcopus Arsaruniae sedem in Arghene collocat prope Aniam urbem, quo in loco magnificam cathedralis aedis molem extruit.
		974	3	20	2	421	
		975	4	21	3	422	
		976	5	22	4	423	

(1) Hic locus abest ab antiquiore codice.

(2) Haec de Vahano patriarcha narratio pro vario amanuensium libito in codicibus interpolata est.

(3) Gregorii Narichiensis liber precum in primis celebratur non minus ob stili splendorem quam ob eximium pietatis fructum. Huius plurimae editiones curatae sunt non sine variorum notis. Eiusdem Narichiensis (quem Armenii cum primis admirantur) commentarius in Cantica Canticorum editus Venetiis est.

(4) Hinc ei cognomentum factum Zimisces.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	ARM.	PATR.	AERAE ARM.	
			Kyrus Iohannes	Asutius	Chacichius		
Abusahl Arzerunius Vaspuracaniae rex moritur, cui succedunt liberi Asutius, Gurghenius et Senecherimus (1).		977	6	23	5	424	
			BASILIVS annis LI.				
	439	978	1	24	6	425	
		979	2	25	7	426	
		980	3	26	8	427	
		981	4	27	9	428	Asutius, qui pater pauperum atque indigorum fuit, pie mortuus est.
				SEMBATVS annis XIII.			
	440	982	5	1	10	429	Sembatus Asutii filius cognomento Sahensahus.
Sub regni sui primordiis Sembatus materia aggesta prope urbis Aniae moenia turres celeusimas aedificavit, occupato omni spatio a flumine Achura usque ad vallem quae dicitur florum. Eadem in urbe fundamenta iecit templi nobilissimi cathedralis, quod quominus absolveret prohibitus morte est.		983	6	2	11	430	
		984	7	3	12	431	Magnus Armeniorum princeps Gregorius Pahlavunius, genere s. Gregorii (2) ortus, longaevus admodum, annos videlicet CV natus, obiit in Nighia provincia.
		985	8	4	13	432	
	441	986	9	5	14	433	
		987	10	6	15	434	
		988	11	7	16	435	
		989	12	8	17	436	
Magnificum Marmasiniae coenobium a probo principe principum Vahramo anno aerae CCCCXXXVII coeptum est, annoque CCCCXLIII perfectum.	442	990	13	9	18	437	
		991	14	10	19	438	Post decimum domini Chacichii annum ecclesia nostra sine antistite fuit triennio, quod nos in illius annis scribemus.
		992	15	11	20	439	
		993	16	12	21	440	
					SERGIVS annis XXIV.		
	443	994	17	13	1	441	
				GAGHICVS annis XXIX.			
		995	18	1	2	442	Gaghicus Asutii filius, Sembatique Sahensahi frater, dictus aeque Sahensahus, cunctos reges Bagratunios sapientia et fortitudine superavit.
		996	19	2	3	443	
		997	20	3	4	444	
	444	998	21	4	5	445	
		999	22	5	6	446	Stephanus Asolnichius doctor historicus Armeniorum cognoscebatur (4).
Quod rex Gaghicus s. Gregorii in urbe Ania in florum valle aedificare coeperat divinum ovile (3) rationalis gregis Christi (instar illius celeberrimi magnificique *coenobii* s. Gregorii a Nerse patriarcha conditi) perfecit anno postquam DOMINVS NOSTER carneam naturam induerat millesimo.		1000	23	6	7	447	
		1001	24	7	8	448	
	445	1002	25	8	9	449	
		1003	26	9	10	450	
		1004	27	10	11	451	
		1005	28	11	12	452	
	446	1006	29	12	13	453	
		1007	30	13	14	454	
		1008	31	14	15	455	
		1009	32	15	16	456	

(1) Regnantibus in Armeniae maiore parte Bagratuniis, Vaspuracaniam orientalem provinciam imperio item regio tenebant Arzerunii: de quibus legesis Iohannem patriarcham historicum, praecipueque Thomam Arzerunium.

(2) Nempe *Illuminatoris.*

(3) Intelligitur *coenobium.*

(4) Stephanus Asolnichius, vel Asolichius, Taronensis chronologicam suam historiam ab orbe condito ad Sergium usque patriarcham deduxit, duce, quoad fieri potuit, Eusebio, ut ipse ait in prooemio.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Basilius	ARM. Gaghicus	PATR. Sergius	AERAE ARM.
447	1010	33	16	17	457
	1011	34	17	18	458
	1012	35	18	19	459
	1013	36	19	20	460
448	1014	37	20	21	461
	1015	[illegible]	21	22	462
	1016	39	22	23	463
	1017	40	23	24	464
				PETRVS annis XLII (2).	
449	1018	41	24	1	465
	1019	42	25	2	466
	1020	43	26	3	467
	1021	44	27	4	468
450	1022	45	28	5	469
	1023	46	29	6	470

Cathedrali templo eximiae pulchritudinis, quod in urbe sua Ania Sembatus fuerat exorditus, nunc denique coronis imposita est mandato et sumptibus Catranedae reginae coniugis Gaghici Sahensahi qui Sembati frater erat.

Sembatus Magister angelicam aedem nempe exoptabile collegium aedificat, cuius nomen Orbagnair (1). Erat autem piorum hominum asylum.

Iohannes doctor Cozerius vir facundus.

Quum Saracenorum incursionibus Vaspuracaniorum regiones vastarentur, rex harum Senecherimus innumeras molestias viginti et duobus annis perpessus, tandem ditionem suam in Basilii imperatoris potestatem transtulit anno aerae CCCCLXX, a quo Sebasten urbem vicissim recepit cum eiusdem provinciis. Coenobia tamen, quae CXV numerabantur, haud tradidit Basilio Senecherimus. In regione autem, qua Basilius potitus est, castella LXXII, oppida MMMM, urbes VIII censebantur.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	ARM.	PATR.	AERAE ARM.
			IOHANNES annis XIX.		
451	1024	47	1	7	471
	1025	48	2	8	472
	1026	49	3	9	473
	1027	50	4	10	474
	1028	51	5	11	475
		CONSTANTINVS annis III.			
452	1029	1	6	12	476
	1030	2	7	13	477
	1031	3	8	14	478
		ROMANVS annis V.			
453	1032	1	9	15	479
	1033	2	10	16	480
	1034	3	11	17	481
	1035	4	12	18	482
	1036	5	13	19	483
		MICHAËL annis VI.			
454	1037	1	14	20	484
	1038	2	15	21	485

Hic Iohannes, dictus etiam Sembatus, filius erat Gaghici Sahensahi.

Clarissimus Vest-Sergius (3) non solum castella et sacras aedes struxit, verum etiam pulcherrimas cellas, quibus templum, quod s. Sergii appellatur, ampliter ornavit.

Romanus fratris sui filiam regi nostro Iohanni collocavit in matrimonio.

Hoc tempore Bergria urbs a Saracenis capta Christianorum sanguine redundavit, cum ipsius urbis excidio.

Hoc tempore acta Petri patriarchae optimates moleste ferentes, eo deturbato Deoscum quemdam e Sanahina obtruserunt: quem tamen episcoporum coetus non est veneratus: immo coacta synodo hominum prope quatuor millium partim ecclesiasticorum partim etiam laicorum in urbe Ania, Petrus denuo patriarcha in apostolica sancti Illuminatoris sede confirmatus est.

(1) Id est *orborum perfugium*.

(2) Petri patriarchae reliquiae aliquot operum in codicibus occurrunt; praecipueque in hymnorum collectione carmina, quae ingenium eius satis commendant.

(3) *Vest* seu Βέστις dignitatis nomen in aula cpolitana. Vide Cangii glossarium med. et infim. graec. Eiusmodi titulis armenii quoque proceres donabantur interdum ab imperatoribus.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	ARM.	PATR.	AERAE ARM.
			Michaël	Iohannes	Petrus	
Georgius Magister Pahlavunius princeps eruditissimus cognoscebatur (1).		1039 1040 1041	3 4 5	16 17 18	22 23 24	486 487 488
Iohanni regi (2) qui prolis expers obiit, successit Gaghicus Asuti filius.	455	1042	6	19	25	489
			CYRA ZOË (3) annis II.			
				GAGHICVS annis II.		
		1043 1044	1 2	1 2	26 27	490 491
			MONOMACHVS annis XII.			
		1045	1		28	492

Tandem post Gaghicum nemo ex hac gente (4) *rex* fuit. Quippe annis XXI Graeci dominati sunt. Deinde Alphaslanus Aniam Armeniorum metropolim cepit funditusque subvertit.

Sane post obitum Sembati, qui Iohannes quoque dicebatur, conspirantibus suffragiis optimates cum patriarcha domino Petro in magnifica cathedrali aede metropoleos Armeniorum Aniae congregati Gaghicum Iohannis regis ex fratre nepotem in regia patrui dignitate constituerunt; verum hic bellica studia, in quibus imperia nituntur, neglexit. Atqui his praesertim temporibus vires acuendae fuerant, bacchantibus Ismaelitis, Scythis incursantibus, uti iam diximus, Graecis denique ipsis seditione ferventibus, propterea quod regnum suum feminae (5) arbitrio administrari viderent. Is inquam *Gaghicus* in litterarum disciplinis iam inde a teneris unguiculis versari solitus, in imperio quoque iisdem se oblectabat. Re Graeci intellecta (quae gens fraudibus concreta est) hominem ad se pellexerunt; usi in primis optimatium nostrorum technis, qui quum regnum eius sancte a se custoditum iri sacramento confirmavissent, tamen Domini foedus non servaverunt: quae consilia hunc exitum sortita sunt, ut ipsi nimirum aliique complures ineluctabili exitio perierint. Graeci enim submoto in insulam rege, praesides quotannis mittebant: quo tempore Aniae urbis cives atque optimates dissidio et ambitione certabant, mutuisque calumniis de laesa imperatoris maiestate studioque Agarenorum inter se postulabant. Quin proceres ausi sunt patriarcham ipsum criminationibus circumvenire, qui vicissim necessitate coactus illos detulit in iudicium. Quamobrem utrique laribus suis eversi sunt aliôque traducti: quum interim vulgus prope exlex ad suam libidinem viveret. Atque haec rerum publicarum ratio tenuit annos XXI. Quibus

(1) Gregorius cognomento Magister, a Magistri dignitate, qua eum graecus imperator ornavit. Idem dictus est Pahlavunius itemque Arsacides propter genus ex Armeniorum illuminatoris s. Gregorii prosapia deductum. Is traditur liberali optimaque indole praeditus, princeps plane doctissimus, graecaeque et arabicae etiam linguae peritus. Habetur in manibus tractatus eius grammaticus, et epistolarum ad familiares volumen omnigena eruditione refertum: ex quo etiam cognoscitur quantopere is cuperet ad omne genus disciplinarum gentem suam impellere.

(2) Huiusce Iohannis, penultimi Armeniorum regis, e Bagratuniorum dynastia, quae annos circiter CCC occupavit, civilibus legibus diu usa est sarmatica Armeniorum colonia: qua ex re merito arguimus circa undecimum christianae aerae saeculum coeptum esse migrari ex Armenia in Sarmatiam eamdemque migrationem subinde auctam propter Saracenorum in Armenia tyrannidem. Iohannaeum eiusmodi ius non ita pridem antiquatum est, cum Iosephus II Augustus in Sarmatiae regionibus sibi obnoxiis legem tulit, ut tam indigenae quam Armenii uno iudicii genere, id est iure austriaco, disceptarent. Iohannaeum codicem in latinam linguam conversum I. Zohrabus (quandoquidem haicanum exemplar haud occurrebat) exscribendum curavit, cumque aliis autographis nec poenitendae frugis scriptis Venetias transtulit.

(3) Nomen hoc corruptum erat in codd. arm.

(4) Scilicet Bagratunia.

(5) Praedictae Zoës.

exaetis turbo igneus australi flatu compulsus tulit beluam anthropophagam, cuius incendiis gens nostra deleta radicitus est: quin et urbs Ania post dierum XXV obsidionem expugnata est, eiusque cives ferri acie instar virgultorum succisi, ita ut sanguine tellus manaret, libidinibus autem et stupris cuncta polluerentur. Nimirum « iratus est furore Dominus, nimisque abominatus est hereditatem suam (1). »

Igitur regni nostri dignitate deletâ, eadem oportet in nostro canone cesset. Quamquam enim pars aliqua sceptri supererat, eorum scilicet qui in Cilicia (2) vel alibi versabantur, nihilominus et hi post metropoleos excidium vel in draconis potestatem sponte venerunt, vel ad graecum imperatorem confugerunt; atque ita *hostes* regione nostra universa potiti sunt. Iamvero nos hisce canonibus reliqua persequamur usque ad nostram aetatem: et primo quidem laterculo Creatorem humana natura indutum, mox imperatores, deinde patriarchas, denique aeram (3), inde exorsi ubi pridem desivimus.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Monomachus	PATR. Petrus	AERAE ARM.
456	1046	2	29	493
	1047	3	30	494
	1048	4	31	495
	1049	5	32	496

(1) *Psal.* CV. 40.

(2) Intelligit principes Rubenienses, qui Ciliciam, Armeniae minoris partem, annis prope trecentis moderati sunt. Iam ut Armeniae regia dignitas a domo Rubeniensi ad principes Lusignanos, qui etiam Cypro potiebantur, transierit, docet post alios cl. Sammartinius p. 400 sqq. Ut autem Lusignana domus regnum Armeniae simul et Cypri ad Sabaudiae principes transtulerit, lubet heic exponere, conversis ex italico sermone litteris, quas diligentissime ad nos scripsit taurinensis academiae socius regiaeque bibliothecae olim praeses, vir doctissimus et cum primis illustris, baro Vernazza.

« Iacobus Hugone (Lusignano) Cypri rege genitus, » regni cyprii diademate insignitus est anno Christi » MCCCLXXXIV in urbe Nicosia. Annum post nonum idem » Armeniae quoque rex appellatus est; quamquam Ar» menia haud paucis ante annis stabili Mahumetanorum » auctoritate regeretur.

» Iacobo rege ortus est Iohannes secundus Cypri rex » cuius filia Anna Sabaudiae dux anno MCCCCLXII obiit: » quam nimirum Ludovicus, Amedei octavi filius, eius » videlicet qui romanum deinde pontificatum cum Felicis » quinti nomine tenuit, duxerat uxorem anno MCCCCXXXII; » susceptis ex ea liberis non minus sexdecim eidemque » superstes triennio; donec successorem habuit Amedeum » illum nonum, ad quem Beati honor ab Ecclesia defertur.

» Anna Sabaudiae dux, Iohannis tertii soror fuit regis » Cypri. Hic autem Iohannes praeter marem nothum cui » nomen Iacobo, filiam e iustis nuptiis procreavit unicam » Karlottam.

» Iam haec Karlotta, Annae amitae officiis, sobrino » nupsit Ludovico Sabaudiae principi, Ludovici ducis filio. » Extant apud Guichenonium p. 386 inter authentica do» cumenta, quibus genealogica historia Sabaudicae domus » fulcitur, nuptiarum harum tabulae anno MCCCCLVIII sexto » idus octobris confectae, quo item anno parens utterque » Karlottae extinctus est.

» Sane proximo anno, nono idus octobris, nuptiae » Ludovici cum Karlotta celebratae sunt in urbe Nicosia. » Tum et dux Ludovicus, praedicti Ludovici parens, » rei certiorem fecit Karolum septimum Galliae regem » scriptis Cherio litteris idibus decembris, quas litteras » Guichenonius p. 388 recitat.

» Karlotta, uti dictum est, Iohannis tertii Cypri regis » filia unica erat legitimo matrimonio suscepta: ideoque » et parentis cyprium regnum ad hanc solam hereditario » nomine pertinebat, non sine iure dominii armeniaci.

» Et quidem apud Guichenonium in documentis p. 388 » Ludovicus dux regi Galliae haec scribit: *A esté solem» nisé et accomply le mariage de Monsieur mon fils le Roy, » et de Madame ma fille la Royne de Chipres, de Ieru» salem et d' ERMENIC* (sic), *et lors fut couronné Mon» sieur et fils.*

» Sed enim Iacobus nothus Karlottam reginam viribus » superavit, Cyproque excedere coëgit.

» Nothus uxorem duxit Catharinam Cornariam venetam » matronam; idemque anno MCCCCLXXIII veneno extinctus » est. Tum etiam posthumo huius filio post biennium » mortuo, Catharina in regia dignitate perseveravit.

» Ergo duae Cypri reginae appellari coeperunt: prior » Karlotta, cuius vir Ludovicus anno MCCCCLXXXII mense » augusto obiit: haec quidem iusto iure regina, sed in» iusta fortuna utens. Altera vero dominatrix Catha» rina nothi vidua, eius nimirum qui regnum feli» citer usurpaverat.

» Karlotta quidquid sibi regiae dignitatis ac iuris erat, » in ducem Sabaudiae Carolum secundum, Amedei noni » filium, transtulit anno MCCCCLXXXV septimo kalendas » martias, obiitque Romae anno MCCCCLXXXVII mense » iulio. Rei documenta profert Guichenonius p. 401 et 403.

» Catharina Cornaria anno MCCCCLXXXIX Cypri domi» nam fecit rempublicam Venetorum, quorum imperio » Cyprus usque ad annum MDLXXI obtemperavit ».

(3) Scilicet *armeniacam*.

Saraceni in Arzam urbem irruptione facta hominum centum quadraginta millia ensis acie neci tradiderunt, ductisque in captivitatem reliquis urbem incendio absumpserunt.

Iacobus doctor Sanahinensis vir laude litteraria clarus.

Hoc anno in Deiparae festo feria secunda urbs Ania ab Alphaslano expugnatur cum internecivo summoque incolarum excidio, addictis mancipio mulieribus atque pueris. Idem Achalam quoque urbem sub suum imperium subiunxit.

Eodem anno Bagaratius Cyricum cepit.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PATR.	AERAE ARM.
		Monomachus	Petrus	
457	1050	6	33	497
	1051	7	34	498
	1052	8	35	499
	1053	9	36	500
458	1054	10	37	501
	1055	11	[illegible]	502
	1056	12	39	503
		CYRA THEODORA annis III.		
	1057	1	40	504
459	1058	2	41	505
	1059	3	42	506
		CONSTANTINVS DVCAS annis X.	CHACICHIVS annis VII.	
	1060	1	1	507
	1061	2	2	508
460	1062	3	3	509
	1063	4	4	510
	1064	5	5	511
	1065	6	6	512
461	1066	7	7	513
			GREGORAS annis XVII.	
	1067	8	1	514
	1068	9	2	515
	1069	10	3	516
		DIOGENES annis V.		
462	1070	1	4	517
	1071	2	5	518
	1072	3	6	519
	1073	4	7	520
463	1074	5	8	521

Dominus Petrus ad Monomachum regem iter instituens, Chacichium sororis suae filium consecrat sibique substituit anno aerae DII. Post triennium vero reversus obit Sebaste anno aerae DVI.

Dominus Chacichius filius sororis domini Petri sedem in urbe Ania tenebat: accersitus autem a Duca multas ab eo molestias passus est propter gravia vectigalia quae improbus ille patriarchis nostris imperabat ut aulae Graecorum quotannis solverentur.

Dominus Chacichius obiit in oppido Thaupelurio.

Dominus Gregoras, qui et Vahramus, Gregorii Magistri Pahlavunii filius, vir doctrinis excultus ad patriarchalem Armeniorum dignitatem evectus est (1).

Gaghicus Sahensahus Vanandiae regulus obiit.

Diogenes rex ingenti stipatus exercitu Persas bello appetivit Manazacertam usque progressus quam et occupavit. Re cognita tyrannus ille Alphaslanus statim adversatus est, proelioque ingenti patrato Diogenes superatur et capitur. Hunc victor imperato tributo libertate postea donavit; verum ei gens sua parere diutius quum nollet, regem sibi creavit Michaelem Ducae filium. Tum Michael cum Diogene congressus superior discessit; hic autem amisso exercitu dum sacco indutus ad Michaelem a militibus duceretur, in itinere Michaelis mandato luminibus privatur, cuius vulneris dolore intolerabili moritur anno aerae DXXI.

Eodem anno iustissimi Numinis sententia adversus tumidam illam infraenemque beluam emicuit, cui nomen Alphaslano. Hic dum fremitu horribili ad orbis terrae dominatum anhelat; dumque virus animi sui acerbissimum in eos etiam evomere parat, quos nondum unguibus irretiverat; repentino ensis ictu succiditur e terra scelestus, neque Dei gloriam videt. Idem tamen antequam impurissimum spiritum emitteret, percussorem suum cum admiratione et stupore aspexisse perhibetur; atque ita necatus ad infera se demisit cum immani acerbitate animoque tot insontium piorumque caede consperso.

(1) Huic Gregorae patriarchae, Gregorii Magistri filio, cognomentum adhaesit vecaiaser idest *Martyrophilus*, quia praeter alia multa quae de graeco sermone interpretatus est, menologium armeniacum partim ipse per se partim mandato suo conficiendum curavit.

Heic ego promissa faciam, reliquam scilicet huius temporis narrationem persequar, quam superiore loco praetermittere necesse fuit. Divus igitur ille philologus (Sarcavacus doctor) pergit dicere : « Quum » felix ille Melichsahus post Alphaslani parentis sui necem in imperii gloria versaretur, pulcherrimo » sane ordine ratio regni universa utebatur. Is enimvero, quod nomen eius indicabat, rex regum fuit (1). » Neque ingenium moresve patris sui aemulatus est; immo adeo tam contraria studia prae se tulit, » ut prorsus existimaret nihil iniquius, nihil paci aut omnino humanae vitae adversantius fuisse quam » patris sui consilia et voluntates. Ipse igitur bene cunctis dispositis, prudentia item ac fortitudine » multos reges, et certe omnes, qui memoria nostra extiterunt, praecellens, nihil impensius sata- » gebat, quam ut iustissime viveret, neminique iniuria aut superbia molestus esset. Quin et liberali » animi natura praeditus erat, altoque mentis consilio, statura denique corporis quae regem decebat: » tanta vero mansuetudo morumque suavitas in eo erat, ut mirifice diligeretur. Atque ego quidem nonnisi » regem eiusmodi existimo esse divitem. Hic brevi tempore terrarum orbem tantum non universum » subegit : quum reliqui reges vel post diutinum tempus vel numquam tanto imperio potiri soleant. Sed » is nimirum benevolentia magis et comitate quam bellica vi utebatur. Iam si tam multa tam brevi » obtinuit, profecto, uti arbitror, futurum erat, ut ne Europa quidem a regni eius finibus se subdu- » ceret, nisi is maturius vita excessisset ». Haec Sarcavacus de huius vita tradit, qui annis XX domi- natus est. Mox ego quae de eiusdem morte praedictus Auctor narrat, subtexam.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Michaël	PATR. Gregoras	AERAE ARM.
		MICHAËL annis VIII.		
	1075	1	9	522

Anno aerae DXXII vigente Saracenorum tyrannide Ausinus (2) princeps digressus est hereditaria ditione sua cui nomen Mareaz Ciurch, contra Ganzagam sita, comitantibus fratre Algamo, matre, coniuge aliisque summa nobilitate viris, avecta etiam omni supellectile : ingressusque Ciliciam, e Saracenorum potestate sibi vindicavit celeberrimam Lampruniam arcem, ad Tauri montis radices ubi et Tarsus metropolis.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PATR.	AERAE ARM.	
464	1076	2	10	523	Dominus Gregoras ob curandam librorum interpretationem Constantinopolim pergit.
	1077	3	11	524	
	1078	4	12	525	

Anno aerae DXXV Gaghicus rex Tarsum ad Apelgaripum Armeniorum principem sibi consanguineum se contulit : quum vero pedem inde referret a Graecorum principibus prope Argiam vi appetitus laqueo vitam finivit. Alii tamen aiunt, hunc venationi deditum et forte dormientem a Mandalianis (3) captum esse; exin ductum in arcem Candruscoriam ibique interfectum. Eo terrore exanimati reliqui principes Armeniorum fuga dilapsi sunt. Ex horum tamen numero princeps quidam Gaghici consanguineus, nomine Rubenus (4), qui Causitaram arcem tenebat, cognita Gaghici nece, cum omni domo sua in Phrygiae partes migravit, oppidumque Colmesolum insedit. His forte in montibus complures degebant armeniacae gentis coloni, quibus sibi praeclarus Rhupenius adiunctis et satis corroboratus montanam regionem armis tenuit, pulsisque Graecis, eorum oppida incoluit.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PATR.	AERAE ARM.
	465	1079	5	13	526
		1080	6	14	527
		1081	7	15	528
		1082	8	16	529
Georgius et Stephanus doctores scriptis rebusque gestis clarescunt.		1083	ALEXIUS annis XXXVIII.		
			1	17	530

(1) *Melich* arabice *rex*, *schiah* persice item *rex*. Hinc Sarcavacus facit *rex regum*.

(2) Hic Ausinus Norsem Lampruniensem Tarsi episcopum scriptisque plurimis clarum genuit.

(3) Mandales erat graecus quidam paterfamilias aut praefectus, cuius filii aut satellites dici videntur a Samuele *Mandaliani*.

(4) Rubenus dynastiae Rubeniensium auctor.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Alexius	PATR. Basilius	AERAE ARM.
			BASILIVS annis XXXII.	
	1084	2	1	531
	1085	3	2	532
466	1086	4	3	533
	1087	5	4	534
	1088	6	5	535
	1089	7	6	536
467	1090	8	7	537
	1091	9	8	538
	1092	10	9	539
	1093	11	10	540
468	1094	12	11	541

Extincto domino Gregora Pahlavunio successit dominus Basilius sororis eius filius, quem antea consecraverat dominus ipse Gregorius dum iter in exteras plagas librorum interpretandorum aliorumque negotiorum causa pararet.

Horrenda fames regionem nostram vastavit, quum videlicet sceleribus nostris cumulus esset impositus.

Hoc anno Melichsahus Sultanus obiit.

Age vero quoniam regnante Melichsaho pace orbis universus praesertimque Armenia potita est, cui quidem superiores tyranni poculum exitiale tamdiu propinaverant; lubet verba laudatoria praedicti eximii doctoris adscribere, qui admodum elaboratam prolixamque orationem rursus scribit, postquam scilicet res viventis absolvit sic eiusdem obitum narrans. « Anno aerae DXLI supremus Melichsahi Per- » sarum regis administer occisus est, cuius nomen Hasanus, dignitatis autem titulus Vezrucius Chogia. » Octo autem et viginti post dies ipse quoque Melichsahus interiit veneno, ut fama est, ab uxore cor- » ruptus: vir in omnes benivolus atque mitissimus, in Christianos autem prope singulariter. Huius obi- » tum incredibilis omnium gentium perturbatio consecuta est per quadriennium. Nam et frater Dedusius » et filius Bechiaruchus his annis bella cientes omne genus institutionum bonarum subverterunt, dum neuter » regno firmiter potiretur. Sanguis interim torrentium instar manabat non solum marte certantium, » verum etiam omnis ordinis civium et provincialium: praeter alias aerumnas famis atque captivitatum. » Sic nimirum felicitas cum vita regis pulsa est: ad quem quidem curarum regalium labor pertinue- » rat; ad alios vero sive optimates sive plebeios fructus earum et commoditas redundaverat, vitae » nempe securitas, rerum ubertas malorumque depulsio. Is adeo gentem nostram dilexit, ut preces » exposceret ac benedictiones: cuius rei causa patriarcham quoque ad aulam accersivit. Atque utinam » ad christiana sacra moresque transisset! » Imperii eius sedes Aspahana fuit, quae metropolis Persarum est, ibidemque vitam conclusit.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Alexius	PATR. Basilius	AERAE ARM.
	1095	13	12	542
	1096	14	13	543
	1097	15	14	544
469	1098	16	15	545
	1099	17	16	546

Constantinus princeps noster, Rubeni filius, effusa humanitate romanam gentem prosecutus, honore vicissim ornatus est.

Refolvitur cyclus quingentorum annorum (1).

Dedusius Damasci, Palaestinae, finitimaeque regionis rex, proelio interimitur Aspahanae a Bechiarucho anno aerae DXLIV.

Romani per Thraciam in Asiam transmittunt, ut Scytharum, Persarum atque Saracenorum adversus Christianos iniurias ultum eant. Plurimis autem incommodis afficiuntur a filio Satanae Alexio Graecorum in urbe c̄politana rege. Hic partim arcanis partim manifestis insidiis, mortifero etiam cibo grassabatur: tum iidem mari suorumque ducatui pessimo artificio commissi significabat astute barbaris qua ratione caperentur. Haec Dominus aliquando ulciscatur! siquidem hic homo itemque mater eius, uti ex multis audivimus, christiano ritu alieni erant. Id etiam Sarcavacus doctor commemorat.

(1) Recole ad an. 10. aerae arm.

Romani Hierosolyma vi Saracenis eripiunt caesis hostium sexaginta quinque millibus in templo, et pluribus adhuc in urbe. Dominus Vahramus versabatur Hierosolymis dum urbs capiebatur (1).

	OLYMP.	CHRISTI	CONST. Alexius	PATR. Basilius	AERAE ARM.	
	470	1100	18	17	547	
		1101	19	18	548	
		1102	20	19	549	
		1103	21	20	550	
		1104	22	21	551	
Chezilus Lauram capit, et sacra insuper coenobia Halbatae et Sanahinae inflammat.	471	1105	23	22	552	Bechiaruchus Melichsahi filius mortuus est.
		1106	24	23	553	
		1107	25	24	554	
		1108	26	25	555	
Interficitur tyrannus scytha Chezilus (qui ruber explicatur) dum urbs Devina sexto iam mense obsessa expugnaretur.	472	1109	27	26	556	
		1110	28	27	557	
		1111	29	28	558	
		1112	30	29	559	Obiit Manucieus Aniae amira,
Obiit in Christo pius ac splendidus princeps Gol-Vasilius plurium provinciarum dominus.	473	1113	31	30	560	
		1114	32	31	561	
		1115	33	32	562	

Obiit dominus Basilius patriarcha Armeniorum, eiusque dignitatem excepit dominus Gregorius, ingenti gloria residens in throno dioeceseos s. Gregorii Armeniorum illuminatoris, cuius eum quoque genere ortum esse constabat. Hic Dei gratia affluenter ornatus, propter morum integritatem ac sanctimoniam non solum a nostratibus viris, verum etiam ab exteris regibus et principibus, immo etiam a regibus et pontificibus Romanorum summi honoris testimonia adeptus est. Idem ad sanctam Hierosolymorum urbem iter instituit, ibique sacra loca venerabundus aspexit, in quibus Deus ad humanam naturam demissus particeps fuit passionis Christi ut etiam gloriae eius consors fieret. Ibi enimvero romana gens, eorumdem locorum domina, quam Francorum nomine indigitant, quanta esset in patriarcha nostro divinae gratiae copia cognovit: namque et ex eius corporis forma eximia ac maiestate venustas facile spiritûs intelligebatur, germanaque fidei orthodoxia, quam is perspicue et secundum verissimos canones nec sine decora eloquentia significabat. Quibus rebus *Romani* unifice delectati summi amoris necessitudine cum patriarcha nostro cumque gente armeniaca copulati sunt. Sic Dei providentia res omnes administrantur: neque enim repulit Dominus populum suum, ut Psalmographi verba testantur.

Quo aerae anno Basilius patriarcha obiit, eodem ad Dominum morte translatus est Georgius doctor cognomento Melricius (2).

Rursus eodem anno fortis Tancredus romanus qui Antiochiam multasque praeterea civitates provinciasque tenebat, vir egregius et probus, veneno extinctus est a suo patriarcha in eadem urbe Antiochia.

Eodem denique anno per sancti paschatis quadragenarium ieiunium quintae hebdomadae feria quarta, quae die sidera olim creata sunt, solis defectus fuit.

				GREGORIVS (3) annis LIII.		
Christiani Characum Saupacumque aedificant.	474	1116	34	1	563	
		1117	35	2	564	
Balduino rege Hierosolymorum extincto regnat secundo loco Balduinus alter Tepurus (4) prioris consanguineus annis XV.		1118	36	3	565	
		1119	37	4	566	
		1120	38	5	567	

(1) Desideratur in vetustiore exemplari haec pericope. Latet autem in eodem mendum; nam Gregorus Vahramus ante annos XVI vita excesserat.

(2) Nempe *mellitulus*.

(3) Gregorius hic, Gregorii Magistri genere ortus, ob singularem doctrinae morumque laudem, nondum annos iuveniles egressus, universalem Armeniorum patriarchatum adeptus est. Is autem ut Saracenorum molestiis careret, ad inaccessum castellum, cui nomen Rhomela, in Armeniae minoris confinio sedem transtulit, quae inibi annis fere et permansit.

(4) Scilicet *Du Bourg*.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST. Caloiohannes	PATR. Gregorius	AERAE ARM.	
			CALOIOHANNES (1) haud paucis annis regnavit.			
		1121	1	6	568	Extincto Alexio regnat filius eius Caloiohannes.
Proelium atrox Carmiroviticum, quo victus est Francorum et Armeniorum exercitus fraude procerûm. Tunc et Rogerius Antiochiae praefectus multo cum milite desideratus est.		1122	2	7	569	
		1123	3	8	570	Iberorum rex David Elchazium et Melchium clade adficit.
	476	1124	4	9	571	
		1125	5	10	572	David rex Teflisum capit.
		1126	6	11	573	

Incursionum, rapinarum, exitiorum et cladium, quibus Iberi certatim Saracenique provinciam Aniae vexabant, pertaesi denique Aniae urbis Siraciaeque regionis incolae, ut hanc a se procellam depellerent, ad Davidis Iberorum regis clientelam confugere decreverunt. Igitur coniuratum est adversus Apelsuarum amiram Manuciei filium, qui extincto patri in Aniae dominatum successerat; David autem rex patentibus portis in urbem receptus: quo sic repente introgresso, nemo vitae detrimentum passus est. Is captum cum filiis Apelsuarum in Iberiam secum avexit, locoque adeo pestilenti deposuit, ut brevi pater cum liberis duobus perierit. Interim quum fortis quoque David naturae concessisset, Iberiae regnum adiit Demetrius eiusdem filius, omni laude iuvenilis disciplinae cumulatissimus. Tum vero Phatlunus filiorum Apelsuari natu maximus, qui iamdiu apud magnum Amiram in Chorasania diversabatur, cognita parentis calamitate stationisque *noxia* natura, in regiones nostras maturavit incurrere, praefectisque suburbanis devictis, metropolim obsidione vallavit. Saeva dehinc fames annum integrum occupavit: quumque cives ad comparandam escam noctu egrederentur, structis insidiis hostis viros quidem iugulabat, ita ut cruore et ossibus terra squaleret, feminas autem puerosque vendebat. Sed tamen identidem ex Iberia duces aderant viri egregii, ut ille clarus ac strenuus Ivanes Abulethi filius qui forti animo incursores caedebat: quumque Phatlunus magna vi urbem aggrederetur, ipse paucis stipatus, adiuvantibus civibus, urbem periculo expedivit. Neque vero reticendum est feminae cuiusdam in eo certamine virile facinus, quae satis audacter moenibus insistens lapidum ictibus hostes pellebat, sagittis quibus extrinsecus petebatur contemptis. Feminae nomen Caprea, quod eius erat pernicitati consentaneum. Veruntamen regno Iberorum nondum in ea urbe satis confirmato, fame ac caedibus in dies saevientibus, coguntur cives urbem denuo ad Phatluni potestatem transferre, fide iurata ab eodem accepta, nequid contra patris fratrumque proditores statueret. Id ille foedus etsi in praesenti non detrectavit, nihilominus pacatis rebus, eos vario criminationum genere aggressus est atque multavit. Eo regnante a consuetis quidem incursionibus quies in Armenia fuit, sed tum praeterita damna, tum vectigalium rapinarumque vis summam apud nos egestatem rerumque omnium penuriam effecerunt, quae quidem ab ea usque aetate incrementis aucta nostris adhuc temporibus perseverat.

At enim sanctus patriarcha fideique antistes dominus Gregorius, quia foedus amicabile cum Apelsuaro fecerat, quo sedes ab eo protegeretur, audita in hunc Aniensium conspiratione, criminis auctoribus vehementer succensuit (2).

		1127	7	12	574	
	477	1128	8	13	575	
		1129	9	14	576	
In Halbata obiit in Christo magnus doctor Armeniorum Iohannes cognomento Sarcavacus.		1130	10	15	577	Demetrius rex Charasgurum, qui se in arce Athabegi multo cum milite concluserat, expugnavit. Eodem anno Abulethus et Ivanes filius Damaniam ceperunt. Eodem item anno Ivanes atque Sembatus Chunania potiti sunt.
		1131	11	16	578	
Redemptoris aedes sacra corruit Aniae die XVII mensis mareri (3) feria quinta.	478	1132	12	17	579	
		1133	13	18	580	
Hoc anno obiit clarissimus doctor David Alucu filius.		1134	14	19	581	Phatlunus in proelio extinguitur anno regni septimo: eique succedit Mahmutus frater.

(1) Hic est Iohannes II Comnenus.

(2) Heic sequebantur in codd. moralia quaedam ab amanuensibus addita, quae nos missa fecimus.

(3) Hoc anno incidebat in *decembrem*.

Chusus amira Abulethum Ivanemque profligavit.

Abulethum atque Ivanem cepit Demetrius.

Mensis areghi (1) quinta decima die terrae motu subvertitur Ganzaga urbs, duoque doctores inclyti Gregorius et Sergius maceriis opprimuntur. In Halbata quoque templum diruitur. Eodem anno Charasgurus Ivanem in Gangenchia debellat.

OLYMP.	CHRISTI	CONST. Manuel	PATR. Gregorius	AERAE ARM.
		MANVEL an. XLVI.		
	1135	1	20	582
479	1136	2	21	583
	1137	3	22	584
	1138	4	23	585
	1139	5	24	586
480	1140	6	25	587
	1141	7	26	588
	1142	8	27	589
	1143	9	28	590
481	1144	10	29	591
	1145	11	30	592
	1146	12	31	593
	1147	13	32	594
482	1148	14	33	595
	1149	15	34	596
	1150	16	35	597

Solis defectus fuit die altera augusti, feria quarta: qui ab hora diei septima usque ad pomeridianam nonam perseveravit.

Doctor Egnatius Lucae evangelium mirabiliter enarrabat (2).

Ciaulius Chacieniae castellis potiebatur, fraude ac periurio dominis illorum principibus fucum faciens. Sic regionem fame ferro et captivitatibus pessum dedit.

Hoc anno Romanorum natio cum innumero exercitu mare circa eamdem Thraciam transmisit, per quam prior quoque transitus fuerat quem superius ad annum DXLVI commemoravimus. Iidem nullam prae se memoriam tulerunt earum molestiarum, quas olim a filio Belial Alexio perpessi fuerant: neque enim callidas dolosasque Graecorum fallacias senserunt, quum Alexium fidei socium Christique famulum existimarent. Ea propter hoc etiam tempore praeteritorum malorum immemores gravius adhuc decepti illusique sunt ab eiusdem nepote, cuius nomen ad Antichristum alludit: quippe hic ab Emmanuelis factis et religione magnopere abhorrens, vocitatus est Manuel (3).

Thorus (4) princeps ira in Graecos excandescens gentis eius decem millia hominum trucidavit, studio ulciscendi necem Stephani, quem illi captum in ferventem ollam crudeliter iniecerant.

OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PATR.	AERAE ARM.
	1151	17	36	598
483	1152	18	37	599
	1153	19	38	600
	1154	20	39	601
	1155	21	40	602
484	1156	22	41	603
	1157	23	42	604
	1158	24	43	605
	1159	25	44	606
485	1160	26	45	607
	1161	27	46	608
	1162	28	47	609
	1163	29	48	610

Doctor Sergius in epistolas catholicas commentarios concinnabat (5).

Iberi Salduchinum circa Aniam vicerunt ipsumque adeo ceperunt.

Anno aerae DCX rex Iberorum Georgius Aniam die iunii tertia decima cepit: mox augusto exordiente octoginta militum millia Sabarmeni septem millibus profligavit: quam rem nostris oculis vidimus,

(1) Hoc anno incidebat in *octobrem*.

(2) Egnatii doctoris commentarius in Lucam summo in honore est ob perspicuam, brevem, artificialem venustamque elocutionem, ita ut huic parem facile non invenias. Antiquum operis codicem bombycinum anno aerae armeniacae 672 (Christi 1223) in Armenia scriptum Zohrabus e Sarmatia Venetias tulit, eumdemque collatum cum byzantina editione anni christiani 1735, in sua litteraria supellectile adservat.

(3) Ludere videtur Samuel in hebraicis vocabulis EMMANVEL *nobiscum Deus*, et MANVEL sive MINVEL *longe a nobis Deus*. Et nunc quidem mirifice invehitur in Manuelem Samuel; paulo tamen post patriarchae duo Nerses et Dega cum eodem imperatore de conciliatione Armeniorum cum Graecis egerunt, mutuique officii litterae utrimque conscriptae sunt.

(4) Idem atque *Theodorus*.

(5) Clarissimae famae opus apud Armenios, cum moralibus adhortationibus, doctrina multiiuga et elocutionis splendore. Id quidem Byzantii typis commissum est, valde tamen interpolatum, uti Zohrabus ex antiquo leopolitano codice intellexit, quem ipse codicem, utpote cathedrali Leopoleos sedi addictum, adipisci non potuit.

relata scilicet in commentarios viginti tria millia, praeter reliquam multitudinem quae agrum nostrum cadaveribus suis operiebat. Consecuto autem aerae anno DCXI die augusti XXI Devinam urbem occupavit Georgius, indidemque sexaginta hominum millia captiva deduxit, quorum etiam superstitiosa sacella delevit. Eiusdem anno aerae DCXII Chorasmaniae Sultanus cum innumeris armatorum copiis ad Aniae nostrae portas progressus pavore incolas consternavit: post trigesimum autem diem clam abiit vir callidissimus magnaque clade Georgio eiusque copiis imposita in regnum se recepit.

	OLYMP.	CHRISTI	CONST.	PATR.	AERAE ARM.	
			Manuel	Gregorius		
Amplum oppidum Asnaghium inflammavit scelestus Eltcuzus, quo incendio millia hominum septem absumpta creduntur. Hoc tempore ingens terrae motus Esencham concussit.		1164	30	49	611	
		1165	31	50	612	
	486	1166	32	51	613	
		1167	33	52	614	
		1168	34	53	615	
				NERSES an. VII.		Extincto domino Gregorio successit frater eiusdem dominus Nerses (1) annis VII.
Hoc anno magnus Armeniorum princeps Thorus obiit.		1169	35	1	616	
	487	1170	36	2	617	
		1171	37	3	618	
		1172	38	4	619	
		1173	39	5	620	
	488	1174	40	6	621	
		1175	41	7	622	
				GREGORIVS annis XXII.		Domino Nersi ad Christum morte translato successit dominus Gregorius cognomento Degha (2).
		1176	42	1	623	
		1177	43	2	624	
	489	1178	44	3	625	
		1179	45	4	626	

(1) Hic est Nerses ab arce Rhomcla (de qua superius p. 77. n. 3) dictus *Claiensis*, propterea quod ibi vitam cum fratre patriarcha, cui et ibidem successit, diu exegit, sepultusque est. Idem vulgo appellatur etiam SCHNORHALI *gratia plenus* seu *venustus* debito summoque Armeniorum studio colitur. Laudes eiusdem et plurima scripta passim praedicant scriptores quoque europaei qui res Armeniorum ecclesiasticas illustrandas sumpserunt.

(2) *Degha* explicatur *puer* vel *infans*. Huius antistitis iussu rationem hanc temporum videtur scripsisse Samuel Aniensis. Iam sigillum *Gregorii* nomine praenotatum, quo codicem eusebianum distinctum esse vidimus, utrum Degham Gregorium an quemvis alium istius appellationis patriarcham innuat, quis indubiâ coniecturâ definiet? Sane fieri potest ut Degha Gregorius eusebianum illum codicem multo iam pretiosissimum in sua bibliotheca adservaverit, eiusdemque lectione commotus Samuelem praesbyterum mandato impulerit non solum ad eius summarium conficiendum, verum etiam ad historiam usque ad sua tempora perducendam.

FINIS.

INDEX PRIMVS

RERVM NOTABILIORVM

IN EVSEBIO, IN SAMVELE,

ET IN PRAEFATIONIBVS AC NOTIS.

B

C

D

E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

Q

R

INDEX SECVNDVS
AVCTORVM
IN EVSEBIO ET IN SAMVELE LAVDATORVM.

B

C

D

T

V

X

Z

INDEX TERTIVS

NOMINVM

IN EVSEBIO ET IN SAMVELE OCCVRRENTIVM.

B

D

E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

X

Z

In hoc nominum indice non sunt citatae eusebianae paginae 241-264 laterculorum continentium nomina regum, quia haec ipsa latercula indiculi vice funguntur; neque item eusebianae paginae 231-240. Exordii, *ut inscribitur*, libri, *quia id scriptum spurium vanumque videtur; neque denique citata sunt samueliani prioris libri capita a primo ad sextum, neque (exceptis rebus armeniacis) samuelianae paginae* 31-42, *quia nuda paene repetitio in iis fit nominum in Eusebio commemoratorum. Denique monemus, litterâ* E *in his indicibus significari* Eusebium; *litterâ* S *significari* Samuelem; *his autem absentibus*, *intellige* Eusebium.

ADDITAMENTA ET EMENDATIONES NOTARVM

AD EVSEBIVM ET AD SAMVELEM.

AD EVSEBIVM. *Praefat. p.* XIX. *n.* 2. *ad locos in armeniaco codice emendandos adde etiam p.* 328. *n.* 1.

P. XXIV. *not. col.* 2. *v.* 12. *lege* quem quidem bibliotheca ambrosiana anno MDCCLXVII incolumi adhuc Societate, numeratâ *etc.*

P. 12. *n.* 1. Iovem *Beli* nomine indigitatum esse a Persis, testis est Berosus etiam apud Agathiam edit. paris. p. 62. C.

P. 13. *v.* 21. *adde notam:* De varia annorum apud varios populos ratione sapienter disserit Augustinus de civ. D. XV. 12.

P. 37. *n.* 1. *adde:* Sic etiam in nostra hac editione in Exordio libri p. 240. v. 30.

P. 45. *v.* 27. *adde notam:* Syncellus p. 151. B. ait· Ἐπὶ Τευτάμου Εὐσέβιος φησὶν ἁλῶναι.

P. 47. *n.* 1. *adde:* Vide super Deioce Diodori excerpta in edit. Wesseling. T. II. p. 549.

P. 86. *n.* 2. *adde:* Sed Syncellus respicit fortasse ad posteriorem Eusebii librum p. 332. ad an. 1457.

P. 89. *v.* 7. *adde notam:* Locum hunc Africani legesis proliziorem apud Hieronymum ad Dan. IX. 24.

v. 9. *adde notam:* Heic et alibi codex armeniacus habet Aristabulus.

P. 94. *n.* 3. *Adde:* Censorinus de die nat. cap. XIX. veterum Aegyptiorum annum dicit fuisse bimestre spatium. Sed apud Augustinum de civ. D. XV. 12. dicitur quadrimestre.

P. 107. *adde titulum capitis* XXI *litteris inclinatis:* De Hebraeis in Aegypto degentibus.

P. 117. *n.* 1. *adde:* Verum Diodorus apud Syncellum p. 284. A. scribit, hunc regnavisse annos XV post fratrem.

P. 124. *gr. in fine adde:* E Scaligeri excerptis p. 59–61.

P. 171. *n.* 2. *adde:* Porphyrii philosophicam chronographiam memorat Malala in extremo libro secundo edit. Oxon. p. 67.

P. 183. *n.* 1. *adde:* Intellige autem falsum Philippum Macedoniae Thessaliaeque regem.

P. 184. *n.* 3. *retinendum in textu* Syriae.

P. 194. *n.* 5. *adde:* Item textus arm. in nostra editione p. 260.

P. 196. *adde titulum capitis* XLIII *inclinatis litteris:* De primis Romae incolis.

P 216. *omitte* posterius colon *notae* 2.

P. 244. *v.* 12. *scribe:* Ζαμβρὶ ἡμέρας ζ. (*e Chron. pasch. p.* 95. *D.*)

P. 245. *Graecum catalogum regum babyloniorum petere licet e Chronico paschali.*

P. 264. *n.* 1. *v.* 11. *licet etiam dicere:* rem alteri chronologiae reservare, eamque universam (*laterculo*) complecti; consules inquam *etc.*

P. 283. *n.* 2. *adde:* A Persis dicebatur *Sandes* Hercules teste Agathia p. 62. C.

P. 346. *an. Abr.* 1686. *adde notam:* Persarum imperium perseveravisse annis CCXXX tradit Eusebius etiam apud Cedrenum edit. paris. p. 193. A.

AD SAMVELEM. *P.* 20. *v.* 20–22. *Conferendus est hic Samuelis locus cum Eusebio p.* 124–125.

P. 24. *n.* 3. *adde:* Quamquam potius videtur Samuel ultra Christi natalia priorem summarii sui partem noluisse producere.

P. 26. *n.* 4. *adde:* Sed rem accurate tradit Iohannes VI patriarcha apud Sammartinium p. 25–27.

P. 30. *n.* 2. *adde:* Immo unum idemque opus Evagrii videtur esse in parisiaca bibliotheca et in veneto Armeniorum collegio.

P. 41. *an. Ch.* 305. *adde notam:* Prodigia a Deo per s. Gregorium Illuminatorem patrata late narrat Agathangelus, iisdemque firmissimam fidem adhibet universa natio Armeniorum.

P. 52. *an. Ch.* 593. Orthodoxiam Samuelis locus hic confirmare videtur, quo auctor fatetur *verum schisma.* Intelligitur autem pseudo-synodus Devinensis sub patriarcha Abrahamo, in qua concilium oecumenicum chalcedonense violatum fuisse videtur. *Lege Serposium Compend. hist. T. II. p.* 331 *sqq.*

P. 53. *n.* 1. *adde:* Sed revera initium hegirae hoc fere loco, non posteriore, scribendum est.

P. 55. *v.* 10. *Samuel modo scribit* Chalarth, *modo* Chlerth, *modo* Chalerth: *tum is Samuelis locus obscuritate laborat.*

P 60. *dele notam* 2.

P. 65 *an. Ch.* 877. *et p.* 66. *an. Ch.* 900. *lege* Garnio *pro* Carnio.

P. 69. *an. Ch.* 957. *lege* Samosata capiuntur.

P. 82. *v.* 4. *adde rebus notabilioribus:* Chronologiae sacrae nullum fuisse dissidium videtur, ante quam litteris samaritanis iudaicae succederent. E. p. 52.

EMENDATIONES
EVSEBII.

P. 13. *gr. v.* 2. *lege* ἡμερῶν.

P. 14. *gr. v.* 7. *lege* Σισπάροις.

P. 14. *n.* 2. *v.* 7. *lege* quinque supersint dies, praetereaque sex horae. *Insuper interpres arm. legebat* daemium *non* daesium.

P. 15. *v.* 1. *cod. arm.* stadia quindecim.

P. 17. *v.* 4. *lege* exstruxisse.

P. 26. *gr. v.* 1. *lege* Ναβουχοδονόσορος.

P. 30. *n.* 1. *lege* κακοποιεῖν.

P. 38. *v.* 12. *lege* successivosque *ubi non est emendatum.*

P. 46. *v.* 2. *lege* David.

P. 47. *n.* 2. *lege* chorenensis.

P. 48. *n.* 3. *lege* Alexander Philippi filius.

P. 57. *gr. v.* 10. *lege* ἑβραϊκοῦ.

P. 57. *omitte notam* 2.

P. 61. *n.* 1. *lege* Cainani *et* Cainanum *constantiae causa, quoniam alibi ita scripsimus.*

P. 62. *v.* 9. *lege* Nachorus *constantiae item causa.*

P. 71. *n* 11. *v.* 15. *lege* DLXXIV.

P. 73. *v.* 6. *lege* Hesebon *pro* Esephon.

P. 76. *gr. v.* 3. *lege* Θυγατράσιν.

P. 78. *v.* 15. *lege* Saulo.

P. 84. *v.* 2. *lege* Iosthamus *pro* Ioramus.

P. 86. *v.* 9. *lege* abs Hieremia.
gr. v. 2. *lege* Ὑστάσπου.

P. 88. *v. ult. lege* Asamonaei, *uti scripsimus p.* 356.

P. 90. *gr. v.* 2. *lege* ἔτη δ, μῆνας ζ.

P. 91. *v.* 5. *lege* Iudaeorum.

P. 103. *scribere licet* Diospolitanorum *et* Diospolitarum.

P. 107. *pro* libris *lege* scriptoribus.

P. 117. *gr. v. penult. lege* μητρὸς *ubi non est emendatum.*

P. 116. *v.* 14. *metaplasmum* Evergetis *pro* Evergetae (*ut alibi* Sidetis *pro* Sidetae) *emendandum curavimus in Samuelis pagina* 27. *v.* 40. *Quamquam metaplasmi etiam apud Hieronymum non semel occurrunt.*

P. 130. *v.* 14. *lege* Argia.

P. 138. *gr. v.* 12. *lege* ἦρξεν.

P. 139. *n.* 2. *v.* 3. *lege* qui haec scribit.

P. 142. *v.* 12. *lege* usque ad quadragesimum nonum supra *etc. Sic enim corrigendus est codex arm.*

P. 151. *v.* 4. *lege* delphius, *uti scripsimus p.* 292.

P. 156. *v.* 5. *lege* delphius.

P. 157. *v.* 2. *lege* Epaenetus.

P. 162. *v.* 3. *lege* elateensis *ubi non est emendatum.*

P. 162. *v.* 12. *lege* Magnes libys.

P. 164. *v.* 17. *lege* consanguineis *ubi non est emendatum.*

P. 169. *v.* 13. *lege* Kordaeis, *de quibus Livius* XLV. 30.

P. 175. *n.* 4. *v.* 4. *lege* Astronom.

P. 185. *v.* 24. *lege* Ceraunus.

P. 224. *n.* 3. *in fine lege* hexahemeron.

P. 241. *v.* 27. *lege* Mithraeus.

P. 245. *v.* 28. *lege* Darius Arsaviri.

P. 262. *v.* 14. *lege* Vestiliani *pro* Vitellii.

P. 277. *lege* Crisus annis LIII.

P. 280. *n.* 2. *in fine lege* μέροπες, quia *in illa aedificatione* divisae fuerunt linguae.

P. 288. *v. penult. lege* σώσαντα *pro* αὔσαντα *ubi non est emendatum.*

P. 293. *an. Abr.* 743. *lege* Argonautarum classis navigabat. *Sic enim supplendus est codex arm.*

P. 296-298 *in laterculorum capitibus lege* ATHEN. *pro* ASSYR.

P. 297. *an. Abr.* 826. *male videtur distingui* Alexander *a* Paride.

P. 315. *an. Abr.* 1177. *lege* Concolerus.

P. 315. *an. Abr.* 1192. *lege* XXIII dynastia *ubi non est emendatum.*

P. 320. *pericope* Romam aliquot *etc. videtur transferenda ex anno* 1262 *ad annum* 1264.

P. 327. *n.* 6. *v.* 6. *pro* exempl. *lege* exemplum.

P. 337. *gr. v.* 5. *lege* Θεμιστοκλέους.

P. 344. *an. Abr.* 1648. *scribe recto litteris* dynastia Nectaneborum; *quamquam id videtur codicis arm. mendum.*

P. 344. *omittatur* nota 3; *quamquam ea ex omnibus paene exemplaribus sublata fuit.*

P. 347. *an. Abr.* 1687 *et* 1696. *videtur dicendum* Samnites *pro* Sabinos. *Quamquam de Samnitibus victis loquitur Eusebius p.* 346.

P. 356. *an. Abr.* 1850. *v.* 3. *lege* Iovis olympii.

P. 362. *an. Abr.* 1951. *legendum videtur* Antipatrum Herodis ascalonensis parentem.

P. 373. *an. Abr.* 2061. *lege* habito.

P. 374. *dele notam* 1.

P. 377. *v.* 3-4. *lege* quo templum denuo excitatum est anni DXC; a primo *etc.*

P. 379. *an Abr.* 2111. *lege* patrabat.

P. 390. *an. Abr.* 2247. *lege* Origenes.

P. 393. *initio paginae scribatur* Aurelianus *pro* Claudius; *item p.* 395. *scribatur* Galerius *pro* Diocletianus.

EMENDATIONES
SAMVELIS.

Praef. p. IV. v. 23. *lege* Vardanus *pro* Varanus.

p. VI. v. 33. *lege:* Gnunii, Rhestunii, Arzerunii *etc.*

P. 1. *v.* 27. *pro* illi igitur *lege* homines igitur.

P. 2. *v.* 4. *videtur dicendum* Faustus byzantinus.

P. 9. *v.* 22. Pahlavienses, *tum p.* 29. *v.* 29. Pahlavii *iidem sunt atque alibi apud nos* Pahlavunii.

P. 29. *n.* 1. *v.* 4. *pro* bello *lege* terrae motu.

P. 37. *an. Ch.* 196. *lege* atque hanc novam urbem appellavit Valarspatam (*nisi mavis* Valarspata, orum).

P. 40. *an. Ch.* 299. *lege* Tiridati *et* arsacis *ubi non est emendatum.*

P. 48 *an. Ch.* 488. *lege* Magnus sive Pahghenus.

P. 51. *an. Ch.* 554. *lege* qui et Mechozius.

an. Ch. 565. *an legendum* Kyrion *pro* Irion?

P. 55. *v.* 36. *pro* asses *scribe potius* nummos *ubi non est emendatum.*

P. 60. *an.* 768. *olympias* 387. *provehenda est ad annum* 770. *et sic aliae deinceps usque ad p.* 65. *Ex aliquot tamen exemplaribus mendum ereptum fuit. Similis error corrigendus est p.* 75 *in paucis exemplaribus.*

P. 60. *an. Ch.* 772. *pro* Romairnus *lege* Romairenus.

P. 69. *n.* 4. *imme lege:* Nimirum hoc oppidum contraxit nomen abs Iohanne Zimisce.

P. 70. *an. Ch.* 991. *lege* post decimum nonum domini Chacichii annum *etc.*

an. Ch. 984. *lege* genere S. Isaaci ortus, *et dele notam* 2.

P. 71. *an. Ch.* 1032. *pro* Deoscum *lege* Dioscurum.

P. 72. *an. Ch.* 1039. *lege* Gregorius Magister.

P. 74. *an. Ch.* 1067. *et p.* 75. *an. Chr.* 1076. *et p.* 76. *an. Ch.* 1084. *lege* Gregorius *pro* Gregoras.

P. 75. *an. Ch.* 1078. *v.* 8. *lege* Rubenus *pro* Rhopenius.

P. 80. *n.* 1. *v.* 5. *lege* et debito summoque *etc. ubi non est emendatum.*

P. 82. *v.* 48. *lege* Artaxe Mnemone.

EXPLICITAE SVNT CELERI ADMODVM EDITORVM LABORE EFFLAGITANTE ERVDITORVM OMNIVM VOTO HAE PERVTILES TEMPORVM DOCTRINAE EVSEBII CAESARIENSIS ET SAMVELIS ANIENSIS IN ALMA ET LITTERATISSIMA VRBE MEDIOLANO ANNO POST BENEFICVM CHRISTI ADVENTVM

M · DCCC · XVIII·

LECTORES BONI FAVETE.



2.1.69

- controllo collazione;
- restauro carta (rammendo piega, imbrachettatura, sutura di strappi e lacune): carta giapponese Vang 517, veline giapponesi Vang 502,508, e 561, adese con Tylose MH300p al 6%;
- ricomposizione fascicoli;
- pressatura tra cartoni, sotto pressa a colpo;
- preparazione fogli di guardia struttura "F" in Ingres Vang 20231 e pelle uovo;
- loose guard in carta giapponese Vang 517;
- cucitura piena, su 3 nervi doppi cuciti singoli: fili di lino inglese, corde di pura canapa a 8 capi;
- preparazione piatti: cartone fibrato nel verso, cartoncino LC Fabriano; scarnitura dei cartoni a smussare gli spigoli ed agevolare lo snodo;
- incartonatura: foratura con punteruolo, secondo ordine di fori sfalsato verso il piede; scodelle eseguite con sgorbia; infilatura nervi;
- passaggio in colla del dorso: Tylose MH300p rimossa a spugna;
- stondatura del dorso;
- capitelli base naturali passanti al centro fascicoli e sotto catenella: anima in canapa, fili lino inglese ritorto;
- capitelli ornati: cuciti su capitelli base in cotone ritorto fiorentino
- indorsatura: caselle in carta giapponese Vang 517, adese al dorso con Tylose MH300p 6%; caselle in cuoio naturale adeguatamente scarnito, adese su giapponese;
- preparazione della pelle: scarnitura a coltello di bordi e cuffie; pelle di capra a concia mista;
- copertura: adesione della pelle preparata con TyloseMH 300p;
- staffilatura dei nervi;
- compensazione dei contropiatti al rimbocco della pelle con cartoncino LCFabriano;
- incassatura delle controguardie a piatti aperti: Tylose MH300p al 6%

luglio 1998

BIBLOS
Firenze